In chriſti nomine ego *helmrih* cogitanſ pro anima mea ſeu pro eterna retribucione trado atque tranſſundo hereditatem meam ad ſanctum michahelem in loco, qui dicitur *maninfeo*, omnia propria mea in loco nuncupante *uiluſa* cum hominеſ habitanteſ et cum omnia dicentia (sic) cum domibus, campiſ, pratiſ, ſiluiſ, uiiſ, aquiſ aquarumue decurſibus et omnia, que ad illiſ locif pertinet. et hęc donacio a me facta omnia tempore firma et ſtabiliſ permaneat. ſunt teſteſ multi. actem eſt autem in curte, qui dicitur *niuzilingaſ* in pridie kalendas octobris anno XIII. imperii domni noſtri *karoli* auguſti et XLVI regni eiuſ in francia atque XL. in italia, indiccione VI.

Chron. lunaelac. I. 44. — Pez. loc. cit. 43.

XXXIII.

In nomine domini dei ſaluatoriſ noſtri iheſu chriſti gloriofiſſimi duciſ *taſſilonif* anno regni eiuſ uiceſimo nono indiccione I. cum conſenſu et licencia ſummi principiſ *taſſilonif* ego *reginolf* pecuniam, quę fuit reginhari hominiſ mei, et eam mihi conceſſit dominuſ meuſ *taſſilo*, quę eſt iuxta fluenta *uiluſae*, trado atque confirmo omnia, que ibidem habeo curtem cum domoſ, ſeruoſ et ancillaſ, terram, prataſ, rures, campoſ, ſiluaſ, aquaſ, cultum uel incultum, mobile uel inmobile, omnia ex integro, quicquid ibi habere potuero, ad monaſterium ſancti michahelif ad *maninfeae*, ut poſt obitum meum ibi ſit firmum et ſtabilitum diebus autem uite meae mihi deſeruiat. ſi quiſ autem ulla oppoſita perſona contra hanc cartam donacioniſ, quod fieri non credo, contraire uoluerit, iram dei omnipotentiſ incurrat et cauſam non habeat cum beato michahelo archangelo et partem cum iuda traditore, et carta hęc nihilominuſ firma permaneat. acta ſunt autem coram multiſ teſtibus.

Chron. lunaelac. I. 19. — Pez. loc. cit. 23.

XXXIV.

Vox euuangelica tonet per orbem terrarum, qua dicitur, theſaurizate uobis theſauroſ in celo, propterea per diuinam aſpiracionem cepi cogitacioni mee apponere, ut in quantum uiref ſuppeterent licet ſubſtanciam pauperinam, ut hanc libenter ego nomine *mauri* deo offerenſ ad locum, quod dicitur *maninfeo*, ubi monaſterium conſtructum eſt in honore ſancti michahelif archangeliſ trado atque tranſſundo ad ipſiuſ ſancti loci predicti propriam hereditatem meam IIII^{or} parteſ duobus filiiſ et uxori meae, qui defuncti ſunt, omnia, quod habuerunt uel inmobile in loco, qui dicitur *uiluſa*, V. partem ante tulit filiuſ meuſ itt. nomine omnia trado atque tranſſundo cum campiſ, pratiſ, paſcuiſ, uiiſ, aquiſ. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, aut ego ipſe, aut ulluſ de heredibus meiſ uel quiſlibet oppoſita perſona, qui contra hanc cartulam donacioniſ temptare aut eam infrangere uoluerit, inprimiſ iram dei incurrat et a limitibuſ eccleſiae extraneuſ efficiatur et habeat partem cum iuda tradi-

tore et cauſam cum ſancto archangelo michahelo et cum ceteriſ ſanctiſ, quorum reliquie ibidem in eodem loco uenerantur, et inſuper conponat in fiſco auri libraſ III. et argenti pondere VI. et inſuper quod repetit euindicare non ualeat, et hęc carta a me facta omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat ſtipulacione ſubnixa. actum eſt autem hęc (sic) nonaſ madiaſ. ſunt teſteſ multi.

XXXV.

Domino glorioſi (sic) *lantperhto* abbati ego *odalfcalh* dono, trado omnem ſubſtanciam hereditatiſ mee id eſt ad *uiluſae* ad ſancto michahelo ad *maninſeo* et hoc fuit factum in IIIIX kalendas februarii ad *rohingeſdorf*, regnante *ludouuiko* imperatore in IIII anno. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 49. — Pez. loc. cit. 47.

XXXVI.

Hildepalduſ diuina clemencia archiepiſcopuſ atque ſacri palacii capellanuſ *lantperhto* ſalutem. cognoſcaſ, quia uolumuſ et omnino precipimus tibi, ut illud, quem *uualdilo* habuit in loco nuncupante *uiluſa helmrico* in noſtram beneficium conſignare ſtudeaſ in ea tenore, ſi ipſe reſ ſuaſ partibuſ beati michahaliſ in integrum tradere uult, ſicut nobis innotuit, et habeat per precaria noſtra diebus uite ſue tam illud, que *filuſa* eſt, quamque et illut, quam ipſe tradit. Nam et ſi ipſe ipſaſ reſ tradere uult, ciciuſ hoc faciat et caue diligenter, ut illa tradicioſa (sic.? ſua) firma atque inuiolata fiat facta, ut in antea quiſlibet homo ipſam nequaquam erumpere ualeat. uide ut aliter non fiat.

Chron. lunaelac. I. 50. — Pez. loc. cit. 48.

XXXVII.

De matingon.

Dominuſ inquid inquid in euuangelio: date et dabitur uobis, et: ecce noua facta ſunt omnia, quapropter ego *gozperht* in dei nomine cogitanſ de dei timore uel eterna bona retribucione uolo tradere et ita trado ad ſancto michahelo archangelo, quod

dicitur *luna laco*, ubi preeſt uenerabilif uir *lantperhtuf* abbas in dei nomine regere uidetur, et ita trado, ut perpetualiter in omnibuf habeatif, hoc eſt in pago *tonahgauue* in loco, qui dicitur ad *matingaf* omnia et ex omnibus tam de alode ſeu et de comparato uel quicquid ad me ibidem adtrahere ualeam in omnibus poſt obitum meum in ueſtrum dominium remittam. hoc fuit factum in die ſancti ualentini, hoc eſt in VIX kalendas martii anni domini DCCCXXIIII indiccione II.

Chron. lunaelac. I. 60. — Pez. loc. cit. 57.

XXXVIII.

De cidlaron.

In nomine domini noſtri iheſu chriſti ego *hildiroh* cogitanſ uel pertractanſ molem peccaminum meorum uel pro relaxandif facinonibuſ (sic) meif in die iudicii, jdcirco dono de iure mea in poteſtate et dominacione ſancti michahelif monaſterii conſtructum in loco, qui dicitur *maninfeo* in pago *maduciano*, ubi preeſt uenerabilif et dei famuluſ oportunuſ cum fratribus ſuif in uinculo caritatif conexi. Ideoque dono atque tranſfundo in loco nuncupante *rota* in pago *quinzingauue* cidlarioſ meoſ II. ſeruoſ, unuſ eſt liber et alter eſt ſeruuſ, uxoref uero eiuſ ambo ancillaſ et omneſ, qui ex ea nati uel procreati fuerint in ſeruicio ſancti michahelif perſiſtant cum ipſa marca, qui ad ipſum locum pertinet, hoc eſt de *gaginpah* uſque in *chaſtorapah* ea tamen racione, quod in poteſtate mea ſit uſque dum in monaſterio uado uel ad romam aut de hoc ſeculo migraturuſ ſum. poſt hec firma et ſtabilif iſta cartula permaneat omni tempore firma ſtipulacione ſubnixa. Et ego in dei nomine *hrodfuind* coniux *hiltirohi* cum conſenſu eiuſ uel filiif meif dedi et ipſi dederunt mihi I. ſeruum itt. nomine cum uxore ſua, filiif et filiabus et cum hopa ſua uel omni ſubſtancia ſua ſimili modo poſt exceſſum meum, quod ſuperiuſ ſcriptum eſt de uiro meo *hiltirohi*. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credimus, aut noſ ipſi, hoc eſt ego *hiltiroh* et coniux mea *hrodfuind* uel filii noſtri, quia et ipſi dederunt nobiſcum pariter et ipſi teſteſ ſunt, aut ſi et noſ ipſi aut ulluſ de heredibuſ meif uel quiſlibet ulla oppoſita perſono, (sic) qui contra hanc cartulam donacionif

temptare aut infrangere uoluerit, inprimis iram dei incurrat et a limitibus ecclesię extraneus efficiatur et habeat partem cum iuda traditore et causam cum sancto michahele archangelo et cum ceteris sanctis, quorum reliquie ibidem in eodem loco uenerantur et insuper conponat in fisco auri libras III. et argenti pondera V. et insuper quod repetit euindicare non ualeat. acta est autem cartula hęc in monasterio sancti michahelis regnante domno nostro *tassilone* duce anno XXI.

Chron. lunaelac. 1. 15. — Pez. loc. cit. 17.

XXXIX.

Item de quinzingauue.

In nomine domini regnante domno *hotiloni* inclito duci gentis nostre bauuariorum inprimis donauimus ad lune laco IIII^{or} uillas cum campis, pratis, siluis, cum omnis heredibus suis *niuzilinga*, *aldarespah*, *chalpaha*, *oparachalpaha* isto totis insimul ad monasterium pro mercędę domni *otiloni* duci donauimus et illi serui dei, qui de illo uicto uiuunt, quod nos donauimus, non habeant comeato altera mente facere, nisi pro nos orare omnem diem et qui de ista pecunia inde tollere aliquid uoluerit, ante deum cum sancto michahele racionem reddere habent in diem iudicii. et illa foreste nostra intra *falcpurhcgauui* et intra *matagauui* et intra *atargauui* usque abraham seu super illas IIII^{or} uillas et illa *odorico* casa V. casatos cum ipsa marca tota et ad *hildrigo* casa super ipsa *ifara* cum tota sua marca cum V. casatos et IIII^{or} cidlarios super ribam *danubii* et ad *fuuarzaha hugipalduf* cidlarius et *adalperht* faber et ad *cossinpah* ille faber, qui ille comparauit ad *odilone* de *pliutmuntingaf* et de *chalpaha ado* ille faber et illo coco nostro *popone* de *putilespah* et *kerhelm* uiniatore de *putilespah* et *ratkis* cidlarius. sunt testes multi.

(In margine per manum saec. XII. haec adnotata sunt: „Anni (sic) domini DCCXLVIII. *Pippinus Tassilonem* fororis sue filium baivarię ducem posit *Otilonem* patrem suum fęcit et ipse domnus *Otilo* non longe antea constituxit cenobium *Maninse*, ut in chronica et in hoc libro nuenitur.")

Chron. lunaelac. 1. 4. — Pez. loc. cit. 11.

XL.

De satalaron.

Ego in dei nomine *hadamar* tradidi ad ſanctum michahelem in loco, qui dicitur *fatalara* foraſtaſ meaſ, quod ego ibi habui omnia integra. factum eſt in XIIII. kalendas iulii luna XXI. ſunt teſtef multi.

Chron. lunaelac. I. 12. — Pez. loc. cit. 15.

XLI.

De pohe.

In chriſti nomine ego *poſo* cogitanſ pro anima mea ſeu pro eterna retribucione trado hereditatem meam ad ſanctum michahelem in loco nuncupante *maninſeo* ego trado atque tranſfundo in uilla nuncupante *pohhe,* que in eodem loco et in omnibus cum tribus hominibus habitantibus cum mulieribus et cum filiabus eorum ſiue domum, agriſ, campiſ, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ, uiiſ, omnia culta et inculta ſic trado poſt obitum meum et tunc ibi ſit ſtabilitaſ. teſtef multi.

Chron. lunaelac. I. 13. — Pez. loc. cit. 15.

XLII.

De meginhartesḥuson.

Ego in dei nomine *meginhart* conſideranſ, qua grauor ſartina peccatorum et reminiſcor bonitatiſ dei dicentiſ: date elimoſina et omnia munda ſient uobis. De tanta igitur miſeracione et pietate domini noſtri ihefu chriſti confido, ideirco hanc epiſtolam donauimus donatumque in perpetuum eſſe uolumuſ atque de iure noſtro in poteſtatem et dominacionem monaſterii ſancti mihhaeliſ archangeli conſtructum in loco, qui dicitur *maninſeo* in pago *mataghauue,* ubi preeſt uenerabiliſ et dei famuluſ *oportunuſ* abbas uel monachi eiuſ in uinculo caritatiſ conexi tranſſundimus atque tranſſcribimus in uilla nuncupante *meginhar-*

teſhuſir ſitaſ in pago *quinzingauue* terciam partem de terra mea et duoſ ſeruoſ manenteſ cum domibus eorum terri (sic) mancipiiſ, edificiiſ uel quicquid eoſ pertinet, peculiam utriuſque ſexuſ, mobilibus et inmobilibus, ſicut a nobis hodierno tempore poſſidetur, ut poſtquam egreſſuſ fuero in monaſterium uel poſt obitum meum ut ibi firma permaneat pro uxore mea *erchanfrita* et filio meo *madalhart*. acta eſt autem hęc cartula VIIII. kalendas maii, regnante duci XXV. anno, indiccione III. et ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 17. — Pez. loc. cit. 20.

XLIII.

Item de pohe.

In chriſti nomine ego *cundpald* cogitanſ pro anima mea trado hereditatem meam ad ſanctum michahelem in loco nuncupante *maninfeo* ego trado atque tranſſundo in uilla nuncupante *pohhe*, que in eodem loco omnia et in omnibus cum duobus hominibus habitantibus, cum mulieribus et cum filiabus eorum ſiue domum. agriſ, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ, uiiſ, omnia culta et inculta ſic trado poſt obitum meum et tunc ibi ſit ſtabilitaſ, teſteſ multi.

XLIV.

De tilinpah.

Si aliquiſ de rebus noſtriſ locif ſanctorum conferimus, hoc nobis in eterna beatidudine retribuere confidimus. Ego igitur *reginhart* hoc mente pertractanſ dono ad monaſterium, qui eſt conſtructuſ in honore ſancti michahelif archangeli, ubi *oportunuſ* abbas cum monachiſ ſuiſ regularem uitam exercere uidetur donatumque in perpetuum eſſe uolo cum conſenſu uel licicencia (sic) glorioſimi (sic) principiſ *taſſiloni* ducif, id eſt coloniaſ duaſ in loco, qui dicitur *tillinpah*, ut quicquid iam dictuſ abbas uel monachi ipſiuſ ex eiſ elegerint faciendi liberam ac firmiſimam in omnibus habeant poteſtatem. ſiquiſ contra hanc cartulam ex aduerſo uenire temptauerit, partibus duci conponat, ſicut

lex eſt, et hęc cartula omni tempore firma permaneat ſtipulacione ſubnixa. actum eſt autem hęc in curte, qui dicitur *faringa* anno regni domni *taſſiloni* trigeſimo ſexto. ſunt teſtef multi.

XLV.

De niuecilingon.

Latoref legum ſanxerunt, ut qui de iure proprio alicui aliquid tradere uoluerit, hoc coram pluref teſtibus faciat obplicare. quapropter ego *ſigiperht* in dei nomine recordatuf ſum antiqua tradicione mea, quam habuiſſem factam ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo* nunc uolo iterum renouabo cum filio meo *hunperhto* illam tradicionem et uolo firmiorem facere, quod ita factum eſt. nunc trado omnem ſubſtanciam meam ad ſancto michahelo archangelo, quicquid habeo in loco, qui dicitur *niuzzilingaf*. ante omnia tranſſirmabo, ſicut ſuperiuf nominauimus, ut poſt obitum meum habeatif, teneatif, liberum perfruatur arbitrio et in omnibus habeatif poteſtatem abſque ullam contradiccionem in ueſtrum dominium faciam, et iſta tradicio de quinquennio in quinquennium ſit renouata et firmiter permaneat. actum in loco ad *niuzilingaf* anni domini DCCCXVII. indiccione X. ſunt teſtef multi.

Chron. lunaelac. I. 50. — Pez. loc. cit. 48.

XLVI.

Saluator et redemptor noſter dominuf iheſuf chriſtuf uiuificare celeſtif preſignanf dicenſ. theſaurizate uobis in cęlo et cera (cetera?), rurſumque: facite uobis, que non ueteref cunt, merceſ ueſtra non deficiet in celif. quapropter ego in dei nomine *thabricho* cogitanf de dei timore uel eterna retribucione dono trado ad ſanctum michahelem ad *maninſeo* mancipium meum quatuor, bouef II. et uaccam I . . . . . (Lücke.)

XLVII.

— — — — — — — — — — — — —

quicquid ibi habere potuero, omnia ex integro trado atque confirmo ad monaſterium beati michahelif, qui ſituf eſt ad *ma-*

ninfee, ut poſt obitum meum ibi ſeruat (sic) die ac nocte et ibi ſit fruibiliſ pro redempcione anime meae, cum ex hac luce fuero ſubtractuſ. ſi quiſ autem contra hanc donacionem quelibet oppoſita perſona contra ire uoluerit, iram dei omnipotentiſ incurrat et cauſam cum beato michahelo archangelo et partem cum iuda traditore et carta ex nihilominuſ firma permaneat, et ſunt teſteſ multi.

XLVIII.

Item de trungauue.

Percaria (sic), quod domno sancto uenerabili in chriſto patri *hiltipaldo* archiepiſcopo et ſacri palacii capellano nec non et omni congregacione monaſterii ſancti michahelis, quod eſt conſtructum in loco nuncupante *maninfeo*. Ego in dei nomine *alprat* omnibus non habetur incognitum, qualiter uoſ mihi concedatiſ aliquaſ reſ proprietatiſ ueſtre ad profectum monaſterii ueſtri propria ſpontanea uoluntate in loco nuncupante *louppa* in pago *trungauue* legitime mihi condonatiſ et poſtea mea fuit peticio et ueſtra uel fratrum ueſtrorum pie decreuerit uoluntaſ, ut ipſaſ reſ, quaſ mihi preſtetiſſetiſ, ſimul et aliaſ reſ monaſterii ueſtri ſitaſ in pago *trungauue* in loco nuncupante *lauppa* per preſtitum beneficium ueſtrum mihi relaxare debueritiſ, ſicuti et feciſti ut ipſaſ reſ, dum aduixero, per ueſtrum beneficium tenere et uiſitare debeam et non habeam pontificium ipſaſ reſ aliubi uendere nec condonare, nec alienare nec in ullum naufragium ponere, ſed poſt meum de ac (sic) luce diſceſſum cum omni re inmeliorata uel ſuperpoſita ueſtra ueſtrorumque ſucceſſorumque (sic) abſque ullis (sic) iudicis et ſignacione, quod alicuiuſ contradiccione reuertantur dominatui. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibuſ aut ulla oppoſita perſona, qui contra hanc precariam iſtam uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus uestriſ duplum tantum, quantum heace (sic) precaria conuenit, et iſta precaria ſuit facta contra unum mulinum et duoſ iurnaleſ cum uia et quod repetit nullum umquam tempore euindicare ualeat, ſed preſen (sic) precaria omni tempore firma permaneat. actum

ibi dictum in uigilia ſancti petri in III. kalendas iulii anno VIIII. chriſto propicio imperii domni noſtri *karoli auguſti* et XXXVIIII. regni eiuſ in francia et XXXIIII^{or} in italia, indiccione I. et ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 41. — Pez. loc. cit. 40.

XLIX.

Incipit capitulum de pago atarganue.

De *pohperc*
De *cinuualheſdorf*
De *agira*
De *ſteindorf*
De *camparon*
De *pogindorf*
De *pirihinuuanc*
De *repagauue*
De *adalhoheſdorf*
De *cheminata*
De *puhileſpah*
De *olleſdorf*

Domino (sic) ſancto et in chriſto patri *lantperhto* abbati de monaſterio *maninſeo* una cum turma plurima monachorum ibidem conſiſtencium, ubi reliquiaſ ſancti michahelif archangeli dinoſcitur. Quapropter ego in dei nomine *ſigiuualh* cogitanſ de dei timore uel eţerna bona retribucione, ut mihi piuſ dominuſ de peccatiſ meiſ aliquid relare (sic) dignetur, uolo tradere et ita trado dimidium partem hereditatiſ meae, quod genitor meuſ mę dereliquid, hoc eſt in pago *atargauue* in loco, qui dicitur *pohperc,* omnia in omnibus tranſſirmabo, quicquid in ipſo loco, ſicut ſuperiuſ nominaui, mea ſuit poſſeſſio uel dominacio, a iure meo in ueſtrum dominium diſpono, ut poſt obitum meum ad opuſ ſancti huiuſ archangeli, qui dicitur *lunalaco,* ubi precioſuſ domnuſ *lantperhtuſ* abbas regere uidetur, ibidem habeatiſ, teneatiſ atque poſſideatiſ liberum in omnibus perfruatur arbitrio ad faciendi. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus aut pro heredibus meiſ hoc mutare uoluerit, nullum obtineat ei effectum, ſed preſenſ iſta tradicio firma et ſtabiliſ permaneat et me rogantibus bonorum hominum manibus roborata, quorum nomina per aurem tracti et ſunt teſteſ multi. Hoc ſuit factum in pridie nonaſ decembris luna XXVII et in alio die, id eſt VIIII (nonis?)

decembrif feci ueſtigio atque redonacio ad ſancto michahelo archangelo . et ego *anthardus* in ipſo die tranſſundo ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo* ſiluam hereditatif meę, quicquid ad *pohperc* habuiſſem, ut ab hodierno die liberum perfruatur arbitrio . ſunt teſtef multi.

Chron. lunaelac. I. 61. — Pez. loc. cit. 59.

L.

Domino uenerabili et in chriſto *lantperhto* abbati de monaſterio *maninſeo*, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelif archangeli . quapropter ego *anthardus* cogitanſ de dei timore uel eterna retribucione, dum non eſt mihi incognitum, qualiter aliquam rem porcionif meae, id eſt iurnalef II. in pago *atargauue* in loco nuncupante *pohperk* uobis ad ipſum monaſterium, quod dicitur *maninſeo*, tradidi atque tranſſirmaui, ut in euum atque inconuulſum perpetualiter permaneat . hoc fuit factum in XIIII. kalendas iunii, luna XV, anni domini DCCCXXIIII, indiccione II. ſunt teſtef multi.

Chron. lunaelac. I. 62.

LI.

Sacroſancto atque uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelif in loco nuncupante *maninſeo*, vbi preeſt ſanctuſ et uenerabilif *hiltipalduſ* archiepiſcopuſ rector nec non et ſacri palacii capellanuſ Ego in dei nomine *halbuinuſ* conſtat mę non imaginario iure nec nulli cogenteſ imperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro anime meae remedium ſeu pro eterna retribucione tradere et ita tradidi aliquaſ reſ proprietatif meę ſitaſ in pago *atargauue* in loco nuncupante *cinuualhefdorf* una cum domibus, edificiif, mancipiif, ſiluif, campif, pratif, paſcuif, aquif aquarumue decurſibus, mobili et inmobili totum et ad integrum, quicquid in ipſo loco mea legitima uidetur eſſe poſſeſſio, a die preſente de iure meo in iure dominacione ipſiuſ monaſterii ad profectum ipſiuſ ſancti loci facere decreuerit, liberum perfruatur arbitrio . ſi quiſ uero,

quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus meiſ, qui contra hanc tradicionem uenire conauerit, inferat partibuſ ipſiuſ ſancti loci duplum tantum, quantum haec tradicio conuenit, et inſuper una cum diſtringente ſocio ſiſco auri libraſ tantaſ argento pondua tanta coactuſ exſoluat ſed preſenſ tradicio omni tempore firma permaneat. actum ibi datum in pridie idus nouembris anno VII°. chriſto propicio imperii domni noſtri *Karoli auguſti,* et XXXVIII regni eiuſ in francia, et XXXIII in italia, indiccione XV. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 37. — Pez. loc. cit. 36.

LII.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in loco nuncupante *maninfeo,* ubi preeſt ſanctuſ uenerabiliſ *hiltipalduſ* archiepiſcopuſ Ego in dei nomine *alprat* conſtat mę pro animę remedium ſeu pro eterna retribucione tradere et ita tradidi aliquaſ reſ meaſ uiliſ emptioniſ męe ſitaſ in pago *atargauue* in loco nuncupante *mulipah* una mulina et duoſ iurnales cum uia a die preſente de iure meo in iure dominacione ipſiuſ monaſterii trado atque tranſſundo liberum perfruatur arbitrium. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, aut ego ipſe aut ulluſ de heredibus meiſ quiſlibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc traditionem uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus ipſiuſ ſancti loci duplum tantum, quantum hęc traditio conuenit, et inſuper una cum diſtringente ſocio ſiſco auri libraſ tantaſ coactuſ exſoluat nec nullatenuſ euindicare ualeat, ſed preſenſ tradicio omni tempore firma permaneat. actum ibi datum in uigilia ſancti petri, in III kalendas iulii anno VIIII. chriſto propicio imperii domni noſtri *karoli auguſti,* et XXXVIIII regni eiuſ in francia et XXXIIII in italia, indiccione I. et ſunt teſteſ multi.

Cron. lunaelac. I. 38. — Pez. loc. cit. 38.

LIII.

In nomine dei ſummi ego *rumolf* conſtat mę concedere uel perdonare eccleſiae ſancti michahelis pro anima mea ad monaſterium *maninfeo* in loco, qui dicitur *ſteinpah,* caſa cum piſtrina,

terra, prada, riuaſ, ſiluaſ, cultum uel incultum, mancipiaſ V. VIII° uaſaſ, duo mulina ad flumen *agre* et ad locum, qui dicitur */ſkeroluinga* noſtra parte de terra et omnia, que ibi habui. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 39. — Pez. loc. cit. 38.

LIV.

In chriſti nomine ego *reginhoh* trado hereditatem meam in loco nuncupante *agira* ad ſanctum michahelem ad monaſterium nuncupante *maninſeo*, hoc eſt terra, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ, dimidiam molendinum, quicquid ibi meum proprium cognoui. ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 39. — Pez. loc. cit. 39.

LV.

De steindorf.

Ego in dei nomine *albkiſ* et filiuſ meuſ *albker* conſiderauimuſ, qua grauor ſarcina peccatorum et reminiſcimini bonitatiſ dei dicentiſ. date elimoſina et omnia munda ſient uobiſ. Idcirco hanc epiſtolam donauimus donatumque in perpetuum eſſe uolumus atque de iure noſtro in poteſtatem et donacionem monaſterii archangeli michahelis conſtructum in loco, qui dicitur *maninſeo* in pago *matahgauue*, ubi preeſt uenerabiliſ et dei famuluſ *oportunuſ* abbas, uel monachi eiuſ in uinculo caritatiſ conexi tranſſundimus atque tranſſcribimus in uilla nuncupante *ſteindorf* ſitaſ in pago *atargauue* manenteſ ſeruoſ duoſ cum domibus eorum et omnia, que habuerunt in illa die et medietate de terra, que ad eodem locum pertinent et quod frater meuſ *aaron* antea donauit, ipſum ego et filiuſ meuſ confirmauimus ad ſupra dictum monaſterium in alimoniiſ uel ſubſtancia monachorum ibidem habitancium chriſto protegente proficiant. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, aut ego ipſe aut aliquiſ ex heredibus meiſ uel quiſlibet oppoſita perſona, qui contra hanc cartulam donacioniſ, quam ego et filiuſ meuſ cum bona uoluntate fieri rogauimus, temptare aut frangere uoluerit, inprimiſ iudicium dei incurrat

atque archangeli michahelif et a conforcia chriftianorum alienus efficiatur et infuper conponat auri libraf tref, et argenti pondera V. et quod conatur facere, non perficiat et hec cartula firma et ftabilif permaneat ftipulacione fubnixa . Acta eft hec cartula in ipfa (sic.) monafterio archangeli michahelif fub die III. kalendas madii et in ipfo die cepi iter facere ad romam regnante domno taffilone duce XXVI. anno . funt teftef multi.

Chron. lunaelac. I. 18. — Pez. loc. cit. 21.

LVI.

De camparon.

In nomine domini dei faluatorif noftri ihefu chrifti. Ego itaque *hiltiperht* tractante enim me de eterna beatitudine feu de terribili gehennea, qualiter deum contempnentef penam incidunt fempiternam et chrifto feruientef uitam adipifcunt eternam, pro hoc igitur ftatui in animo meo de hereditate mea deo inſpirante, quam mihi pater meuf dereliquid, tradidi infuper et tranffundaui, quod habui in loco nuncupante *atargauui* in uilla, qui dicitur *campara,* cum domibus, edificiif, ruref, campof, prataf, filuif, uiif, aquif aquarumue decurfibus cum quatuor mancipiif poft obitum meum trado ad monafterium fancti michahelif, qui uocatur *maninfeo,* qui eft conftructuf in pago *mahgauue* (sic). Si quif autem, quod futurum effe non credo, aut ego ipfe aut aliquif de heredibus meif uel fucceffforibuf meif, qui contra hanc donacionif cartam uenire aut eam infrangere temptauerit, inprimif iram dei incurrat et fanctorum eiuf et a limitibus eccleſiae extraneuf efficiatur et habeat partem cum iuda traditore et caufam cum fancto michahelo archangelo et fit culpabilif in fifco auri unciaf III. argenti pondera VI. et quod repetit euindicare non ualeat et hec carta nihilominuf firma permaneat et ftabilif omni tempore ftipulacione fubnixa. Die confule VIII kalendas auguſti, indiccione VI. funt teftef multi.

LVII.

In nomine patrif et filii et fpirituf fancti. Ego itaque *ermanolt* cogitanf pro anima mea uel pro eterna retribucione trado hereditatem meam in loco nuncupante *atargauue* in uilla cono-

minata *campara* condonaui omneſ reſ proprietatiſ meę cum domibus, edificiiſ, campiſ, pratiſ, ſiluiſ, paſcuiſ, uiiſ, aquiſ aquarumue decurſibus in integrum poſt obitum meum ad monaſterium, qui dicitur *maninſeo*, ad illam iam ſupra dictam eccleſiam (sic) ſancti michahelis cum omni adidicencia (sic) ad ipſam rem pertinentem totum et ad integrum ad ipſo loco ſancto trado atque tranſſundo, ut ab hac die ipſa cara dei uel ipſiuſ monaſterii illuc habeant, teneant atque poſſedeant et eorum ſucceſſoribus chriſto propicio derelinquant uel quicquid facere uoluerit, liberam habeant in dei nomine poteſtatem. ſuit ipſa donacio facta VIII. kalendas auguſti. ſunt teſteſ multi.

LVIII.

Ad pogindorf.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelis archangeli in loco nuncupante *maninſeo*, ubi preeſt ſanctuſ ac uenerabiliſ *hildipalduſ* archiepiſcopuſ et ſacri palacii capellanuſ Ego in dei nomine *odallant* conſtat mę non imaginario iure nec nulli cogenteſ imperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro animę meę remedium ſeu pro eterna retribucione tradere et ita tradidi aliquaſ reſ proprietatiſ meę ſitaſ in pago *atargauue* in loco nuncupante *pogindorf* una cum domibus, edificiiſ, mancipiiſ, ſiluiſ, campiſ, pratiſ, paſcuiſ aquiſ aquarumue decurſibus, mobilibus et inmobilibus totum et ad integrum, quicquid in ipſo loco mea legitima uidetur eſſe poſſeſſio, a die preſente de jure meo in iure et dominatione jpſiuſ monaſterii trado atque tranſſundo jta, ut quicquid exinde parſ ipſiuſ monaſterii ad profectum jpſiuſ ſancti loci facere decreuerit, liberum perfruatur arbitrium. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo; ſi ego jpſe aut ulluſ de heredibus ſeu pro heredibus meiſ quiſſiibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc traditionem uenire conauerit aut eam jnfrangere temptauerit, inferat partibuſ jpſiuſ ſancti loci duplum tantum, quantum haec tradicio conuenit, et inſuper una cum diſtringente ſocio fiſco auri libraſ tantaſ, argento pondua tanta coactuſ exſoluat et quod repetit nullo modo euindicare non ualeat ſed preſenſ traditio omni tempore firma permaneat cum ſtipulacione ſubnixa. actum eſt in

pridie nonas aprilis anno nono chriſto propicio imperi (sic) domni noſtri *karoli auguſti* et XXXVIIII. regni eiuſ in francia et XXXVIIII (sic) in italia, indiccione II. in dei nomine feliciter et ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 42. — Pez. loc. cit. 41.

LIX.

Item de sceroluingon.

Ille bene poſſidet reſ in ſecula, qui ſibi de caduciſ rebuſ conparat premia ſempiterna. Ideoque ego in dei nomine *heripald* filiuſ *attoni* quondam cogitanſ caſu humani fragilitatiſ uel eterna retribucione, ut mihi piuſ dominuſ remunerare in futura ſeculum dignetur et pro animae meae remedium uel patriſ mei *attoni* quondam ad eccleſiam ſancti michahelis ſitam jn pago matahgauue jn loco, qui dicitur *maninfeo*, ubi *hiltipalduſ* epiſcopuſ rector eſſe uidetur uel norma (sic) plurima monachorum ſecundum regulam ſancti benedicti degenteſ donatumque jn perpetuum eſſe uidetur, hoc eſt reſ meaſ propriaſ in pago atargauue in uilla, qui dicitur *ſceroluinga*, totum et ad integrum, quantumcumque in iam dicta loca uiſuſ ſum habere uel poſſedere, ad iam dicto monaſterio trado ſecundum lege bauuariorum tranſcedo atque tranſſundo a die preſente habendi, tenendi licet commutandi pro afectu iam dicti monaſterii, in omnibus licenciam habeant faciendi, quod uoluerint, tam campiſ, pratiſ, ſiluiſ, paſcuiſ, agriſ, adiacenciiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, omnia et ex omnibus ad ipſum monaſterium in dei nomine tranſcedo atque tranſſundo. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus uel pro heredibus meiſ certe aut ulla emiſſa uel extranea perſona, qui contra hanc traditionem, quam ego mea ſpontanea (uoluntate) fieri uel et firmare rogaui, uenire uoluerit aut eam infrangere temptauerit, inferat, qui hoc repetit, dupliciter tantum, quantum tunc tempore ipſa traditio emeliorata uoluerit et inſuper una cum diſtringente ſocio fiſco auri libraſ III. argenti ponduſ VI coactuſ conponat et quod repetit euindicare non ualeat ſed iſta tradicio omnique tempore firma et ſtabiliſ permaneat cum ſtipulacione ſubnixa.

actum in ipſo monaſterio datum VIII idus ſeptembris, anno XXXVI regni domni noſtri *karoli* glorioſiſſime regiſ et imperii eiuſ III. et teſteſ ad roborandum ſecundum lege bauuariorum dedit.

LX.

De pirihinvvanc.

In chriſti nomine ego itaque *hrodperht* cogitanſ pro anima mea uel pro eterna retribucione trado et tranſſundo propria mea in loco, qui dicitur *pirihinuuanc*, quod ego adqueſiui a ſenioribus meiſ cum conſenſu ſeniori meo nuncupante *egino*, quicquid ibidem pertinet, poſt obitum meum ſit firmiter omnia, quod ad me pertinet cum domibus, mancipiiſ, ſiluiſ, pratiſ, agriſ, campiſ, aquiſ aquarumue decurſibus traditum ſit ad eccleſiam ſancti michaheliſ in loco nuncupante *maninſeo* regnante domno noſtro *taſſilone* duce gente bauuariorum anno XXV. VI idus nouembris. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 18. — Pez. loc. cit. 20.

LXI.

Venerabili atque amabili *lantperhti* abbati de monaſterio *maninſeo*. quapropter ego *hiltimunt* et coniux mea *ellinpurc* in dei nomine cogitanteſ de dei timore uel eterna bona retribucione uolumus tradere et ita tradimus, quicquid in noſtra poteſtate habemus, hoc eſt ad *pirihinuuanc* omnia et ex omnibus ad ſancto michahelo archangelo tranſſirmamus. hoc fuit factum in III idus auguſti, luna VIIII. anni domini DCCCXXIIII. indiccione III.

Chron. lunaelac. I. 62. — Pez. loc. cit. 59.

LXII.

Nihil longum eſt, quod finem habet. Idcirco cogitando cogitaui ego *deotricuſ* comiſ, quomodo iſta tranſeuncia atque labentia iſtiuſ ſeculi euaneſcunt et quaſi florencia hiemali marceſcunt et areſcent et eo igitur modo quaſi nunciuſ cito pertranſieuſ, temporibus oportuni abſtracta eſt una ſilua a ſancto michahele

archangelo in *maninfeo*, quaſ ipſi monachi ibidem degenteſ habuerunt in ueſtitu illorum jn pago atargauue et in loco, qui dicitur *pirichinuuanc*, et uſque hodie diſpoliati fuerant de ipſa ſilua, ſicut ſuperiuſ nominatum eſt. Nunc igitur ego *lantpertuſ* abbas legaliter querebam marcam illam et ipſe *deotricuſ* comiſ cum omnibus pagenſiſ illuc peruenit et *lantperhtuſ* prenotatuſ abbas cum eo pariter cum ſuiſ hominibus, ut diſcernerent, quid ad illum locum pertineret. Tunc uero prefati principeſ conueneruntin illam marcam cum cunctiſ pagenſiſ peruueneruntque ad illam petram, qui ſtat in mediana *agra*. Deinde equitabant uſque ad illum montem proximum et fecit *kundachar* filiuſ comitiſ marcham. Deinde perrexerunt ad locum, qui dicitur *moſe*, et fecerunt per ſingula loca ſingula marcha, ſicut ipſa aqua uadit de illo *moſe* jnter duoſ monteſ intrat in flumina ſupra nominata *agra* et iuxta *agra* uſque ad petram, quem ſuperiuſ nominauimus, qui ſtat in medio flumine. Et ſunt teſtimonialeſ multi, qui hoc teſtificauerunt et dixerunt, ut iure pertinerent ad ſanctum michahelem archangelum chriſti. De hominibus ſunt in ſumma LXVI uirorum nobilium, quando ipſe comiſ illoſ interrogauit, ſi aliquiſ in ipſa ſilua aliquam poteſtatem habuiſſet, Reſponderunt omneſ et dixerunt, quod nulluſ homo licenciam habuiſſet in illa ſilua aut ſuſtem cedere aut uirgam tollere niſi cum licencia abbatis. actum eſt hoc ſub die XIII. kalendas marcii, luna III. anni domini DCCCXXIII. indiccione I.

Chron. lunaelac. I. 57. — Pez. loc. cit. 54.

LXIII.

De repagauue.

Notum eſt cunctiſ fidelibus, quod cum rebus caduciſ poſſunt ſibi adquirere ſempiternae, que nunquam deficiunt. Quapropter ego indignuſ monachuſ nomine *rodolf* una cum fratre meo, qui eſt aduocatuſ meuſ, trado ad ſanctum michahelem archangelum, quicquid mihi ex parte genitoriſ ſue (? ſeu) genitriciſ hereditario iure ſucceſſit in loco, qui dicitur *repagouui*, caſum cum curte, terriſ, pratiſ, ſiluiſ, paſcuiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, mobilibus et inmobilibus, cultiſ et incultiſ, mancipiiſ, quicquid dici uel nominari poteſt ea uidelicet racione, ut quam-

diu uixero . liberam habeam poteſtatem faciendi et poſt obitum meum cum omnibus emelioratiſ redeat ad ſanctum michahelem, et ſunt teſtef multi per aureſ tracti . acta eſt hęc tradicio ad maninſeo in baſilica ſancti michahelif III. idus iunii, feria VI.

Chron. lunaelac. I. 58. — Pez. loc. cit. 55.

LXIV.

De adalkohesdorf.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie condonare uoluerit, hoc coram pluref teſtibus faciat oblicare . quapropter ego in dei nomine *milo* et filiuſ meuſ *kerpald* tradere uolumuſ partem hereditatiſ noſtre et ita tradimus ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo*, ubi preeſt uenerabiliſ uir *lantperhtuſ* abbas in dei nomine regere uidetur. Nunc tradimus partem hereditatiſ noſtre in pago atargauue in loco, qui dicitur *adalhohefdorf*, hoc eſt caraſ (sic.) cum curtiſ ferif, ſcoria cum terriſ arabiliſ id ſunt iurnales L et de pratiſ iurnaleſ XXX carradas filuiſ communiſ peruiiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, paſcuiſ, mobilibus et inmobilibus, totum et ad integrum omnia per omnia, quicquid in illo loco noſtra ſuit poſſeſſio uel dominacio in illo loco, ſicut ſuperiuſ nominauimus, ab hodierno die ego *milo* et filiuſ meuſ *kerpald* tranſſundimus ad ſancto michahelo archangelo, qui dicitur ad *maninſeo*, ut exinde habeatiſ, teneatiſ atque poſſideatiſ liberam in omnibus perfruatur, quicquid facere uolueritiſ, faciatiſ, ut nulluſ exinde habeat licenciam hoc mutare uel frangere ſed ſtabiliſ in euum permaneat et inconuulſum mihique manibus meiſ et aliiſ nobiliſ hominibuſ manibus roborata per ſignacula ſignata . hoc ſuit factum in loco ad *maninſeo* in eccleſia ſancti michahelif archangeli coram omni congregacione ſancti michahelif in kalendis iunii luna VIII. anni domini DCCCXXII. indiccione XII. ſunt teſtef multi.

Chron. lunaelac. I 54. — Pez. loc. cit. 51.

LXV.

De cheminata.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie aliquid ad loca ſanctorum condonare uoluerit, hoc coram pluref teſtibus faciat obplicare . quapropter ego in dei nomine *durinc* volo tra-

dere quartam partem ſubſtancię męę in mancipiiſ, in iumentiſ, quod cum filiiſ meiſ II. et uxore mea diuidere hoc omnia poſt obitum meum trado ad ſancto michahelo archangelo ad monaſterio maninſeo, hoc eſt in pago atargouue in loco, qui dicitur ad *cheminata*. hoc fuit factum in loco ad *maninſeo* in eccleſia ſancti michahelif in . . . kalendas iulii, luna XXII. anni domini DCCCXXII. indiccione XV. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 56. — Pez. loc. cit. 54.

LXVI.

De puhilespah.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie aliquid condonare uoluerit, hoc coram plureſ teſtibus faciat obplicare. quapropter ego *mahtuni* in dei nomine in d . . . . cogitanſ de dei timore uel eterna bona retribucione, ut mihi piuſ dominuſ de peccatiſ meiſ aliquid relaxare dignetur, uolo tradere partem hereditatiſ męę et ita trado ad ſancto michahelo archangelo, qui dicitur *lunalaco*, ubi preeſt uenerabiliſ uir *lantperhtuſ* abbas in dei nomine feliciter regere uidetur, iterum tranſſirmabo, ſicut iam factum eſt in VII idus decembris in eccleſia ſancti michahelif archangeli, hoc eſi in pago atargauue in loco, qui dicitur *puhilefpah*, id ſunt iurnales XL. et ſiluiſ et alia utenſibilia ibidem noſcuntur et ita trado, ut ab hodierno die hoc habeatiſ, teneatiſ, liberum perfruatur arbitrio. a iure noſtro in ueſtram dominacionem diſpono, ut firmiter in omnibus teneatiſ. hoc fuit factum ad *ſcugindorf* in ipſa eccleſia in VII. kalendas ianuarii, luna XX. anni domini DCCCXXIIII, indiccione I. ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 64. — Pez. loc. cit. 60.

LXVII.

De ollesdorf.

Ego in dei nomine *uuolf* cogitanſ pro anima mea ſeu pro anima patriſ mei nomine *oſtargouuo* et de ęterna retribucione pro mercede animarum noſtrarum trado ad ſanctum michahelem

archangelum uel ceterorumque ſanctorum jn loco nuncupante *ollefdorf,* id eſt campiſ, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ aquarumue decurſibus et unum ſeruum manentem cum uxore ſua et duobus filiiſ uel quicquid ibi proprium habui a die preſente ad locum iam ſupra dictum *maninſeo* monaſterium in preſente abbate *oportuni* et monachiſ eiuſ. si quiſ contra hanc cartulam facere aut frangere uoluerit, jnprimiſ iram dei incurrat et ſancti michahelis archangeli et omnium ſanctorum eiuſ incurrere pertimeſcat. ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 13. — Pez. loc. cit. 15.

LXVIII.

De pattindorf.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelis in loco nuncupante *maninſeo,* ubi preeſt *hiltipaldus* archiepiſcopuſ cuſtuſ (sic.) capellanus Ego in dei nomine *milo* et filiuſ meuſ *kerpald* tradimus reſ noſtraſ ad ſanctum michahelem in pago atargouue ad *pattindorf* et eſt domuſ cum mancipiiſ, campiſ, pratiſ, ſiluiſ, pascuiſ, aquiſ aquarumue decurſibus totum et ad integrum, quicquid in ipſo loco habeo, quicquid illorum uoluntaſ eſt faciendi. et iſta tradicio fuit facta in VI idus Madii et hoc fuit in die aſcenſione domini et ſunt multi teſteſ.

LXIX.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie aliquid ad loca ſanctorum condonare uoluerit, hoc coram plureſ teſtibus faciat oplicare. Quapropter ego in dei nomine *oftargar* cogitanſ de dei timore uel eterna bona retribucione, ut mihi piuſ dominuſ de peccatiſ meiſ aliquid relaxare dignetur, uolo tradere hereditatem meam ad ſancto michahelo archangelo ad maninſeo et ita trado omnem ſubſtanciam meam, quam habeo ad *puhilefpah* in manuſ *lantperhti* abbatis, ut poſt obitum meum teneatiſ et liberum perfruatur arbitrium et quicquid ad ipſiuſ lociſ, quod dicitur *puhilefpah* continetur, ante omnia et per omnia et in omnibus tranſſirmabo ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo* et ubi preeſt uenerabiliſ uir *lantpertuſ* abbas in dei nomine

regere uidetur. Hoc fuit in XVIII kalendas februarii, luna II. in loco ad *pirihinuuanc* Anni Domini DCCCXXVI. indiccione IIII. et ſunt teſteſ multi.

LXX.

Incipivnt capitvla de pago rotahgovve.

De *rota*
De *uuolfaha*
De *ſcefauua*
De *perge*
De *ezzinpah*
De *mulipah*
De *chiripah*
De *haropah*
De *pohe*
De *intinſtegon*

In nomine domini iheſu chriſti et ſaluatoriſ noſtri altiſſimi. Ego *ihho* (ſic) cogitanſ de dei timore uel eterna bona retribucione tradere uolo omnem ſubſtanciam meam atque hereditatem meam ad ſancto michahelo archangelo, quod ita dictum eſt ad *maninſeo* et ubi preeſt uenerabiliſ uir in dei nomine regere uidetur *oportunus* abbas, et ita trado ſine mancipiiſ, qui in domo mea ſunt, ipſaſ mancipiaſ trado ſororibus meiſ. Nunc ego ihho ualde infirmus ſum propter ea tranſſundo omnem hereditatem meam ad ſancto michahelo archangelo, ſicut ſuperius dixi, hoc eſt *rota,* caſaſ cum terra ſalaricia cum manſiſ ibidem manentibus uel aſpicientibus, ſiluiſ, pratiſ, paſcuiſ, peruiiſ, aquiſ aquarumue decurſibus totum et ad integrum, mobilibus et inmobilibus atque eccleſiam ſancti martini, et quicquid in ipſiuſ lociſ mea fuit poſſeſſio uel dominacio, ſicut ſuperiuſ nominaui, de iure meo in ueſtram diſpono, ut poſt obitum meum teneatiſ atque poſſedeatiſ, liberam in omnibus habeatiſ poteſtatem, et ſi quiſ deincepſ, quod futurum eſſe non credo, aut ego ipſe aut quiſlibet de heredibus uel pro heredibus meiſ, qui contra hanc cartulam conauerit aut eam infrangere uoluerit, inprimitus iram dei incurrat et a limitibus eccleſiarum extraneuſ efficiatur et iudaſ traditor, qui dominum noſtrum iheſum chriſtum tradidit, perfruatur eiuſ conſorcio et nihil ei obtineat effectum. actum in pago *rotahgauuenſe* in loco, qui dicitur aeccleſia ſancti martini coram omneſ pagenſaleſ. Hoc fuit factum in VIII. idus iulii luna VIIII. regnante XII° anno *taſſilone* duce, Anni domini noſtri DCC°L°VIIII. indiccione XII°. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 13. — Pez. loc. cit. 15.

LXXI.

Vita breuiſ hęc eſt nimium ſed longa futura. Ideoque unicuique neceſſe eſt cum caduciſ et tranſitoriiſ rebuſ feſtinare, ut adquiret ea, que non ſunt tranſitoria ſed eterna, que nunquam ueterefcunt (sic) et deficiunt ſed permanent in ęternum. quapropter ego indignus diaconus nomine *arperht* diuina conpunctuſ miſericordia trado atque tranſſundo propriam alodem meam ad ſanctum michahelem archangelum dei pro redempcione animę męę in loco, qui dicitur *rota,* ut partem merear aliquam habere cum ſanctiſ dei in eterna quiete, quicquid habere uiſuſ ſum in loco eodem ſupra nominata uel in terriſ, filuiſ, pratiſ, paſcuiſ aquarumue decurſibus et in mancipiiſ, quicquid dici uel nominari poteſt, nihil extra dimitto. Et tamen racione hanc traditionem facio, ut id ipſum habeam et beneficiolum meum, quod inde accepi uſque ad finem uitę męę nemine prohibente atque contra dicente ex ipſiſ principibus, qui ibi preeſſe uidentur, et ut tradam, cui uoluero, ut habeat uſque ad finem uite ſue. acta eſt hęc tradicio anno domini DCCC^{mo}.LIII°. et in IIII. kalendas februarii, luna XIIII. in loco ſupradicto, qui dicitur *rota,* et ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 80. — Pez. loc. cit. 70.

LXXII.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelif in loco nuncupante *maninſeo,* ubi preeſt ſanctuſ ac uenerabiliſ *hiltipalduſ* archiepiſcopuſ et ſacri palatii capellanuſ Ego in dei nomine *poſo* conſtat mę non imaginario iure nec nulli cogenteſ imperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro animae męę (remedio) et pro filiiſ meiſ ſitaſ in pago *rotahgouue* poſt obitum meum, id eſt in loco nuncupante *rota,* cum terriſ, campiſ, pratiſ, filuiſ, paſcuiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, totum et integrum, quicquid in ipſo loco mea legitima uidetur eſſe poſeſſio, poſt obitum meum ſit ſtabiliſ et firma permaneat in loco, quod ſuper memorauimus. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut pro heredibus meiſ quiſlibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc dona-

cionem uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit et inſuper una cum diſtringente ſocio ſiſco auri libraſ II. argento pondera IIII° coactuſ exſoluat et quod repetit ullum umquam tempore euindicare non ualeat ſed preſenſ tradicio omni tempore firma permaneat cum ſtipulacione ſubnixa. actum ad maninſeo datum poſt obitum meum XII. kalendas aprilis anno III. imperii domni *karoli* piiſſimi imperatoriſ et XXX°V. regni eius in francia et XXX in italia, indiccione XI. ab incarnacione domini noſtri iheſu chriſti DCCCIII. ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 32. — Pez. loc. cit. 31.

LXXIII.

De rota.

Vita breuiſ eſt hęc nimium ſed longa futura. Ideoque oportet, ut quamdiu in ea, que paruo tempore eſt, uixerimus, feſtinemus ad eam, que non eſt annua ſed continua perueniamus. De hac beata uita dum cuidam laico tractaretur nomine *atoni*, deſiderabat ad ipſam peruenire cum temporalibus boniſ eterna premia promereri tradiditque ad ſanctum michahelem archangelum, hoc eſt uidelicet ad monaſterium in honore dei ſub ipſiuſ archangeli nomine conſtructum iuxta lacum nomine *maninſeo*, omnia, que *lantperhtuſ* abbas ipſi donauit ſiue dimiſit poſt obitum ſuum ad *rotam*, in caſiſ et curtiſ et reliquiſ edificiiſ ac mancipiiſ, de terra culta et inculta, pratiſ, paſcuiſ, ſiluiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, de mobilibus et inmobilibus nihil extra dimittenſ, inſuper et hobam unam *uuolfoldi* ſerui ſui ad eundem locum tradidit et poſt factam traditionem conplacitauit *engilperhto* et germano ſuo *pazrico*, ut poſt obitum illiuſ eadem, que ſupra dicta ab ipſo ſunt, ad dieſ uite ſue poſſiderent ea uidelicet ratione, ut quamdiu ipſi uellent ad ſanctum michahelem deſeruire et hiſ, qui cauſaſ eius prouiderent, reſ ſupra ſcripta in eorum dicione permanerent. ſiquando uero ut ſepe contigit alicui alibi ſeruire uellent, ſtatim eadem cauſae ad locum ubi tradite ſunt, reuerterentur et minime in ipſorum poteſtate remanerent, ſi autem perpetualiter hoc eſt ad dieſ uite ſue ad ſanctum michahelem, ut ſupra notatum eſt, uellent obedire, tunc

poſt obitum illorum caſae ſupra tradite ad locum ſuum reuerterentur, facta hac traditione et hiſ rebus ita conplacitatiſ in preſentia totius congregationiſ beati michahelis archangeli. ſunt multi teſteſ per aureſ tracti.

LXXIV.

De vvolfaha.

Ego in dei nomine *maegilo* pro peccatiſ meiſ minuandiſ uel pro eterna retributione dono ad monaſterium, qui uocatur *maninſeo*, qui eſt conſtructuſ in pago *matahgauue* in honore ſancti michahelis uel ceterorum ſanctorum, ubi *oportunuſ* abbas cum monachiſ ſuiſ preeſſe uidetur, a die preſente donatumque in perpetuum eſſe uolo, hoc eſt in uilla, qui dicitur *uuolfaha* in pago rotahgouue cum omne marca adque iacenciiſ ſuiſ caſatiſ ſeruiſ uel liberiſ, manſiſ, mancipiiſ, campiſ, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ aquarumue decurſibus uel quuicquid ad ipſam uillam pertinere uidetur totum et ad integrum, ſicut dixi a die preſente dono adque tranſſundo, ut quicquid iam dictuſ abbas *oportunuſ* uel monachi ſui de ipſa uilla facere uoluerint, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem faciendi. ſiquiſ uero, quod fieri non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus meiſ uel quiſlibet oppoſita perſona contra hanc donationem ueniat, iram dei et ſanctorum eiuſ uel penaſ inferni experire pertimeſcat et non ualeat uindicare quod repetit, Et partibus duci conponat argento pondua X. auri libraſ V. et hęc donatio a me facta omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat ſtipulacione ſubnixa. actum maninſeo monaſterio puplici ſub die quod fecit menſiſ iulii die decimo anno ſecundo taſſilone duci, ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. 1. 11. — Pez. loc. cit. 13.

LXXV.

De zchefovva.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie aliquid ad loca ſanctorum condonare uoluerit, hoc coram plureſ teſtibus firmiter faciat obplicare quapropter ego *meginrat* in dei nomine

cogitanſ de dei timore uel eterna bona retribucione, ut mihi piuſ dominuſ de peccatiſ meiſ aliquid relaxare dignetur, uolo tradere ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo* omnem ſubſtantiam meam, quam habui ad *ſcefouuia*, et quicquid ad illo loco pertinet, ita trado pro me ipſu met pro filium meum *meginhardum*, et pro uxore mea *hiltipirinna*, ut poſt obitum noſtrum in omnibus habeatiſ poteſtatem, ſicut ſuperius nominauimus, iterum atque iterum tranſſirmabo traditionem meam ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo*, ubi preeſt *hiltipaldus* archiepiſcopuſ in dei nomine regere uidetur et *kamalo* monachus deſuper conſtitutuſ prepoſitus et miſſuſ *hildepaldi* archiepiſcopi, quod dicitur *lantperhtuſ* ſuuſ diaconus ibidem erat et teſtimonia accepit, et hoc ſuit factum ad ipſum monaſterium ad *maninſeo* anni domini DCCCV, indiccione XIII. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 34. — Pez. loc. cit. 34.

LXXVI.

De perge.

In nomine domini dei ſaluatoris noſtri iheſu chriſti ego *taſſilo* uir inluſter dux anno regni mei uiceſimo III° indiccione V. tractante enim mę de ęterna beatitudine ſeu de terribili gehenna, qualiter deum contempnenteſ poenam incidunt eternam et chriſtum amanteſ gloriam adipiſcunt ſempiternam trado atque confirmo pro mea anima et meiſ genitoribus ad ſacrum monaſterium archangeli michahelis loco nuncupante *maninſeo*, in pago *rotahgauue*, qui uocatur ad *perge*, id eſt hominef III. habitanteſ, terram, prataſ, cultum uel incultum, quicquid ibi homini meo conceſſi chonrato, ut ab hodierna die habeatiſ et deincepſ ſit traditum et ſtabile ad predictum ſacrum monaſterium. ſi quiſ autem contra hanc cartam traditioniſ quelibet contraire uoluerit, iram dei incurrat et cauſam habeat cum michahele archangelo et partem cum iuda traditore et carta haec nihilominus firma permaneat. actum eſt autem hęc ad *otingaſ* regnante domino noſtro iheſu chriſto in ſecula ſeculorum. ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 8. — Pez. loc. cit. 16.

LXXVII.

Domino (sic) ſancto ac uenerabili uiro et cum uera caritate nominando *lantperhto* abbati de monaſterio *maninfeo* deo ſeruientibus et ſanctiſ eius famulantibus . quapropter ego *draſamunt* et *tagaperht* cogitantibus pro dei timore et pro eterna retributione, ut nobis piuſ dominuſ noſtriſ aliquid relaxare dignetur, uolumus tradere partem hereditatiſ noſtrę ad *maninfeo* et ita tradimus, hoc eſt ſiluiſ et mulinaſ, quam habuimus in pago *rotahgouue* in loco ad *perge*, et ita tradimus, ut perpetualiter in euum habeatiſ . hoc fuit factum in XVI kalendas februarii, luna I. anni domini DCCCXXIII. indiccione XV. ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 59. — Pez. loc. cit. 56.

LXXVIII.

De ezzinpah.

In nomine domini dei ſaluatoriſ noſtri iheſu chriſti Ego itaque *arperht* tractante enim mę de ęterna beatitudine ſeu de terribili gehenna, qualiter deum contempnenteſ poenam incidunt ęternam et chriſto ſeruienteſ uitam adipiſcunt ſempiternam, pro hoc igitur ſtatui in animo meo de hereditate mea deo inſpirante, quam mihi meuſ genitor dereliquid, tradidi inſuper et tranſſundaui, quod habui in loco nuncupante *ezzinpah* et *antefana* ad monaſterium ſancti michahelis, qui uocatur *maninfeo*, qui eſt conſtructus in pago matahgauuenſe, caſa cum curte et cum ſcuria, cum campiſ, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ, uiiſ, cum cultiſ et incultiſ, cum omnibus, quod ad ipſum locum de hereditate mea pertinere uidetur, jd eſt caſaſ cum domibus et aedificiiſ eorum, cum uxoribus et filiiſ ac filiabus eorum et inter totaſ mancipiaſ numero ſunt XXXIIII. ſiquiſ autem, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe, aut aliquiſ de heredibus uel ſucceſſoribus meiſ, qui contra hanc cartam donationiſ aienire (uenire) aut eam infrangere uoluerit, inprimiſ iram dei incurrat et ſanctorum eiuſ et a limitibus eccleſiae extraneuſ efficiatur et habeat partem cum iuda traditore et cauſam cum ſancto michahele archangelo, et ſit cul-

pabilif in fifco auri unciaf III. argenti pondera VI. et quod repetit, euindicare non ualeat, et hęc carta a mę facta firma et ſtabilif permaneat ſtipulatione ſubnixa. ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 59. — Pez. loc. cit. 56.

LXXIX.

De chiripah.

In nomine domini ego *rantuuiguſ* tradidi hereditatem meam ad ſanctum michahelem archangelum in loco nuncupante *maninſeo*, ubi preeſt *hiltipalduſ* archiepiſcopuſ, poſt obitum meum in pago *rotahgouue* in loco nuncupante *chirihpah* pro redempcione anime mee, quicquid in ipſo loco mea uidetur eſſe poſſeſſio, id eſt campiſ, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ liberum perfruatur arbitrium. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus meiſ, qui contra hanc cartulam uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, iram dei incurrat et a limitibus ſanctorum. Actum eſt ibi datum in pridie kalendas octobris, et ſunt multi teſteſ.

LXXX.

De mvlipah.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie aliquid condonare uoluerit, hoc coram plureſ teſtibus faciat obplicari quapropter ego in dei nomine *uuerdni* cogitanſ de dei timore uel eterna bona retributione, ut mihi piuſ dominuſ de peccatiſ meiſ aliquid relaxare dignetur. nunc commendo omnem ſubſtantiam meam in manus *lantperhti* abbatis, ut poſt obitum meum illi habeat et diuidat atque diſpendat inter monaſterioſ pro remedium anime mee liberam in omnibus habeaſ poteſtatem, ut nulluſ deincepſ licenciam habeat hoc mutare aut aeam infrangere ſed in euum ſit et inconuulſum. et iterum ego *uuerdni* cogitabo, ſicut ſuperius dixi, uobis ueſtire, quod ego habeo ad *mulipah*, ſicut dominus (sic) meuſ *engilperht* comiſ ad ſancto michahelo archangelo tradidiſſet et poſtea miſſi ueſtri deſuper ſedere feceruntduoſ uiceſ et nunc ego in tercio uice uobis ueſtitum abeo, ut poſt obitum meum teneatiſ et uſque ad finem uite mee in

ueſtrum beneficium ualeam habere et poſtea, ſicut ſuperiuſ dixi, in omnibus habeatiſ poteſtatem, et iſta ueſticio nullus mihi cogente ſed ſpontanea mea uoluntate facta et cum bonorum hominibus manibus roborata. hoc fuit factum in loco, qui dicitur *mulipah* in VII. kalendas martii, luna XVIIII. Anni domini DCCCXXI, indiccione XIIII. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 53. — Pez. loc. cit. 50.

LXXXI.

De haropah.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie aliquid condonare aut largire uoluerit ad loca ſanctorum, hoc coram plureſ teſtibus faciat opblicare. qua propter ego *perhthelm* jn dei nomine cogitanſ de dei timore uel eterna bona retribucione, ut omnem ſubſtantiam meam tradere uoluero, quod jta et feci eo, quod mihi nulli cogenteſ jmperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro remedium anime meae tradere et ita tradidi omnem ſubſtantiam meam ad ſancto michaelo archangelo, quod dicitur *maninſeo* et ubi preeſt uenerabiliſ uir *lantperhtuſ* abbas. Nunc habeatiſ hoc teneatiſ atque poſſideatiſ, hoc eſt in pago *rotahgauue* in loco nuncupante ad *pochingaſ* una cum domibus, edificiiſ, terriſ arabiliſ, campiſ, ſiluiſ, pratiſ, paſcuiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, mobili et inmobili, totum et ad integrum quicquid in ipſo loco mea fuit poſſeſſio ſeu de conparato ſeu quale modo meae adtraxiſſe hoc in omnibus et per omnia ab hodierno die habeatiſ, niſi ut in beneficium uestrum hoc uiſitare et emeliorare faciam uſque in diem uite meae, et poſt obitum meum de iure meo in ueſtram dominacionem diſpono uel ad ipſius monaſterii ſancti loci trado atque tranſſundo ita, ut quicquid exinde parſ ipſiuſ monaſterii ad profectum facere decreuerit, liberum perfruatur arbitrium, ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, aut ego, quod abſit, aut ullus de heredibus meiſ ſeu pro heredibus meiſ aut quiſlibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc tradicionem uenire conauerit aut eam infrangere uel mutare temptauerit, inferat partibus ipſiuſ ſancti loci duplum tantum, quantum iſta tradicio emelioratior fuerat et inſuper una

cum diſtringente ſocio fiſco auri libraſ tantaſ argento pondo coactuſ exſoluat, et quod repetit nullatenus euindicare non ualeat ſed preſenſ iſta tradicio mihique *perhthelmo* ſpontanea facta et bonorum hominibus roborata, ut in euum et inconuulſum ualeat permanere, omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat . actum ibi in loco ad *rota*, quod dicitur ad *intinſlegon* in pridie nonas octobris, luna VII. regnante *luduuici* imperatori anni domini noſtri iheſu chriſti DCCCXX . . . . . indiccione XIII^a^. teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 51. — Pez. loc. cit. 49.

LXXXII.

De intinſlegon.

Domino (sic) ſancto et deo deuotiſſimo *lantperhto* uenerabili abbati . quapropter ego in dei nomine *adulhart* cogitanſ de dei timore uel pro eterna bona retribucione, ut mihi piuſ dominuſ de peccatiſ meiſ aliquid relaxare dignetur, uolo tradere ad ſancto martino, quod eſt in *rotahgouue* in loco ad *intinſlegon*, et ita trado iurnales II. et eſt de *ſchefouua*, et ita trado, ut habeatiſ, teneatis, liberum perfruatur arbitrio . ſunt multi teſteſ . anni domini DCCCXXV, indiccione III.

Chron. lunaelac. I. 64. — Pez. loc. cit. 61.

LXXXIII.

De holtsburk.

Ego in dei nomine *uuillihelmus* pro peccatiſ meiſ minuandiſ, uel pro eterna retribucione dono ad monaſterium, qui uocatur *maninſeo*, qui eſt conſtructuſ in pago *matahgouue* in honore ſancti michaeliſ et ſancti petri uel ceterorum ſanctorum, ubi *oportunus* abbas cum monachiſ ſuiſ preeſſe uidetur, a die preſente donatumque in perpetuum eſſe uolo, hoc eſt uilla, qui dicitur *holtſburk* in pago *rotahgouue* cum omne marca atque iacenciiſ ſuiſ, caſatiſ ſeruiſ uel liberiſ, manſiſ, mancipiiſ, campiſ, pratiſ, ſiluiſ, uiniiſ, aquiſ aquarumue decurſibus uel quicquid ad

ipſam uillam pertinere uidetur, totum et ad integrum, ſicut dixi, a die preſente dono atque tranſſundo, ut quicquid iam dictuſ abbas *oportunus* uel monachi ſui de ipſa uilla facere uoluerint, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem faciendi. ſiquiſ uero, quod fieri non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus meiſ uel quiſlibet oppoſita perſona contra hanc donacionem, quam ego bona uoluntate fieri et firmare rogaui, uenire aut eam infrangere temptauerit, inprimiſ uſque quo de hac causa ad ueram emendacionem ueniat, iram dei et ſanctorum eius uel poenaſ inferni experire pertimeſcat et non ualeat uindicare, quod repetit, et partibus duci conponat argento pondua X, auri libras V, et haec donacio a me facta omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat ſtipulacione ſubnixa. actum *autingaſ* uilla puplici ſub die, quod fecit menſiſ iulii dieſ X, anno I. *taſſilone* duci. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 9. — Pez. loc. cit. 11.

LXXXIV.

Incipivnt capitvla de pago svndargovve.

De *tegingon*
De *moringon*
De *pohhe*
De *forhheid*
De *hadoluefpah*
De *pheterach*
De *lantchampha*

In nomine patriſ et filii et ſpirituſ ſancti Ego itaque *uuillihelm* preſbiter et *odallant* preſbiter cogitamus pro animaſ noſtraſ uel pro eterna retribucione tradimus hereditatem noſtram in loco nuncupante *teginga* in pago *fundargouue* condonauimus reſ proprietatiſ noſtrę cum domibus, ędificiiſ, campiſ, pratiſ, mancipia omnia, que ibidem uidetur habere, ad integrum poſt obitum noſtrum ad monaſterium ſancti michaheliſ, qui connominatur *maninſeo*, ad illam iam ſupra dictam eclefiam ſancti michaheliſ cum omnia adidicencia ad ipsam rem pertinentem totum et ad integrum ab ipſo loco ſancto trado atque tranſſundo, ut ab hac die ipſa caſa dei uel ipſiuſ monaſterii illam habeant, teneant atque poſſedeant et eorum ſucceſſoribus chriſto propicio derelinquant uel quicquid facere uoluerint liberam in omnibus poteſtatem, ſiquiſ aut (sic)

de heredibus noſtriſ uel quiſlibet ulla aut preſumpſerit per extranea perſona, qui contra hanc donacionem a nobis facta uenire temptauerit aut rumpere uoluerit, tantum, quantaſ ipſaſ reſ et mancipia perualent, tantum de ſuo precio perſoluet aut in auro aut in alio precio . iſta tradicio fuit facta in uigilia ſancti andreae apoſtoli III. kalendas decembris . iſta traditio fuit facta ad tempuſ *hiltipaldi* archiepiſcopi et ſacri palacii inperialiſ cuſtuſ . teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 45. — Pez. loc. cit. 44.

LXXXV.

Ille bene poſſidet reſ in ſecula, qui ſibi de caduca conparat premia ſempiterna. Ideoque ego *ôdallant* in dei nomine cogitanſ de dei timore uel eternae bona retribucione, ut mihi piuſ dominuſ de peccatiſ meiſ aliquid relaxare dignetur, propterea dono trado omnem ſubſtanciam meam, quaſ habeo in loco ad *teginga* tranſſirmabo ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo*, ubi preeſt uenerabiliſ uir *lantperhtus* abbas in dei nomine regere uidetur, et omnia, quicquid ad beneficium habuiſſem, hoc eſt ad *aſche* redonabo in manus *lantperhti* abbatis cum omnia adiacencia, et ibidem commaneanteſ ita trado, ſicut ſuperius diximus, ut poſt obitum meum teneatiſ et liberum perfruatur arbitrio et quicquid deinde facere uolueritiſ, ita faciatiſ. Hoc fuit factum in nonis marcii luna XXVII. teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 56. — Pez. loc. cit. 53.

LXXXVI.

De moringon.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelis archangeli in loco nuncupante *maninſeo*, ubi preeſt uenerabiliſ *hiltipaldus* archiepiſcopuſ et ſacri palacii cappellanus Ego in dei nomine *Gotahelmus* conſtat me nullus me non cogit, niſi germanus meuſ *Gotahelmus* petet me, quod ego iſtam tradicionem ad ſanctum michahelem firmam feciſti, quod *kotahelmus* antea tradidit pro remedium anime noſtre ſeu

pro eternae retribucione tradere et ita tradimus aliquaſ reſ proprietatiſ noſtre ſitaſ in pago *fundargouue* in loco nuncupante *moringa* una cum domibus, edificiiſ, mancipiiſ, ſiluiſ, campiſ, pratiſ, paſcuiſ, aquiſ aquarumue decurſibus totum et ad integrum, quicquid in ipſo loco noſtra uidetur eſſe poſſeſſio, tradimus atque tranſſundimus ad ipſius ſancti loci facere decreuerit, liberum perfruatur arbitrium. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, aut noſ ipſi aut ullus de heredibus uel pro heredibus noſtriſ quiſlibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc tradicionem uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus ipſius ſancti loci duplum tantum, quantum haęac tradicio conuenit, et inſuper una cum diſtringente ſocio fiſco auri libras tantaſ argento pondua tanta coactus exſoluat, ſed iſta tradicio firma ſuit facta in kalendis nouembris in miſſa ſancti ceſarii cum ſtipulacione ſubnixa, anno III. chriſto propicio imperii domni noſtri *karoli auguſti* et XXXV. regni eius in francia et XXX. in italia, indiccione XIII. et ſunt multi (teſteſ).

Chron. lunaelac. I. 35. — Pez. loc. cit. 35.

LXXXVII.

In chriſti nomine ego itaque *uuillihelm* cogitaui pro anima mea ſeu pro anima patriſ uel matriſ męę trado hereditatem meam poſt obitum meum ad ſanctum michahelem in loco nuncupante *maninſeo* omnia, que ad me pertinent propriiſ meiſ ad *moringaſ* cum curteſ, campiſ, ſiluiſ, uiiſ, omnia, que me contingent, firmiter ac ſtabiliter permaneant et locum meum in eodem monaſterio conceſſum.

LXXXVIII.

De pohhc.

Vox diuina clamat per prophetam in uniuerſo orbe diceniſ: Nolo mortem peccatoriſ ſed magiſ, ut conuertatur et uiuat; et in alio loco ſcriptura dicit: abſcondite aelimoſinam in ſinu pauperiſ et ipſe orat pro uobis pro peccatiſ ueſtriſ ad dominum; et iterum dicit: quia ſicut aqua extinguit ignem, ita elimoſina extin-

guit peccatum. Ego ego (sic) in dei nomine *tato* conſideranſ, quia grauor ſarcina peccatorum et reminiſcenſ bonitatiſ dei dicentiſ: Date aelimoſinam et omnia munda fiaent uobis. De tanta igitur miſeracione et pietate domini conſiſus jdcirco hanc epiſtolam donabimus donatumque in perpetuum eſſe uolumus atque de iure noſtro in poteſtatem et dominacionem monaſterii ſancti michahelis, cuiuſ uocabulum eſt *maninſeo* in pago *matahgauue* conſtructum, ubi preeſt uerabiliſ (sic) *hunricus* abbas uel turba plurima monachorum adunata, tranſſundimus atque tranſſcribimus in uilla nuncupante *pooh* domum meam et curtem meam et mediam terram meam ſeu media prata mea et ſeruum cum uxore ſua et cum domo ſua et peculium utriuſque ſexuſ et terra ſua et alius homo cum uxore ſua et cum domo ſua et cum terra ſua uel quicquid habere uidetur, ſicut a nobis hodierno tempore poſſidetur, ad predicto monaſterio in alimoniiſ uel ſubſtancia monachorum ibidem habitancium chriſto protegente proficiant Ea ſcilicet racione, ut. dum pariter uiuimus, ante dicta domo uel ſerui ſeu terra ſub uſu beneficio in poteſtate noſtra conſiſtat, poſt obitum uero meum, quando quidem deuſ uoluerit, omnia meliorata ad ipſum monaſterium adiuuante deo conſiſtant . ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, huic uoluntati noſtre quibuslibet aliquiſ de heredibus noſtriſ aut iudicum ſeua cupiditaſ uel qualibet perſona obuiuſ uel repetitor extiterit, a conuentu omnium chriſtianorum uel limitibus eccleſiarum extraneuſ habeatur et iuda traditoriſ domini noſtri iheſu chriſti perfruatur conſorcio, inſuper eciam, quod repetit, non ualeat uindicare, et inferat partibus ipſius monaſterii uel fratrum ibidem conſiſtencium duplicem pecuniam atque ſubſtanciam et in ſacratiſſimo fiſco auri libraſ duaſ, argenti pondera quinque, ut haec preſenſ donacio, quę a nobis pro timore dei facta eſt autem hec cartula in loco, qui dicitur *pooh*, et alium ad *uuarid*.

Chron. lunaelac. I. 28. — Pez. loc. cit. 29.

LXXXIX.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie aliquid ad loca ſanctorum condonare uoluerit, hoc coram pluribus teſtibus firmiter faciat obplicare, quapropter ego *richpald* cum conſenſu

filio meo, qui dicitur *amo*, trado atque tranſſirmo partem hereditatiſ mę, hoc eſt iurnales V. in ſiluiſ, quod eſt ad *poche* in pago *fundargauue*. Et hoc, quod ſuperiuſ diximuſ, tranſſirmamuſ ad ſancto michahaelo archangelo ad *maninfeo*, ubi preeſt uenerabiliſ uir *lantperhtus* abbas in dei nomine regere uidetur, et ita trado atque tranſſirmabo in manus *lantperhti* abbatis et in eius uocato quod tato . hoc fuit factum in III nonas nouembris luna XXVIIII, indiccione IIII. anni domini DCCCXXVI.

Chron. lunaelac. I. 66. — Pez. loc. cit. 62.

XC.

In chriſti nomine ego itaqae *Gotahelm* cotaui (sic) pro anima mea ſeu pro rempccione (sic) anima patriſ mei uel matriſ mee ſecundum uoluntatem dei mei cum conſenſu domino meo *taſſilone* trado uel tranſſundo hereditatem meam ad ſanctum michahelem in loco nuncupante *maninfeo* poſt obitum meum in locif nuncupantibus ad *famitun*, *poh*, *forhanpah* excepto, ut ſoror mea uocata *gepahilt*, ſi ſuperuixerit mę, licenciam ad *pohhe* uictum et ueſtimentum et ad ſanctum michahelem ſeruire uite ſue excepto nuncupantibus hitto, adallant, heripald, nordpald. Aliof uel aliaſ cum caſas curteſque caſadas, ſiluiſ, campiſ, agroſ, pratiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, uiiſ, paſcuiſ cum omni adicencia, quod ad eodem locif pertinet, poſt obitum meum firmiter ac ſtabiliter hęc tradicio permaneat et locum meum in eodem monaſterio conceſſum mihi firmiter ſit. ſi quiſ hęc fraugere uoluerit, inprimitus iram dei omnipotentiſ iram dei (sic) incurrat et omnium ſanctorum et a limitibus eccleſiaę extraneuſ efficiatur, partem cum iuda traditore et cauſam cum ſancto michahele ante deum in die iudicii.

XCI.

De forhheid.

In chriſti nomine noticia faciamus uobis domno noſtro *hiltipaldo* archiepiſcopo. Noſ tui ſerui indigni, qui ſumus in ueſtro monaſterio in loco nuncupante, qui dicitur *maninfeo*, ſuit una

uilla tradita ad ueſtrum mona er m, in qua noſ ſumus, et ipſam uillam tradidit *taſſilo* dux ad ipsum monaſterium . ipſa uilla habet nomen *forhheid* et ipſam uillam habuerunt *oportunus* abbas et *hunricus* abbas in ueſtitura pluſquam XX annorum et ipſam uillam rapuit *regino* de monaſterio noſtro contra lege . hoc ſciunt multi de genere nobilium in ipſa prouincia et ipſam cauſam ſcit *hitto* epiſcopuſ et eſt in ſua parrochia et alii multi ſunt, qui hoc ueraciter ſciunt, et ipſe *hitto* ſic amabiliter facit pro ueſtra cauſa in omnibus locis, ſicut in lege iubet.

Chron. lunaelac. I. 46. — Pez. loc. cit. 45.

XCII.

De hadolvespah.

Ego *nuaſwgrim* donacionem facio ad ſanctum michahelem pro anima mea . poſt illum diem, ſi in monaſterium intrauero aut foraſ de iſta terra pro anima mea iſtum eſt, quod dono ad ſanctum michahelem nomen *hadoluefpah*, et quicquid ad illum pertinet, ſeruoſ uel ancillaſ, quic (sic) poſſum ad illum locum congregare . ſunt multi teſteſ.

XCIII.

De phetarah.

Ego in dei nomine *ſtarcholf* conſtat mę non imaginario iure nec nulli cogenteſ imperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro anime mę remedium ſeu pro eterna retribucione tradidi aliquaſ reſ meaſ ſitaſ in loco nuncupante *pheterah*, id eſt una ſilua, trado atque tranſſundo liberum perfruatur arbitrium . ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ullus de heredibus ſeu pro heredibus meiſ quiſlibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc tradicionem uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, in iram dei incurrat et nullatenus euindicare non ualeat ſed preſenſ tradicio omni tempore firma permaneat . ſunt multi teſteſ.

XCIV.

De lantchamphon.

Vox diuina clamat per prophetam in uniuerſo orbe dicenſ: Nolo mortem peccatoriſ ſed magiſ, ut conuertatur et uiuat. Et in alio loco ſcriptura dicit: abſcondite aelimoſinam in ſinu pauperiſ et ipſe orat pro uobis et pro peccatiſ ueſtriſ ad dominum. Et iterum dicit: quia ſicut aqua extinguit ignem ita elimoſina extinguit peccatum. Ergo ego in dei nomine *hrodperht* conſideranſ, quia grauor ſarcina peccatorum et reminiſcenſ bonitatiſ de dicentiſ: Date aelimoſinam et omnia munda ſiant uobis. De tanta igitur miſeracione et pietate domini conſiſuſ jdcirco hanc epiſtolam dono atque donatumque in perpetuum eſſe uolo atque de iure meo in poteſtatem et dominacionem monaſterii ſancti michahelis, cuius uocabulum eſt *maninſco* in pago *matahgouue* conſtructum, ubi preeſt uenerabiliſ *hunricus* abbas uel turba plurima monachorum adunata tranſſundimus atque tranſſcribimus in uilla nuncupante *lantchampha* domum meam et omnia terra mea cum domibus, edificiiſ, terriſ, pratiſ, aquiſ aquarumue decurſibus et duoſ ſeruoſ meoſ cum uxoribus eorum et cum domibus eorum et cum terra eorum uel quicquid habere uidentur, ſicut a nobis hodierno tempore poſſidetur, ad predicto monaſterio in alimoniiſ uel ſubſtancia monachorum ibidem habitancium chriſto protegente proficiant. Ea ſcilicet racione, ut dum pariter uiuimuſ, ante dicta uilla uel edificia ſeu ſerui uel quicquid ad ipſum locum pertinet, ſub uſu uel beneficio in poteſtate noſtra conſiſtat, poſt obitum uero meum quando quidem deuſ uoluerit, omnia meliorata ad ipſum monaſterium conſiſtant. ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, huic uoluntati noſtre quibuslibet aliquiſ de heredibus noſtriſ aut iudicum ſeua cupiditaſ uel quelibet perſona obuiuſ uel repetitor extiterit, a conuentu omnium chriſtianorum uel liminibus eccleſiarum extraneuſ abeatur et iuda traditoriſ domini noſtri iheſu chriſti perſruatur conſorcio, inſuper et iam quod repetit, non ualeat uindicare, et inferat partibus ipſiuſ monaſterii uel fratrum ibidem conſiſtencium duplicem pecuniam atque ſubſtanciam et in ſacratiſſimo ſiſco auri libraſ II. argenti pondera V. ut hęc preſenſ donatio, que a me pro

timore dei et pro amore chriſti conſcripta eſt, firma et inlibata omni tempore debeat permanere ſtipulacione ſubnixa. Facta eſt autem hęc cartula in loco, qui dicitur *lantchampha*. ſunt multi teſtes.

XCV.

Item de matahgovve.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahęlis in loco nuncupante *maninſeo*, ubi preeſt ſanctus ac uenerabilis *hildipalduſ* archiepiſcopus rector nec non et ſacri palacii cappellanus. Ego in dei nomine *kundpald* conſtat mę non imaginario iure nec nulli cogentes imperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro animę męę remedium ſeu pro eterna retribucione tradere et ita tradidi aliquas res proprietatis męę ſitas in pago *matahhgauue* in loco nuncupante *heiminga* et *mochundorf* quartam partem hereditatis mee poſt obitum meum, id eſt cum terris, mancipiis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus, mobili et inmobili totum et ad integrum quartam partem, quod ego habeo cum fratre meo et quicquid in ipſis locis meas legitimas uidetur eſſe poſſeſſio, a die preſente de iure meo in iure dominacione ipſius monaſterii trado atque tranſfundo ita, ut quicquid exinde pars predicti monaſterii ad profectum ipſius ſancti loci facere decreuerit, liberum perfruatur arbitrium. ſi quis autem, quod futurum eſſe non credo, aut ego ipſe aut ullus de heredibus ſeu pro heredibus meis quiſlibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc donacionem uenire conauerit, aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus ipſius ſancti loci duplum tantum, quantum hęc tradicio conuenit, et inſuper una cum diſtringente ſocio fiſco auri libras tantas, argento pondua tanta coactus exſoluat, et quod repetit, nullatenus euindicare non ualeat ſed preſens tradicio omni tempore firma permaneat ſtipulacione ſubnixa. Actum ibi datum XIII. kalendas februarii, Anno V imperii domni *karoli* piiſſimi imperatoris et XXXVIII regni eius in francia et XXXIII in italia, indiccione XIII. ſunt multi teſtes.

Chron. lunaelac. I. 36. — Pez. loc. cit. 35.

XCVI.

In chriſti nomine ego itaque *fuanahilt* cogitanſ pro anima mea ſeu pro anima *ſigiperhti* trado hereditatem meam ad ſanctum michahelem in loco nuncupante *maninſeo* trado atque tranſſundo in loco, qui dicitur *heiminga*, que mihi ſenior meuſ donauit nomine ſigiperht cum conſenſu domno noſtro *taſſiloni* duce et cum conſenſu *machelmi* comiti, que in eodem loco pertinet omnia ſiue domum cum hominibus treſ agriſ, campiſ, ſiluiſ, aquiſ, uiiſ, omnia culta et inculta ſic trado, ut me uiuente uictum habeam et poteſtatem et uobis ſeruientem et ueſtram poteſtaſ ſit ſuper me adiutorium meum. teſteſ multi.

Conf. Nr. 16.

XCVII.

Incipiunt capitulae de pago trungauue.

De Vfgauuae.

De *groninpah.*
De *trogindorf.*
De *herigiſingon.*
De *chauingon.*
De *oftheringo.*
De *teningon.*
De *ufgauuon.*
De *rorpah.*
De *fueimpah.*
De *aſkaha.*

Quicquid ad loca ſanctorum a fideliburſ datur, ſciant ſe aeterna retributione eſſe remunerandoſ. Quapropter jn dei nomine ego *engilperhtuſ* diaconuſ trado atque tranſſundo ad ſanctum michahelem archangelum, quicquid habeo jn loco, qui dicitur *groninpah* et in pago, qui dicitur *ufgauui*, cum terriſ, pratiſ, paſcuiſ, ſiluiſ, aquiſ aquarumbe decurſibus, mobilibuſ et inmobilibuſ, cultiſ uel incultiſ nihil extra dimittenſ. ſimiliter et ad *ſiluſa* in pago, qui dicitur *quinzingauui*, eodem modo, quod *odalfcalh* illi ſupra dicto *engilperhto* tradidit, eadem firmitatem tradidit ad ſupra dictom dei michahelem archangelum cum terriſ, pratiſ, paſcuiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, mobilibus et jnmobilibus, cultiſ uel incultiſ, quicquid jbidem habere uiſuſ ſum. Tertiumque traditionem, quam mihi *jſanhart* fecit in pago, qui dicitur *rotahkeuui*, trado atque tranſſundo ad predictum ſanctum dei michahelem archan-

gelum Cum terriſ, pratiſ, paſcuiſ, ſiluiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, mobilibus uel jnmobilibus, cultiſ uel incultiſ, quicquid mihi per traditionem fecit, firmiter atque ſtabiliter Confirmaui . teſteſ multi . Anni domini DCCCLIIII. III. nonas Mai.

Chron. lunaelac. I. 81. — Pez. loc. cit. 77.

XCVIII.

De trogindorf.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure propria alicui aliquid tradere uoluerit, hoc coram plureſ teſtibus per ſcripturarum ſeriem firmiter faciat oblicari, ut jn euum et jnconuulſum ualeat permanere . quapropter ego jn dei nomine *rikhart* renouabo traditionem meam ad ſancto michahelo ad *maninſeo*, quod jam tradedi jn antiqua tempore jn temporibus *oportuni* abbatis. Nunc ſecundo trado per hanc cartulam omnem rem meam, ſicut ſuperiuſ dixi, in manuſ *lantperhti* uenerabili abbati jn pago *trungauue* jn loco, qui dicitur ad *trogindorf*, hoc eſt Cum hominibuſ jbidem commanentibuſ uel mulieribus, cum caſibus edificiiſ, cum terriſ arabiliſ, ſiluiſ, pratiſ, paſcuiſ, cum uuadriſ, capiſ (sic), communiiſ, peruiiſ uel quicquid in ipſo loco mea, fuit poſſeſſio uel dominatio, totum et ad integrum tranſſundo jn dominationem ueſtram, niſi ex eiſ mancipiiſ, quod poſt obitum meum uxori meo trado, jd ſunt treſ mancipiaſ et bouef duoſ, ſi jpſa jn eo loco ſtabiliſ permaneat uſque jn finem uite eiuſ hoc habeat, ſi ſtabiliſ non erit, nihil de eorum mancipiiſ requiratur ſed omnia et per omnia ad ſancto michahelo ad *maninſeo* poſt obitum meum tranſſirmabo et ſi quiſ deincepſ, quod futurum eſſe non credo, aut ego jpſe quod abſit aut quiſlibet de heredibuſ meiſ, qui contra hanc cartulam conauerit uel eam frangere uoluerit, nihil optineat ei effectum ſed omni tempore ſtabiliſ permaneat mihique manibus et aliiſ nobiliſ hominibuſ roborata . hoc fuit factum in XIIII. kalendas aprilis, luna XXII. Anni domini DCCCXXII. indictione XV^{a} . teſteſ multi.

XCIX.

De herigisingon.

In nomine domini uenerabile jn chriſto *hunriho* abbati jn loco nuncupante maninſeo: Ego jn dei nomine *uualhilo* una conuenientia Coniuge me (sic) *jrminpirc* poſt obitum meum et poſt obitum eius ab hoc donauimus jn amorem domini noſtri jheſu chriſti ad monaſterium *maninſeo* ad ſanctum michahelem, uel ad ipſam congregationem, ubi preeſt *hunrihuf* abbas ad jpſum locum adunatam donatumque per hanc epiſtolam donationiſ eſſe uolumuſ adque tranſſundimuſ in pago *tuungauue* (sic) jn uilla nuncupante *herigiſinga* extra unum mancipium et alia cauſa cum domibus, aedificiiſ, mancipiiſ, campiſ, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ aquarumue decurſibus, uel quicquid jn ipſa loca jam ſupra dicta, quod noſtra ad preſenſ fuit poſſeſſio jn ueſtra uel ipſiuſ monaſterio ſancti michahelis tradimuſ ad dominandum; jn ea uero ratione, ut jpſam rem cum omni merito ad ſe pertinente aſpiciente uel reddentem poſſidere debeatiſ et facta noſtra perpetuo ſtabiliſ debeat permanere . Si quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi noſ ut (sic) heredeſ noſtri aut coheredeſ ſeu qualibet aut ulla obpoſita perſona, qui contra hanc traditionem uenire conauerit, aut eam jnfrangere temptauerit, jnferat partibus ipſiuſ ſancti loci decreuerit duplum tantum, quantum haec traditio conuenit, et inſuper una Cum diſtringente ſocio fiſco auri libraſ tantaſ, argento pondua tanta coactuſ exſoluit ſed iſta preſenſ traditio omni tempore firma permaneat . actum ibi in pridia nonas iulii, et vigeſima quinta regni eiuſ jn francia X et VIIII. in italia, indictione IIII^{a}, jn dei nomen feliciter . teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 26. — Pez. loc. cit. 25.

C.

In nomine domini dei ſaluatoriſ noſtri jheſu chriſti . Ego *trogo* tractante enim me de aeterna beatitudine ſeu de terribili gehenna, qualiter deum contemnenteſ paenam incidunt aeternam et chriſto ſeruienteſ uitam Adipiſcunt ſempiternam . pro hoc jgitur ſtatui jn animo meo de hereditate mea deo jnſpirante, quam mihi meuſ genitor dereliquid, tradidi jnſuper et tranſſundaui,

quod habui in loco nuncupante *herigiſinga* ad monaſterium ſancti michahelis, qui uocatur *maninſeo*, qui eſt conſtructus jn pago matahgauuenſe, caſa cum curte et cum ſcuria, campis, pratis, ſiluis, aquis, uiis, cultis et jncultis Cum omnibus, qui ad jpſum locum de hereditate ſua pertinere uidentur, jd eſt caſatos III. cum domibus, aedificiis eorum cum uxoribus et filiis ac filiabus eorum et inter totas mancipias numero ſunt X et VIII. Si quis autem, quod futurum eſſe non credo, aut ego jpſe aut aliquis de heredibus uel ſucceſſoribus meis, qui contra hanc donationis cartam uenire aut eam jnfrangere uoluerit, jnprimis jn jram dei incurrat et ſanctorum eius et a limitibus aeccleſia extraneos efficiatur et habeat partem cum juda traditore et cauſſam cum ſancto michahelo archangelo et ſit culpabilis in ſiſco auri unciae III. argenti pondera VI. et quod repetit, euindicare non ualeat, et haec carta a me facta firma et ſtabilis omni tempore permaneat ſtipulatione ſubnixa . teſtes multi . Actum eſt autem haec IIII idus octobris.

CI.

De chauingon.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelis in loco *maninſeo*, ubi preeſt ſanctus ac uenerabilis *hildibaldus* archiepiſcopus et ſacri palatii capellanus ego *alpkis* conſtet me non jmaginario jure nec nulli cogentes imperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro animae mae (sic) remedium ſeu pro aeterna retributione tradere et jta tradidi, ſi me filius natus fuiſſet, medium porcionem illi habuiſſet, et ſi me non fuiſſet creatus, poſt obitum meum omnia cauſa mea ad monaſterium fuiſſet traditus, ſitas in pago *ufgauue* in loco nuncupante *chauinga* una cum domibus, edificiis, mancipiis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus, mobili et inmobili totum et ad integrum, quicquid in ipſo loco mea uidetur eſſe poſſeſſio, a die preſente de iure meo in iure dominacione ipſius monaſterio trado atque tranſfundo ita, ut quicquid exinde parſ ipſius monaſterii ad profectum ipſius ſancti loci facere decreuerit, liberum perfruatur arbitrium . ſi quis uero,

quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus meiſ quiſlibet ulla oppoſita perſona, qui contra hanc tradicionem uenire conauerit, aut eam infrangere temptauerit, inferat partibuſ ipſiuſ ſancti loci duplum tantum, quantum hec tradicio conuenit, et inſuper una cum diſtringente ſocio ſiſco auri libras tantaſ coactuſ exſoluat et quod repetit nullatenus euindicare ualeat, ſed preſenſ tradicio omni tempore firma permaneat cum ſtipulacione ſubnixa . actum ibi datum in III. kalendas nouembris, anno VII. chriſto propicio imperii domni noſtri *karoli auguſti* et XXXVIII. regni eius in francia et XXXIII. in italia, indiccione XII. in dei nomine feliciter . teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 32. — Pez. loc. cit. 32.

CII.

De oftheringon.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelif in loco nuncupante *maninfeo* ego *hildipalduf* archiepiſcopuſ et ſacri palacii capellanuſ Ego in dei nomine *remei* conſtat mę non imaginario iure nec nulli cogenteſ imperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro anime meae remedium et ita tradidi aliquaſ reſ meaſ ſitaſ in pago *trungauue* in loco nuncupante *oftheringa*, id eſt campiſ, ſiluiſ, pratriſ (sic), et ita tradidi poſt meum (obitum) . ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus ſeu pro heredibus meiſ uel ulla oppoſita perſona, qui contra hanc tradicionem uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus ipſius ſancti loci duplum tantum, quantum hęc tradicio conuenit, et inſuper una cum diſtringente ſocio ſiſco auri libras argento pondua tanta coactuſ exſoluat . ſed preſenſ tradicio iſta omni tempore firma permaneat . actum eſt in VII idus februarii anno XI. imperii domni noſtri *karoli auguſti* et XLIII. regni eiuſ in francia atque XXXVII. in italia, indiccione IIII^{er}. teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 43. — Pez. loc. cit. 42.

CIII.

Sacrosancto ac uenerabili monasterio, quod est constructum in honore sancti michahelis archangeli in loco nuncupante *maninseo*, ubi preest uenerabilis *hiltipalduf* archiepiscopus et sacri palacii capellanus Ego in dei nomine *phetaro* constat me non imaginario iure nec nulli cogentes imperium sed propria spontanea uoluntate pro remedium anime meae seu pro eterna retribucione tradere et ita tradidi aliquas res proprietatis meae sitas in pago *trungouue* in loco nuncupante *oftheringa* una cum domibus, edificiis, mancipiis, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus totum et ad integrum, quicquid in ipso loco mea uidetur esse possessio, trado atque transfundo ad ipsius sancti loci facere decreuerit liberum perfruatur arbitrium . si quis uero, quod futurum esse non credo, aut ego ipse aut ullus de heredibus seu pro heredibus meis quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc tradicionem uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus ad ipsius sancti loci duplum tantum, quantum hec (traditio) conuenit et insuper una cum distringente socio fisco auri libras tantas, argento pondua tanta coactus exsoluat sed ista tradicio omni tempore firma permaneat cum stipulacione subnixa . actum ibi datum in die sancti iohannis baptistae, anno VIII. christo propicio imperii domni nostri *karoli augusti* et XXXVIIII. regni eius in francia et XXXIIII^{or} in italia, indiccione I. sunt testes multi.

Chron. lunaelac. I. 39. — Pez. loc. cit. 39.

CIV.

De teningon.

Ego *uuillihelmus* comis cogitans de dei timore, ut mihi pius dominus de peccatis meis aliquid relaxare dignetur, uolo tradere propriam hereditatem meam ad sanctum michahelem archangelum ad *maninseo*, ubi preest uir *lantperhtus* abbas in dei nomine regere uidetur, hoc est, quod ego trado, quicquid habeo in uilla, que dicitur *teninga*, nisi quod *fuuidi^{nc}* habuit,

tranſſirmabo, ſicut ſuperius nominaui, ut poſt obitum meum et uxoriſ meae et ſi uxor mea tamdiu lectum meum ſeruauerit, hoc habeat, poſtea in ueſtrum dominium diſpono, ut habeatiſ et teneatiſ liberum perfruere arbitrium et per omnia in ueſtrum diſpono, ut poſt obitum meum teneatiſ . hoc ſuit factum ad *teningon* in III. kalendas marcii, luna XVI, anno domini DCCC°XXVI° . indiccione IIII^er^ . teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 66.

CV.

De vfgovvon.

Honorando atque preconio laude preferendo *lantperhto* abbati de monaſterio *maninſeo* deſuper regere uidetur . quapropter ego *heriprant* in dei nomine cogitanſ de dei timore et pro eterna bona retribucione, quia ſecula periculoſa ſequantur denunciat, quia nulli me cogente ſed per ſpontaneam uoluntatem tradere hereditatem meam. Nunc trado atque tranſſirmo parteſ duoſ hereditatiſ meae ad ſancto michahelo archangelo, ſicut nominatum eſt *lunalaco*, et in manuſ *lantperhti* uenerabili uiri dono trado perpetualiter tranſſirmo in pago, qui dicitur *ufgauui*, in loco, qui dicitur ad *oſtarperhteſdorf* in omnibus firmabo cum domibus, edificiiſ curtiferiſ cum terriſ arabiliſ, cum campiſ, pratiſ, paſcuiſ communiſ, peruiiſ, aquiſ aquarumue decurſibus et ibidem mancipiiſ V. ſi quiſ in proximo aliquid mihi contingat, quod in periculum mortiſ incidam, totum et ad integrum tranſſirmabo in manuſ *lantperhti* abbatis, ut poſt obitum meum habeatiſ, teneatiſ atque in omnibus poteſtatem firmiter ac ſtabiliter, ut in euum et inconuulſum ualeat permanere omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat. Actum in loco, qui dicitur ad *purhchard* prope *ſuanaſeo* ſicut nominatum eſt ad *kundeſchirichun* . hoc ſuit factum in idibus iunii, luna XXVII. anni *lodovvici* imperatoris regnante VI. anno . ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 51. — Pez. loc. cit. 49.

CVI.

Domino largiente chriſto propicio adpropinquante quapropter ego in dei nomine *liupdegan* et filiuſ meuſ *tugidegan* cogitanteſ de dei timore uel eterna bona retribucione, ut nobis piuſ dominuſ de peccatiſ noſtriſ relaxare dignetur, nunc tradimus atque tranſſirmamus in manuſ *lantperhti* uenerabili abbatis ad ſancto michahelo archangelo, quod habuimus ad *holzheimon* prope illo riuuolo ad *lampah* in pago, qui dicitur *ufgauui*, et hoc perpetualiter ibidem tranſſirmamus, quod ad *hugine* et *alperhto* et *ratoldo* comparauimuſ cum pecuniiſ noſtriſ omnia et ex omnibus totum et ad integrum ab hodierno die habeatiſ, teneatiſ, atque poſſideatiſ et uſque ad ſinem uite noſtre in ueſtrum beneficium hoc uiſitare et emeliorare faciam et poſt obitum noſtrum de noſtro iure in ueſtram dominacionem diſpoſuimus, ut liberam in omnibus habeatiſ poteſtatem. actum in loco qui dicitur ad *uuazarloſa* coram omnibus monachiſ ueſtriſ, qui ibidem fuerunt. hoc fuit factum in II. kalendas madii luna XXX. anni domini DCCCXXI. indiccione XIIII. regnante *hludouuici* imperatoris VII°.

CVII.

De rorpah.

Sacroſancto ac uenerabili monaſterio, quod eſt conſtructum in honore ſancti michaheliſ in loco nuncupante *maninſeo*, ubi preeſt *hiltipalduſ* archiepiſcopuſ et ſacri palacii capellanuſ Ego in dei nomine *liutſuind* conſtat mę non imaginario iure nec nulli cogenteſ imperium ſed propria ſpontanea uoluntate pro animę meae remedium tradidi aliquaſ reſ proprietatiſ meae in loco nuncupante *rorpah* in pago *trungauue*, id eſt campiſ, pratiſ, ſiluiſ et ita tradidi poſt obitum meum. ſiquiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa aut ulluſ de heredibuſ ſeu pro heredibus meiſ uel ulla oppoſita perſona, qui contra hanc tradicionem uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus ipſiuſ ſancti loci duplum tantum, quantum hęc tradicio conuenit, et inſuper una cum diſtringente ſocio ſiſco auri libraſ tantaſ, argento pondua tanta coactuſ exſoluat ſed preſenſ traditio omni

tempore firma permaneat . actum uel datum in VIII. idus februarii, anno XI. imperii domni noſtri *karoli auguſti* et XLIII. regni eiuſ in francia atque XXXVII. in italia, indiccione IIII^a^. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 43. — Pez. loc. cit. 43.

CVIII.

Dum morſ per omneſ tranſit et inprouiſum eſſe uidetur, debet unuſquiſque cogitare, quid ei ad ſalutem eternam proficiat. Idcirco ego *helfrih* trado atque tranſſundo pro remedium anime meae in uilla nuncupante *rorpah*, quicquid ibi proprium habui, id eſt ſeruoſ duoſ manenteſ et terram meam ad monaſterium ſancti michahelis nuncupante *maninſeo*, vt ibi ſtabiliſ permaneat omni tempore . acta eſt autem hec cartula idibus maii, regnante domino *taſſilone* duci XXVI. anno . ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 18. — Pez. loc. cit. 21.

CIX.

De ſweinpah.

Nihil ſibi minuetur, qui ei e contra mercedem recipiat et dedit propria et conparat premia . quapropter ego *uuilliperht* et *irminperht* inprimiſ redonamus ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo* iurnales VIII et nunc tradimus et dabimus hereditatem noſtram *lantperhto* abbati et eiuſ uogato, qui dicitur *figipad* (sic), et e contra in comparacionem accepimus de *lantperhto* abbate pecuniaſ, hoc eſt XII ſolidos, et ſiquiſ iſtam uenditionem mutare uoluerit, nullum obtineat ei effectum ſed duplum reſtituat ad cuiuſ parte pertinet, et eſt in pago *trungauue* in loco, qui dicitur *fuueinpah* et de iſtiuſ conplacitatio ſunt ſideque iuſſoreſ . hoc fuit factum in VII. kalendas februarii luna XVI, anni domini DCCCXXVIIII, indiccione VII°.

CX. a.

Ego in dei nomine *rihariuſ* comiſ feliciter habui preſtaria de ipſa traditione *engilſcalhi* in loco nuncupante *fueinpah*, quod domino ſancto et uenerabili in chriſto patri *hiltipaldi* archiepiſcopi et ſacri palacii capellanuſ nec non et omni congregacione monaſterii ſancti michahelif quidam conſtructum in loco nuncupante *maninſeo*.

Chron. lunaelac. I. 46. — Pez. loc. cit. 45.

CX. b.

Ego in dei nomine *rihariuſ* comiſ, quod habui in loco *fueinpah* non habui in hereditatem meam ſed in precaria ſancti michahelif, et *hiltipalduſ* archiepiſcopuſ et ſacri palatii capellanuſ nec non et congregacio ſancti michahelif de maninſeo legitime condonaui et poſt mea fuit peticio et ueſtre uel fratrum ueſtrorum pia decreuerit uoluntaſ, ut ipſaſ reſ, quaſ ego habui in precaria ueſtra, ſimul et aliaſ reſ monaſterii ueſtri ſitaſ in pago *trungauue* in loco nuncupante *fueinpah* per preſtitum beneficium ueſtrum mihi relaxaui deberitiſ, ſicuti et feciſtiſ ea uidelicet racione, ut anniſ ſingulif in feſtiuitate ſancti michahelif partibus monaſterii ueſtri in cenſo dare debeam unam carradam de uino aut unam carradam de melle et ipſaſ reſ, dum aduixero per ueſtrum beneficium tenere et uifitare debeam et non habeam pontificium ipſaſ reſ alii ubi uendere nec condonare nec alienare nec in ullo naufragio ponere ſed poſt meum de hac luce diſcenſum (sic) cum omni re inmeliorata ſuper poſita in ueſtram ueſtrorumque ſucceſſorumque abſque ulluſ iudiciſ et ſignacione aut alicuiuſ contradictione reuertantur dominatui. ſiquiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibus ſeu pro heredibus meiſ quiſlibet ulla uel extranea perſona, qui contra hanc precariam uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus ueſtriſ duplum tantum, quantum hęc precaria contenit (sic), et inſuper inferat una cum diſtringente ſocio fiſco auri libras tantaſ, argento pondua tanta coactuſ exſoluat, et quod repetit nullum umquam tempore euindicare

non ualeat ſed preſenſ precaria firma permaneat cum ſtipulacione ſubnixa. Actum ibi datum illo anno I. imperii domni noſtri *hluduuuici* auguſti. I. regni eius in francia et I. in italia, indiccione VII. in dei nomine feliciter. Actum eſt ad *uuirtingon* in pridie kalendas decembris in natale ſancti andreę. ſunt teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 46. — Pez. loc. cit. 45.

CXI.

In chriſti igitur nomine etenim ego *rodbrannduſ* indignuſ et peccator coepi cogitare pro remedium anime meae et pro abſolucione delictorum meorum tradidi et tranſſundi terram meam in orientale parte *fueinpah*, cultam et incultam ad monaſterio *maninſeo* cum mancipiiſ quattuordecim. actum eſt hoc in loco nuncupante *fueinpah* et ſunt teſteſ multi.

CXII.

In chriſti nomine ego *Gotaperht* cogitanſ pro anima mea trado hereditatem meam ad ſanctum michahelem archangelum in loco nuncupante *lunalaco* ego trado atque tranſſundo in manuſ *lantperhti* abbatis in uilla nuncupante *fueinpah*, que in eodem loco habeo, caſa curte ſcura, quicquid infra curte habeo aut foriſ iurnaleſ campiſ, paſcuiſ ad illum locum pertinet. hoc fuit factum ad *trogindorf* in VIII. idus octobris, luna XIII. ſunt multi teſteſ.

Chron. lunaelac. I. 70. — Pez. loc. cit. 67.

CXIII.

In chriſti nomine ego *engilfcalh* cogitanſ pro anima mea trado hereditatem meam ad ſanctum michahelem in loco nuncupante *maninſeo*. Ego trado atque tranſſundo in uilla nuncupante *fueinpah*, que in eodem loco omnia et in omnibus habitantibus in ea poſt obitum meum et uineam meam trado in uilla nuncupante *afchaha*. teſteſ multi.

CXIV.

De aschaha.

In chriſti nomine ego *ualthram* cogitanſ pro anima mea trado uineam meam ad ſanctum michahelem in loco nuncupante *maninſeo*. Ego trado atque tranſſundo in uilla nuncupante *aſchaha* hominem I. et equm I. et aliaſ reſ proprietatiſ mę . ſunt teſteſ multi.

CXV.

Item de rorpah.

In nomine domini dei ſaluatoris noſtri iheſu chriſti ego *reginolf* clericuſ tractante enim mę de eterna beatitudine ſeu de terribili Gehęnnę, qualiter deum contempnenteſ poenam incidunt eternam et chriſto ſeruienteſ uitam adipiſcunt ſempiternam . pro hoc igitur ſtatui in animo meo de hereditate mea deo inſpirante, quam mihi meuſ genitor dereliquid, cum conſenſu et licencia ſummi principiſ *taſſilonif* anno regni eiuſ uiceſimo quinto, indiccione V. tradidi inſuper et tranſſundaui, quod habui (in loco) nuncupante *rorpah,* id eſt eccleſiam cum domo et cum ipſa curte et ea, quę infra ipſa ſunt, et uineam, quam ibi habui, et terram, quam ibi habui, antequam meuſ pater ex hac luce fuiſſet ſubtractuſ, cultam uel incultam uel prataſ, quaſ ante habui, et V. ſeruoſ habitanteſ excepto duoſ infanteſ cum omnia, que poſſident, ad monaſterium beati michahelif archangeli, qui ſituſ eſt ad *maninſee,* ut ibi ſit firmiter ſtabiliſ pro beatitudine anime meae coram multiſ teſtibus, quorum nomina in antea ex parte perſcribimus. ſi quiſ autem contra hanc cartam donacioniſ quelibet oppoſita perſona contra ire uoluerit, iram dei incurrat et partem habeat cum iuda traditore et cauſam cum beato michahelo et carta hęc nihilominuſ firma permaneat. Actum eſt autem hęc ad *reganeſpurch* . teſteſ multi.

CXVI.

De pahmannon.

Domino inluſtri et in chriſto patri *lantperhto* abbati dę monaſterio, quod dicitur *lunalaco* una cum turma plurima

monachorum ibidem conſiſtencium atque deo ſeruiencium, ubi reliquiaſ ſancti michahelif archangeli ibidem haberi noſcuntur, quam ob rem ego *rikhart* in dei nomine cogitanſ de dei timore uel pro animę męę remedium, ſeu pro eterna bona retribucione, propterea dono trado ad ipſum prefatum monaſterium omnem rem meam atque ſubſtanciam meam in pago *trungauue* in loco nuncupante *pahheimma,* id eſt cum domibus, edificiif et cum omnibus mancipiif cum uuadrif, capif (sic), terrif arabilif, ſiluif, campif, pratif, paſcuif, farinariif, rem inexquiſitam, totum et ad integrum, quicquid dici uel ulluſ homo nominari poteſt, undecumque ibidem mea uidetur eſſe poſſeſſio uel dominacio omnia et ex omnibus tam de alode quam et de comparato ſeu quolibet adtracto ad me ibidem dinoſcitur peruenisſe ad ipſo iam dicto monaſterio dono trado atque perpetualiter in omnibus tranſſirmabo dominacione perpetua ea ſcilicet racione, ut quicquid exinde predicti monaſterii, ut poſt obitum meum liberam ac firmiſſimam chriſto propicio in omnibus habeatiſ poteſtatem. Et ſi quiſ deincepſ, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe, quod abſit, aut ulluſ quiſlibet de heredibus ſeu pro heredibus meiſ nullum obtineat ei effectum ſed preſenſ iſta donacio a me firma et ſtabiliſ permaneat et ſe ipſa defenſata et bonorum hominibus manibus roborata, quorum nomina per aurem tractj. hoc fuit fatum (sic) in XIII. kalendas Madii, luna XX. anni domini DCCCXXIIII. indiccione II. teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 60. — Pez. loc. cit. 57.

CXVII.

In nomine dei ſaluatoriſ noſtri iheſu chriſti. Ego *alpkiſ* tractante enim me de eterna beatitudine ſeu de poenali iudicio, qualiter deum contempnenteſ poenam incidunt infinibilem et chriſtoadherenteſ uitam adipiſcunt ſempiternam. Ob hoc igitur ſtatui apud me ipſum et licenciam ſummi principiſ *taſſiloni* de ſubſtancia, quam mihi princepſ prefatuſ conceſſit ad *pahmannon*, omnia, quę ibidem habeo, ſeruoſ uel ancillaſ ſeu ad ipſum locum detentoſ, terram, prataſ, ſiluaſ, cultum uel incultum, uel . . . .

CXVIII.

Incipiunt capitulae de pago, qui dicitur saltzpurcauui.

De *cheffindorf.*
De *fangauue.*
De *uuengi.*
De *fura.*
De *hiltigerefdorf.*
De *tanne.*
De *halle.*
De *rupindorf.*

Sacrosancto ac uenerabili monasterio, quod constructum est in honore sancti michahelis archangeli in loco nuncupante *maninseo,* ubi preest uenerabilis *hildibaldus* archiepiscopus et sacri palatii capellanus ego in dei nomine *cozpald* constat me non imaginario iure nec nulli cogentes imperium sed propria spontanea uoluntate pro anime meae remedium seu pro aeterna retributione tradere et ita tradidi aliquas propriaetates meae sitas in pago *falcburcgauuue* in loco nuncupante *skeffindorf* una cum domibus, aedificiis, mancipiis, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus totum et ad integrum, quicquid in ipso loco mea uidetur esse possessio, trado atque transfundo ad ipsum sancti loci facere decreueri (sic) liberum perfruatur arbitrium. siquis uero, quod futurum esse non credo, aut ego ipse aut ullus de heredibus seu pro heredibus meis quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc traditionem uenire conauerit aut eam infrangere temptauerit, inferat partibus ad ipsius sancti loci duplum tantum, quantum haec traditio conuenit, et insuper una cum distringente socio fisco auri libras tantas, argento pondua tanta coactus exsoluat sed ista traditio omni tempore firma permaneat cum stipulatione subnexa. actum ibi datum in pridie idus aprilis. Anno VIII. christo propicio imperii domni nostri *caroli* augusti et XXXVIIII. regni eius in frantia et XXXIIII. in italia, indictione prima et haec sunt testes: *engilman, engilgoz, reginhoh, kerhart, odalpald, liutprant.*

Chron. lunaelac. I. 40. — Pez. loc. cit. 40.

CXIX.

Ego in dei nomen (sic) *huno* cogitans de peccatis meis uel pro aeterna retributione donaui ad sanctum michahelem me

ipſum uel meam partem, quod mihi pater meuſ dimiſit in *cheſfindorf*, quod ego in portionem meam contra filioſ meoſ tuli, et ego abui in ipſa diae (sic). ſi quiſ uero, quod fieri non credo, aut ego aut ulluſ de heredibuſ meiſ contra hanc donationem facere uoluerit, inprimiſ ira dei et ſancti michahelis incurrere pertimeſcat et haec carta a me facta omni tempore firma permaneat ſtipulatione ſubnexa. ſignum + *huno*, qui hanc donationem fiaeri rogauit. ſignum + *agino*. ſignum *diotpalt*. ſignum *uuolfgooz*.

Chron. lunaelac. I. 41. — Pez. loc. cit. 40.

CXX.

Magnifico in chriſto uenerabili patri *lantperhtus* abbati, ego igitur in dei nomine *aluuuih* conſtat me a te uendidiſſe et ita uendidi unum poledrum et dono tibi e contra atque trado partem hereditatiſ meae, hoc eſt illa ſilua, quod de *odalpaldo* exqueſierat in loco, qui dicitur ad *cheſſindorf*, unde accepimuſ inter Noſ precium taxatum, ſicut noſ bene conplacuit atque conuenit, ut inter noſ in euum et inconuulſum permaneat, et iſti ſunt burgioneſ: *reginhelm, ratolt, reginhoh*. et ſi fuerit aliquiſ deinceps, qui contra hanc uenditionem calumniam repetere conauerit aut eam mutare uoluerit, cui litem intulerit, auro unciaſ VI. ad ſancto michahelo coactuſ exſoluat, et quod repetit, nullo modo euindicare non ualea (sic) ſed diuturnum tempuſ maneat inconuulſum. et iſti ſunt fideiuſſoreſ et burgioneſ et teſteſ *reginhelm, ratolt, reginhoh*, et iſti ſunt teſteſ: *lantperht, kerpald, ratolt, liutprant, rodperht, cundperht, antrih*. actum in loco ad *cheſſindorf* in illo campo in X kalendas decembris, Luna XII. anni domini noſtri imperatori *hluduuuici* VII°. indictio XIII^a^.

Chron. lunaelac. I. 53. — Pez. loc. cit. 50.

CXXI.

Uenerabili patri atque amabili *lantperhti* abbati, quapropter ego *reginhelm* in dei nomine cogitanſ de dei timore uel aeterna

bona retributione uolo tradere ad ſancto michahęlo archangelo ad *maninſeo* omnem ſubſtantiam meam et jta trado, ut abeatiſ, teneatiſ, liberum perfruatur arbitrio, hoc eſt ad *cheſſindorf*, quicquid in illiuſ lociſ ulluſ homo inueſtigare ualeat. Ita trado omnia atque per omnia, ſicut ſuperiuſ nominauimuſ ad *maninſeo*, ubi preeſt uenerabiliſ uir *lantperhtus* abbas et multi ſunt teſtium. In nonis octobris, Luna VIIII. anni domini DCCCXXV. indictione III.

Chron. lunaelac. I. 64. — Pez. loc. cit. 61.

CXXII.

De fangauue.

Ego in dei nomen *aoſtarpald* cogitanſ de peccatiſ meiſ uel pro aeterna retributione dono ad ſanctum michahaelem meam partem, quod mihi pater meuſ dimiſit in *fangauuę*, quod ego in portionem meam contra fratreſ meoſ tuli, quod ego habui in ipſa dię extra unum caſetum. ſiquiſ uero, quod ſieri non credo, aut ego aut ulluſ de heredibuſ meiſ contra hanc donationem facere uoluerit, inprimiſ jram dei et ſancti michahelis incurrere pertimeſcat et haec carta a me facta firma permaneat poſt ceſſum meum. Et multi ſunt teſtium.

CXXIII.

Kerpald tradidit ad ſanctum michahelem omnia, que habuit, nihil extra dimittit, quicquid contra fratreſ ſuoſ in parteſ tulit in loco, qui dicitur ad *fangauuhe*. teſteſ multi.

CXXIV.

Domino inluſtri et in chriſto patri *lantperhto* abbati de monaſterio *maninſeuue*, quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelis archangeli et ubi preeſſe uidetur ueneralibiſ uir *hiltipalduſ* archiepiſcopuſ. Quam ob rem ego in dei nomine *kerpaldo* cogitanſ de dei timore uel aeterna bona retributione

propterea dono trado ad ipſum prefatum monaſterium omnem rem hereditatiſ meae, quia hoc neſcio, ſi dominuſ deuſ filiuſ mihi donare dignetur, ſi filiuſ erit natus dabo eum, ſicut uolo, ſi filiuſ non erit inter me et uxorem meam jterum atque jterum dono trado omnem ſubſtantiam meam, jd eſt in pago *matachcauuae* in loco nuncupante ad *fangauuę* cum manſoſ, cum domibuſ, aedifitiiſ, curtiferiſ, cum uuadriſ, capiſ (sic), terriſ arabiliſ tam cultiſ quam incultiſ, ſiluiſ, pratiſ, paſcuiſ, campiſ, farinariiſ, adiacentiiſ, abpenditiiſ et mancipiiſ jbidem commanentibuſ uel aſpitientibuſ utriuſque ſexuſ, rem inexquiſitam totum et ad integrum, uel quicquid dici aut nominari poteſt, undecumque mea uidetur eſſe poſſeſſio uel dominatio omnia et ex omnibuſ tam de alode quam de conpato (sic) ſeu quilibet adtracto ad me ibidem dinoſcitur peruenisſe, ad jpſo dicto monaſterio hoc habeaſ, teneaſ atque poſſideaſ chriſto propitio in omnibuſ habeaſ poteſtatem, et ſi quiſ deincepſ, quod futurum eſſe non credo, aut ego jpſe quod abſit aut ulluſ quiſlibet de heredibuſ meiſ uel quiſlibet extranea perſona, qui contra hanc cartulam donationiſ uenire conauerit aut eam frangere uoluerit, cui litem intulerit, jpſum exſoluere faciat dupliciter, quantum eo tempore jpſaſ reſ ualere dinoſcitur et quod repetit nullo modo euindicare preualeat ſed magiſ preſenſ traditio haec tam a me quam aliiſ bonorum hominum manibuſ roborata. teſteſ multi. regnante domino *hluduuuigo* imperatore in III. anno, indictio VIIII°.

CXXV.

Tradicio haec *uuillihelmi.* Quicquid pro dei amore dei eccleſiiſ donatur, hoc ad eternam remunerationem fidelibuſ peruenire creditur. Unde et ego *uuillihelmuſ* ad ſanctum michahelem uidelicet ad *maninſeo* monaſterium tradidi ſiluam proprietatiſ meae jn loco nominato *fangauui* jn longitudine habentem leuuam unam et in latitudinem menſuram curnalium (sic) duorum et teſteſ multi. Anni domini DCCC°. XXX°. IIII° XVIIII. kalendas ianuarii, anni *hluduuuici* regiſ VIIII. *) indictione XII^a. in ſecunda feria.

Chron. lunaelac. I. 76. — Pez. loc. cit. 67.

*) XXI. wurde von einer späteren Hand beigesetzt.

CXXVI.

Tradicio *reginhelmi*. Ego in dei nomen *reginhelmuf* tradidi ad ſanctum michahelem me ipſum uel meam partem, quod ego et pater meuf partiti ſumuf, hoc tradedi ego ad *maninfeo* atque ad illof monachof, qui in ipſo monaſterio ſunt, ut de me mercedem habeant atque ut et ego illif ſeruiam omnibuf diebuf uitae meae. Id eſt in loco, qui uocatur *fangauui*, hoc eſt caſif, mancipiif, campif, pratif, terrif, aquif, filuif, aquarumue decurſibuf, uel quicquid mihi pater meuf in meam partem dimiſit, tradidi ego atque tranſſundi a preſente die, ut ego locum meum habeam in ipſo monaſterio: Si quif uero, quod fieri non credo, aut ego ipſe aut ulla quiſlibet oppoſita perſona contra hanc donationem inuenire temptauerit, jnprimif jram dei et ſanctif eiuf incurrere pertimeſcat. Et haec carta a me facta omni tempore firma permaneat ſtibulatione ſubnixa. signum *reginhelmo*, qui hanc donationem fieri et firmare rogauit. teſtef multi, quia ego *reginhelmuf* firmam facio meam partem.

CXXVII.

Traditio kerpaldi.

Domino auxiliante chriſto propicio ego quoque *kerbalduf*. trado ſubſtantiam partem *urſefperge* ad ſancto michahelo et ibi preeſt *lanhtperhuf* abbas uenerabilif uir regere uidetur. teſtef multi.

Chron. lunaelac. I. 55. — Pez. loc. cit. 52.

CXXVIII.

Ad uuengi.

Domino ſancto et meritif uenerando *lanhtperhuf* uenerabilif pater noſ quoque *ratolt, kerhart, reginhoh* cogitanteſ de dei timore uel aeterna bona retributione uolumuf tradere ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſęę* portionem hereditatif noſtrae,

Quod jta faciamuſ, hoc eſt ad *uuengi* partem noſtre muline et uiaſ noſtraſ apertaſ ad illa mulina et quicquid noſtriſ jbidem jmpendat et pratiſ, quaſ habuimuſ ad *uualarpach* et quicquid in illiſ lociſ noſtriſ fuit poſſeſſio uel dominatio de noſtro jure jn ueſtram dominationem diſpoſuimuſ, ut ab hodierno die abeatiſ, teneatiſ et poſſideatiſ, liberam perfruatur arbitrio in omnjbuſ, ut nulluſ exinde licentiam habeat hoc mutare aud refragare ſed preſenſ jſta traditio firma et ſta- biliſ permaneat. Actum in loco ad *maninfeo* in aeccleſia ſancti michahelif archangeli. ſunt teſteſ multi. hoc fuit factum in III. kalendas octobris, luna VIIII, indictioneſ XV. anni domini DCCCXXII.

Chron. lunaelac. I. 55. — Pez. loc. cit. 52.

CXXIX.

Domino uenerabili et in chriſto patri *lantperhti* abbati de monaſterio ad *maninfeo,* quod eſt conſtructum in honore ſancti michahelif archangeli. Igitur ego *fundarmar* jn dei nomine, dum non eſt mihi incognitum, qualiter aliquam rem meam trado atque dono jn manuſ *lantperhti* abbati, hoc eſt quod dicitur ad *muron* jn latitudinem dono uirgaſ V. jn pago *falzpurccauue* jn loco nuncupante ad *uuengi* ad illa mura hoc dono contra unum caballum, quod a uobis accepi, et uoſ illa mura perpetualiter abeatiſ. In ea uero ratione trado deſuper de ipſa terra uirga I. et fuſtum unum pro remedium animae meae, ut uoſ in omnibuſ firmiter teneatiſ, atque poſſedeatiſ et liberum perfruatur arbitrio chriſto propicio in omnibuſ abeatiſ poteſtatem, et ſi quiſ deincepſ, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe quod abſit aut ulluſ quiſlibet de heredibus meiſ, qui contra hanc cartulam extranea perſona frangere uoluerit uel eam calumniare conauerit, nullum obtineat ei effectum ſed preſenſ jſta paginola jpſa defenſata diuturnum tempuſ maneat jnconuulſa. actum in loco ad *urſefdorf.* teſteſ multi. hoc fuit factum in VII. kalendas iunii, luna XXII. anni domini DCCCXXIIII. jndictione II.

Chron. lunaelac. I. 63. — Pez. loc. cit. 60.

CXXX.

Traditio *gunduuini*. *Gunduuinuſ* tradidit reſ ſuaſ propriaſ ſitaſ in loco, qui uocatur *uuanghi* partibus monaſterii beati michaheli, jd eſt eccleſia et curte cum caſa et orrea et terra ſalaricia et ſilua communia et mulino I. et hobonia I. et mancipia XIIII.

Chron. lunaelac. I. 63. — Pez. loc. cit. 60.

CXXXI.

De ſvra.

In chriſti nomine ego *uuilliport* cogitanſ pro anima mea ſeu pro aeterna retributione trado uel tranſſundo hereditatem meam ad ſanctum michahelum ad monaſterium *maninſeo* jn loco, qui dicitur fluuiuſ *ſura*, una hoba cum pratiſ, terriſ, ſiluiſ, aquiſ et omnia, quae ad illiſ lociſ pertinet. et haec donatio a me facta omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat. Factum eſt autem jn VIII. idus iunii, luna XIII. teſteſ multi.

Chron. lunaelac. I. 81. — Pez. loc. cit. 71.

CXXXII.

Traditio *pernhelmi* de *ſura*. In dei nomine cogitanſ cogitaui ego *pernhelm* quam caducum et fragile eſt hoc tempuſ breue, jn qua periculoſe conuerſamur. jdcirco hoc perpendenſ tractaui in animo meo, qualiter cum caduciſ aeterna adquiri potuiſſem tradidique ad ſanctum michahelem ſuper jpſum altare jn monaſterio, quod dicitur *maninſeo*, quicquid proprietatiſ meae habere uiſuſ ſum jn pago nominato *ſalzpurcgauui* uilla nuncupata *ſura*, caſam cum curte et caeteriſ aedificiiſ, mancipia V. quorum nomina ſunt haec: adalgiſ, giſalhart, cheigo, ſaluuia, rodhilt et in terriſ, pratiſ, paſcuiſ, aquiſ aquarumue decurſibuſ, mobilibuſ et inmobilibuſ, cultiſ et incultiſ, quicquid dici uel

nominari poteſt, et illam marcam querendi ac defendendi poteſtatem libero arbitrio nulliuſ perſona contradicente omnia ex integro nihil extra dimittenſ Eo tamen tenore, ut quamdiu ego ſupra dictuſ *pernhelm* uixiſſem, jn poteſtate mea hanc jpſam traditionem habere et poſt diſceſſum meum, poſtquam ueſtitura ille abbas jlliuſ monaſterii ad *maninſe* nec non et illi monachi jbidem deo ſeruienteſ acceperunt, mulieri mae (sic) *ratdrudę* jn beneficium concedant uſque ad obitum uitae ſuae. poſt diſceſſum autem eiuſ ad ſupra dictum ſanctum dei michahelem ſupra dicta redeat traditio jn omnibuſ emelioratiſ. teſteſ multi. Actum ad *maninſe* monaſterium circa altari ſancti michahelis *perhtrammo* preſbitero ac prepoſito et *aarfrido* aduocato accipientibuſ jſtam traditionem *deotperht, reginuualh* fideiuſſores. Anno dominicae incarnationiſ DCCCXXXVII. VIII. kalendas mai, luna XXI. feria III jn albiſ. Regnante *hluduuuico* ſereniſſimo rege, jn orientali francia anno XXII feliciter.

Chron. lunaelac. I. 77. — Pez. loc. cit. 68.

CXXXIII.

Domino ſancto et in chriſto patri *lantperhto* uenerabili abbati de monaſterio *maninſeo,* ubi reliquiaſ ſunt ſancti michahelis archangeli dinoſcitur quapropter Ego *pernhelm* in dei nomine cogitanſ de dei timore uel aeterna bona retributione uolo tradere mediam partem hereditatiſ meae, hoc eſt in pago *falzpurcgauue* jn loco nuncupante ad *fura* et jta tranſſirmabo, ut poſt obitum meum habeatiſ mediam partem. et ſi inter me et uxore mea filiuſ erit, aliam partem hereditatiſ maeae jlli habeat, et ſi filiuſ non erit jnter noſ, tunc poteſtatem uellem habere ubicumque uoluero tradere et e contra. Ego *pernhelm* petiui a uobis, ut mihi preſtetiſtiſ, quod genitor meuſ ad ſancto michahelo tradidiſſet, hoc eſt jn ipſo uillo ad *fura,* et ueſtra ueſtra (sic) uoluntaſ mihi non denegauit, ut jpſam rem, dum diu aduixero, ſicut ſuperiuſ non auimuſ (sic) per beneficium, uſu fructuario mihi preſtetiſtiſ et pro ipſo uſu cenſiui uobis anniſ ſinguliſ ſolidum unum ad miſſam ſancti martini exſoluere inter

auro et argento et jpſam rem nec uendere nec donare nec alienare nec concampiare nec jn nullum naufraium (sic) ponere licentiam non habeam, niſi tantum, dum diu aduixero, uiſitare et emeliorare faciam et poſt meum quoque diſceſſum jpſam rem emelioratam cum omni ſuper poſito, quicquid ibidem adtractum emelioratumque repertum fuerit, abſque ulla contradictione uel judicaria conſignatione reuocare faciatiſ jn ueſtram dominium. haec precaria tamen de quinquennium debeat eſſe renouata, ſic ſemperque perualeat jn affectum (sic). actum in loco, quod dicitur *maninſeo* ad jpſo monaſterio. teſteſ multi. hoc fuit factum jn nonis junii. luna XIII. Anni domini DCCCXXV, jndictione III[a].

Chron. lunaelac. I. 65. — Pez. loc. cit. 62.

CXXXIV.

De hiltigersdorf.

Dominus inquid in euangelio: date et dabitur et augetur frugum ueſtrum jn ſanctificatione. quapropter ego in dei nomine *kerhart* et filiuſ meuſ *ſicker* ambo cogitanteſ de dei timore uel aeterna bona retributione, ut nobiſ piuſ dominuſ de peccatiſ noſtriſ aliquid relaxare dignetur, uolumuſ tradere partem hereditatiſ maee (sic) et eſt hoba una et jta tradimuſ ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo*, ubi preeſt uenerabiliſ uir *lantperhtuſ* abbas jn dei nomine regere uidetur, jterum atque jterum tradimuſ, ſicut ſupra diximus, ad monaſterio *maninſeo*, hoc eſt hobonia una jn pago *ſalzpurcgauue* in loco ad *hiltigereſdorf* cum domibuſ, ediſiciiſ, cum curtiferiſ, cum uuadriſ, capiſ, terriſ arabiliſ, tam cultiſ quam incultiſ totum et ad jntegrum et quicquid ad jpſo loco pertinet, per omnia tranſſirmamuſ ad ſancto michahelo archangelo ad monaſterio *maninſeo*, ut habeatiſ, teneatiſ ab hodierno die, quicquid exinde facere uolueritiſ, liberum perfruatur arbitrio. actum in loco ad *urſiſdorf* in XII. kalendas marcii, luna XXVIII. teſteſ multi. Anni domini DCCCXXVIII. jndictione VI.

Chron. lunaelac. I. 68. — Pez. loc. cit. 65.

CXXXV.

De tanne.

Ego in dei nomen *adalunc* pro peccatiſ meiſ minuendiſ uel pro aeterna retributione dono ad monaſterium, qui uocatur *maninſeo*, quod eſt conſtructum jn pago *matahgauuia* jn honore ſancti michahelis et ſancti petri uel caeterorum ſanctorum, ubi *hunrichuſ* abbas cum monachiſ ſuiſ preeſſe uidetur, a die preſente donatumque jn perpetuum eſſe uolo, hoc eſt in loco, qui dicitur *tan* jn pago *ſalzpurcgauuia* cum campiſ, pratiſ, ſiluiſ, aquiſ aquarumque decurſibus uel quicquid ad jpſum locum pertinere uidetur, totum et ad integrum, ſicut dixi a die praeſente dono atque tranſſundo. ſi quiſ uero, quod fieri non credo, aut ego aut ulluſ de heredibuſ meiſ uel quiſlibet oppoſita perſona, qui contra hanc traditionem uenire conauerit aut eam jnfrangere temptauerit, jnprimiſ uſque quo de hac cauſa ad ueram emendationem ueniet, jram dei et ſanctorum eiuſ uel penaſ jnferni experire pertimeſcat et non ualeat uindicare, quod repetit, et partibuſ duci conponat argento pondua X, auri libraſ V, et haec donatio mea facta omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat cum ſtipulatione ſubnixa, et iterum firmauit cum ſua ſella cum auro parata et ſuam luricam. teſteſ multi.

CXXXVI.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de jure propriae alicui aliquid tradere uoluerit, hoc coram plureſ teſtibus per ſcripturarum ſeriem firmiter faciat obblicare, ut jn euum et jnconuulſum ualeat perdurare. Ideoque ego in dei nomine *liutprant* cogitanſ de dei timore uel aeterna bona retributione, ut mihi piuſ dominuſ de peccatiſ meiſ aliquid relaxare dignetur, uolo renouare traditionem meam, quam feci et jta facio. nunc trado ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo*, ubi praeeſt uenerabiliſ uir *lantperhtuſ* abbas jn dei nomine regere uidetur, omnem ſubſtantiam meam, quod genitor meuſ mihi remittat et quod diuiderem cum fratre meo, hoc totum trado ad ſancto michahelo archangelo, ut poſt obitum meum teneatiſ liberum

perfruatur arbitrio, jn ea uero racione ab hac die habeatiſ, teneatiſ atque poſſideatiſ, uel quicquid exjnde facere uolueritiſ, liberam ac firmiſſimam jn omnibuſ abeatiſ poteſtatem faciendi, et ſi quiſ uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe quod abſit aud ulluſ quiſlibet de heredibuſ ac pro heredibuſ meiſ ſeu ulla appoſita (sic) perſona, qui contra hanc traditionem refragare conauerit aud eam mutare uel frangere uoluerit et ſua repeticio nullum abeat effectum ſed preſenſ traditio jſta meiſ et me rogantibus bonorum hominum manibuſ roborata, quorum nomina uel ſignacula ſupter tenentur inſerta, diuturnum tempuſ maneat jnconuulſa. actum jn loco ad monaſterio *maninſeo* jnfra aeccleſia. teſteſ multi. hoc fuit factum in XVIII kalendas maii, luna XIII. Anni domini DCCCXXVII, indictione V.

CXXXVII.

De halle.

Domino ſacroſancto aeccleſia, quae eſt conſtructa in honore ſancti michahelif in loco, qui dicitur *maninſeo*, quod interpraetatur *lacuſ lune*, ubi ſe *hildebalduſ* archiepiſcopuſ preeſſe uidetur ego in dei nomen *foua* cogitanſ pro dei timore uel pro retributione uitae aeternae omnia, quod mea uidetur habere in loco, qui cognominatur *halle*, trado atque tranſſundo ſancto michahele et *hildebaldo* archiepiſcopo, hoc eſt caſa cum ſua adidicentia, patenaſ duaſ ad ſal coquendum, ut deuſ omnipotenſ mihi retribuere dignetur. teſteſ multi. jſta donatio fuit facta in IIII. kalendas aprilis.

Chron. lunaelac. I. 45. — Pez. loc. cit. 45.

CXXXVIII.

Latoreſ legum ſanxerunt, ut qui de iure proprie aliquid condonare uoluerit ad loca ſanctorum, hoc coram plureſ teſtibus faciat obplicare, quapropter ego in dei nomine *grimperht* cogitanſ de dei timore uel aeterna bona retributione uolo tradere ad ſancto michahelo archangelo ad *maninſeo* omnem hereditatem meam atque ſubſtantiam meam, quod jta facio. nunc quoque

tranſſirmabo jn altario ſancto michahelo atque jn manuſ *lantperhti* uenerabili abbati atque jn eiuſ uogati, hoc eſt in pago *falzpurcgauue* in loco ad ipſa ſalina, ubi auriant (sic), cum domibuſ, edificiiſ, curtiferiſ, ſcoriiſ et . . . .

CXXXIX. *

Donatio pii Ludowici regiſ ad Maninſe. ad ranteſdorf 829.

In hac noticia continetur, qualiter *lampertus* abbaſ *hludouuicum* pium regem poſtulauit intercedentibus *Erneſto* et *Adalberto*, ut ad monaſterium ſancti Michahelis, quod eſt conſtitutum ad *manſeo*, in elemoſinam ſuam perdonaret quendam lacum nomine *aparineſſeo* cum omni foreſte circumiacente ad utilitatem ſeruorum dei, qui in eodem monaſterio domino ſervire ſtudent. rex vero ob memoriam animę fecit ita. Et donauit ad ſanctum Michahelem ſupra dictum lacum et foreſtem, ut nullus de die illa et deinceps aliquam contrarietatem in hiſ rebus facere auderet, deditque miſſum ſuum, qui inde ſupra nominatum abbatem et ſeruoſ dei ueſtiret. Tunc et ille miſſuſ iuſſionem dominicam implenſ ueſtituram peregit. In occidente a riuo nominato *Zinchinpah*, ubi ipſe in *aparineſſeo* decurrit, et ab oriente ab eo loco, ubi *tinnilipah* in eundem lacum fluit, uſque ad eum locum, ubi *ifcula* in *trunam* cadit, ut abſque ullius contradictione illuc conſtaret. Et ex alia parte terminum haberet uſque ad *wizinpah*, ubi et ipſe in *atarſeo* uadit, et ad alium *wizinpah* uſque dum ipſe in *trunam* decurrit. Ita uidelicet, ut nemo alienus in hoc lacu piſcari auderet neque in ſupra dictis locis uenationem exercere, ſed pleniter ad ſupra dictum archangelum conſtaret. Hęc donatio facta eſt ad *ranteſdorf* anno domini DCCCXXVIIII.

Chron. lunaelac. I. 72. —

CXL.

Notum eſſe uolumus cunctiſ chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, quod quidam homo *arnoldus* nomine libera et poteſtatiua manu ſe ad perſoluendum V denarios annuatim ſuper

*) Von hier an Schrift aus dem XII. und XIII. Jahrhunderte. —

altare s. Michahelis ſponte tradidit. Cuius liberi *heinrich, arnold, Chunrad* et *Liucart* dum eundem cenſum perſoluerent a procuratoribus noſtrif de XV denariis reddendif litem inciderent, ſed in prefentia *heinrici* abbatif eiusdem loci et ceterorum, quof ſubnotamus V. tantum denarios ſe debere annuatim perſoluere iure ſuo probauerunt. Huius rei teſtes sunt *Vdilricus,* qui defenſorif ſeu iudicif in loco eodem fungitur officio, *Wernhart frater hermanni de atal, Gunther dę hage, heinrich de rore, Pabo de wimerting, Engilhart, wernhart, heinrich fratres, Eberhart, fridericus de gahaige* et reliqua cenobii eiusdem familia.

CXLI.

Notum fieri cupimus tam futurif quam prefentibus, quendam uirum nobilem nomine *Gerhardum* de *wagenheim* omne predium, quod iure proprietatif poſſederat in loco predicto, tradidiſſe ſuper altare ſancti Michahelis in *manſe* per manum nobilis uiri *Hetilonis* de *Ôtendorf* ea condicione, ut in predicto loco a fratribus ibi regulariter militantibus recordatio ipſius parentumque ſuorum irrefragabiliter habeatur. Huius tradicionif teſtef ſunt hii. *Chunradus* plebanus de *piſcofeſdorf, Otachar* de *ſmideheimen, Werinherus* de *Irmbertingen, Eppo* de *Chlingen, Sigahardus* de *Irmbertingen, Hartwicus, Walchun, Rantwinus, Engilſchalcus, Dietmarus* et Alii plures.

CXLII.

Noſcant futuri quam prefenteſ, qualiter domnus *Hartwicus* de *Haganowe* *) Aduocatus iſtius loci delegauerit in manum domni *Liupaldi* de *ſtamheim* ſtabularem curtem in loco, qui dicitur *Spreide* ſitum, eo pacto, vt idem *Liupaldus* predictam curtem ſuper altare ſancti Michahelis pro ſui deuocione parentumque ſuorum liberatione delegaret. Quod factum idem *Liupaldus* peticione domni *Heinrici* eiusdem loci abbatif in prefentia ducif *Heinricj* aliarumque nobilium perſonarum ſtrennue conplere curauit.

*) † am 23. November 1150. Chron. Reichersberg.

Tradidit etiam nobis predictus aduocatus noſter *Hartwicus* mancipium quoddam wirat nomine cum omni ſue poſteritatiſ ſucceſſione eo iure proprietatiſ, quo ipſe poſſederat. Et ut hęc tradicio inconuulſa teneatur, Hii teſteſ idonej ſunt per aurem tracti. *Liopoldus de ſtamheim, Sigifridus de nuuaren, Gebehart filius eius, Heldorf de biburch, Hartmannus de frenchlineſbach, Eppo de munien. Almarus de munien, Vlfcalcus et frater eius Egilolf de frenchlineſbach* et alii plureſ.

CXLIII.

Notum ſit chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod *Mahtildis* de *Uvazzerloſe* et filiuſ ſuus *Chůnradus* conſentiente nichilominus marito ſuo *Chůnrado* de *Piuwerpach* preſente quoque uenerabili abbate *meinfewenſis* cenobii *heinrico* delegatione miſſa per manum *Pabonif* de *Wihenmęrtingen* miniſterialis predicti cenobii tradiderunt ſuper altare ſancti Michahelis in *meinſe* diemůdem ad cenſum quinque denariorum annuatim perſoluendum. Huius rei teſteſ ſunt *Hermannus de hukkenheim, Rihkerus de ſcalecheimen Hezelo de Pirnpach, Poppo de ſauerſteten, Gerolt, hartwich, Ůlrich de Piuwerpach, Lebolf, Rapot, Gerhart, Engelmar, Engelſchalch de Meinſe, Gerolt de ſkinpurch, Gotfrit de Chaſten, Hartwic, Gotfrit de Gukkenperge, Khraft de owe, Otto ammanus Ratiſponenſis epiſcopi, Růdbertuf, Alvrit, heinrich de Meinſe* et pene tota eiusdem loci familia.

Conf. N. 185.

CXLIV.

In nomine domini noſtri iheſu chriſti. notum ſit omnibus, quod quidam nobiliſ homo nomine *Cěnradus* cum uxore ſua *Mathilde* tradiderunt mancipia ſua Willipirgi cum matre ſua Tierpurge ac fratre Engilmaro atque ſorore Heriburge ſuper altare ſancti Michaelis ad *maninſe* ea ratione, ut ipſa et omniſ eorum poſteritaſ ſinguliſ anniſ cenſum quinque numorum ſuper predictum altare perſoluant. Si uero tribuſ anniſ non dederint

nec in quarto emendauerint, in ſeruitio habeantur ſicut cętera familia ipſius loci. Facta eſt autem hec traditio in die ſancto paſchali ſub abbate *Chûnrado*. Milleſimo. C. XLmo primo.

Eodem anno in dedicatione ęccleſię id eſt VII. idus mai tradidit ipſe domnus *Chônradvs* cum predicta uxore ſua *Mathilda* predia ſua et omnia, quę habere uidebatur, ſuper predictum altare ſancti Michaelis aſtante *Hartvvico* ipſius loci aduocato. Teſtef utriuſque traditionis ſunt militef ipſius aduocati *Eppo*, *Waltkervs*, *Adalbertus* et filius eius *Dietricuſ*. De miniſterialibus *Liutoldus* item *Liutoldus*, *Hartuuicus*, *Engilharduſ*, *Dietmarus*, *Dietricus*, *Wintheri*, *Heinricus* ac tota ſimul familia, que in dedicatione ęccleſię aduenerat.

CXLV.

(*Giſila* cum filiiſ ſuiſ *Friderich*, *Engilbreth*, *Hartuuich*, *Giſila Mathilt* ſoror eius, *Friderich*, *Chunradus* cum omni poſteritate ſua. *)

CXLVI.

Noticię tradimus uniuerſorum quoddam concambium, quod factum eſt inter abbatem maninſenſem nomine *Marchuuardum* et abbatiſſam de *oberenmunſture*. Tradidit enim iſdem abbaſ ad predictum altare ſanctę Marię Peirinnam cum fratribus et filiiſ omnique poſteritate eorum et recepit Giſlam * cum omni poſteritate ſua de familia ſancte Marię ad altare ſancti Michaelif deleganda ea condicione, ut ſingulif annif V. denariof ſoluant et ſi tribus annis negleẋerint et in quarto non emendauerint, prebendarij deincepſ ibidem habeantur. Quod factum eſt coram multif teſtibus. Euolutif ergo multis diebus *Livtold* quidam uiolentia uſurpauit sibi ſupra dicta mancipia nullius conceſſione aut permiſſione. Qui uenientef in preſentia domni *Heinricj*, qui ſimul epiſcopuſ et aduocatus tempore illo extitit, et illatam ſibi iniuriam conquerentes multorum teſtimonio a ſupra dicto inuaſore liberati et ęccleſię ſuę reſtituti libertatem ſimul et liberationem

*) Diese Namen gehören wahrscheinlich zur folgenden Tradition und wären etwa bei dem Zeichen * einzurücken.

ſuam firmauere teſtibus hic ſubinſcriptis: *Liutold, Otto, Rûdpreht, Heinrich, Liutwin, Adalold, Diethmar, Engilhart, Gotti, Nordwin,* et fere ſimul cuncta eccleſia.

CXLVII.

Quicquid enim de legitimiſ placitiſ uentilatum fuerit, optime condecet memorie Conmendandum, et (ut) quod a nobilibus uiriſ rationabiliter ſeu legaliter inquiſitum et definitum fuerit, futuris temporibus a nemine poſſit deſtrui, ſed potius iuxta narrationem ueratium hominum reſ iuſte Conplacitate eiuſ (sic) temporibus inconuulſe ſine aliqua contradictione permanere ualeant. enimuero non eſt incognitum, qualiter quidam (sic) conmotio exorta ſuit inter *liuphrammum* iuuauensis eccleſię archiepiſcopum et *baturicum radeſbone* ciuitatiſ epiſcopum de uenatione et piſcatione eorum ad *apirineſſeo* et in ceteriſ lociſ. Tunc inde uentilata ratione et placito peracto coram ſupra dictiſ preſulibus ac ceteriſ pagenſibus loci ipſius uenerandus *liuphrammus* archiepiſcopus et *nordperht* comeſ in ipſum ſaltum ad ipſa confinia proſpicienda (sic) cum aliiſ quam plurimiſ nobilibus uiriſ, ut agnoſcere ualerent, quod ipſius rei ueritaſ haberet. Tunc uero ueraceſ uiroſ ad ipſa ſigna et confinia adſignanda nauigando direxerunt, quorum hic nomina ſupter prenotata ſunt: *ſalmut (?), uuihkoz, kerrat, alpker, reginhart, heriperht, kozzilo, kerilo, deothad, hiltiprant, chuniperht, ilpunc, ſigirod, kerhart, ruodker, ruodheri.* Ista ratione peracta iſti hominef interrogati ab ipſius loci comite in illa fidelitate, quam cum ſacramento domino regi promiſſam habent, ut ipſius rei ueritatem dicerent, qualiter ueraciſſime ſcirent, quorum nomina ſunt *kerrat, kerilo, uuihkoz, ſarut, heriperht, deothad, rodheri*. Poſtea uero dixerunt, de *zinkinpah* et *tinnulinpah* uſque ſuper uerticem montiſ, quem uulgo nominat *ſkafeſperc* ex occidentali parte et meridiana proprie (sic) illa confinia ad ſanctum Petrum et ſanctum rodbertum ad ſedem iuuauenſem iuſte et rationabiliter pertinere deberent. Isti alii quam plurimi ſepiſſime ad illam markam fuerunt, qui id ipſum teſtificati sunt, ſicut ſupra dictum eſt, quorum nomina ſunt *Nordperht Comeſ, oſtarpald, otachar, otker*. Actum anno domini DCCC.XL.III°, indictione VI. die Conſule. III. nonas auguſti.

Chron. lunaelac. I. 78. — Juvavia. Anhang. 90. —

CXLVIII.

Notum ſit chriſti fidelibus, qualiter quidam *Adeloldus de ſtadelareperge* filium ſuum *Uvolfper*, quem ex ancilla ſua nomine *Pezwib* habuit, per manum fratris ſui *Pezemanni* hoc pacto tradidit ſuper altare ſancti Michahelis *manſe* ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum, ut ſi neglixerit eundem cenſum tribus annis perſoluere et quarto non emendauerit, cottidiano ſeruitio fratrum eiuſdem loci mancipetur. Huius rei teſtes sunt *Etich de rute et frater eius Ólricus, Walchun de ſtaindorf, Adelpero frater prefati Adeloldi et filius eius Adelpero, Heinricus de ſtrazwalhan.*

CXLIX.

Conplacitatio Inter venerabilem epiſcopum *Wolfgangum* et inter quendam nobilem uirum nomine *Einhart*. Notum ſit omnibus, qualiter quidam nobilis uir n. *Einhart* tradidit ad ſanctum michaelem ad monaſterium *maninſeo* dictum proprietatem ſuam, qualem habere uiſus eſt in loco, qui dicitur *Riwtun*, manſum unum arabilis terre et pratorum cum ſiluis, aquis aquarumque decurſibus aliisque ad ipſum manſum pertinentibus in manum uidelicet *Wolfgangi* venerabilis epiſcopi et *Adalonis* aduocati ſui ſtatim ipſam ueſtituram et uſum fructuarium dimittens eis, conplacitans cum illis et accipiens decimationem eccleſie, que eſt in *urſeſdorf*, et manſum unum cum manſore ſuo ad finem uite ſue et uxoris ſue n. *Peza* ea uidelicet ratione, ut poſt mortem amborum in ius eccleſie ad *maninſeo* totum redeat. Isti ſunt per aurem tracti *Otachar* comes, *Eparhard, Hartvuic, Dultinc, Huzo*, item *Huzo, Hadegèr, (Reinlint, Otto, Hinric, Liude. Liutta, Deimût, Engilſcalh, Heilca, Rapoto, Hartilib, Gerbirc).* *)

CL.

Notum eſſe uolumus noticie preſentium et futurorum, ad ius pertinere eccleſie ſancti michaelis *manese* ex parentele ſue

*) Das Eingeſchloſſene iſt von einer anderen Hand geſchrieben.

iure perpetuo Lvickart cum filiiſ et filiabus ſuiſ, quorum hec sunt nomina Liuthold, Liupold, Ditmar, Willahalm, Dimůt, Weldimůt, Adilhait, Hiltigart, Perhta.

CLI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, qualiter nobiliſ uir nomine *altman* tradidit predium ſuum ad *reginoldeſtorf* ad *maninfeo* in proprietatem pro remedio animę ſuę et uxoriſ ſuę *trutun* et parentum ſuorum. Iſti ſunt teſtef *Megingoz, Wolfram, Liutram, Liutold, Pezili, Nanzo.*

CLII.

Eadem racione tradidit *Megingoz* et uxor eius *eparlint* predium ſuum *amicineſtal* ad prefatnm *maninfeo* ad dei ſeruicium cum predictiſ teſtibus *Altman, Wolfram* vt ſupra.

CLIII.

Wigolf, Reginold, Walcher III. fratreſ, *Heizo* filius *Uigolfi, Wuuilo, Alrich, Eigil* pater *Wizimanni.* A *hornpreche* uſque ad *liethenpuoche.*

CLIV.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, qualiter quidam homo nomine *Hiltibort* tradidit predium ſuum ad altare Sancti Michahelis pro remedio anime ſuę ſuorumque parentum ita ſcilicet, ut ipſum predium ſibi ſueque poſteritati remaneat et fratribus predicto altari ſeruientibus annuatim cenſum perſoluant XX. denarios . huius rei teſtef ſunt *Luduuich, Liutold, Engilhart, Cotfrid, Dietrih, Sigihart, Hainrich.*

CLV.

Memorię tam futurorum quam preſentium ratum eſſe cupimus, qualiter quedam nobiliſ mulier *Swanihilt* contrahenſ matrimonium cum *Waſigrim* predium, quod habuit in *perge* et

in *pachheim* ſuper altare. ſancti michahelis in *maninſe* potenti manu delegauit eo conditionis tenore, ut IIII^or^ molendina *Trunæ* una domo contenta cum predictis prediis sibi et poſteritati ſuę iure beneficii concederetur. Huius rei teſtes sunt per aurem tracti *Nicoz, Murchwart, Walchûn de fluzzelberch, Perhtolt de uttenheim. Heinrich, Gerloch, Herbort de ſcierolfingen,* qui aduocatus et delegator predictorum prediorum fuit.

Conf. Nr. 175.

CLVI.

Notum ſit omnibus fidelibus in chriſto, Quod quidam nobilis vir n. *adalgêr* tradidit ad ſanctum michahelem ad *maninſeo* vnam partem hereditatis ſuę ad *niuvarun* XV iurnales in manum venerabilis epiſcopi *Vuolfgangi* et aduocati ſui *gotafcalchi* in perpetuum (sic) ſtabilitatem. E contra uero tradente eidem epiſcopo cum aduocato ſuo prefato viro XII iurnales ad locum, que (sic) dicitur *Hiltigeraſheima* in perpetuum ſtabilitatem. Hoc actum fuit ad *tihſteti* in XII. Kalendas ſeptembris. Iſti sunt teſtes *Ôrendil, Ôzi, Vuilliham, Aranhalm, Hunolt, Êrhart* et filius eius *Rŏdperht.*

CLVII.

De marcha ad *maninſeo* vadit uſque in medium *untraha,* Inde uſque ad *vuizzinpah,* Inde ad *liupineſperc,* Inde uſque in *iſcla,* Inde ad *prettenfelida,* Inde *cinkinpah,* Inde ad *alpigilin,* Inde ad *chuningeſperc,* Inde ad *cinchun.* de *mihlinpah* autem uadit per ſupercilium montis, qui uocatur *rihtiperc,* uſque ad *rinderetal.* Mons ille, qui dicitur *urifeſperc,* dimidius, id eſt orientalis pars pertinet ad *maninſeo,* et illi duo laci *maninſeo* et *uriſeſſeo* sunt in banno, Niſi tantummodo de curte, qui dicitur *Atarĥhohf.* inde licet piſcari in *maninſeo* ebdomadas duas circa natalem domini. De *maninſeo* licitum eſt piſcari in *aterſeo* de epyphania uſque ad palmas.

CLVIII.

De *fundargouua* iuxta ripam, quę dicitur *ſemita,* ad *maninſeo* pertinens, quod dicitur *ûfhuſa,* hobę III. Ad ipſam curtem

pertinentef, et in alio loco, qui dicitur *prezza* hobe II. et ad *uuerida* hobe IIII. ad illam predictam curtem pertinentef, et molendina II. Ad *tetinga* pertinet eccleſiaſtica reſ I. cum hobis II. Ad *fornapah* rem curtem 1 cum hoba 1. Ad *moringa* curtem 1. Ad *puocha* curtem 1. cum hobis III. Ad *afcah* curtem 1. cum hobis VIIII.

CLIX.

Termini, qui pertinent ad eccleſiam *Steininchirchen* uadunt inter *cheminatenbach* et *ſtrebilici* uſque ad *holzarn* et a *holzaren* in flumen *Erlafa*, et ſurſum *Erlafa* uſque in *ſcauuam*, et inde tendenſ uſque in *ſichwa*, et ſurſum uſque in locum, qui dicitur *ſtrit*, et ab illo loco uſque ad flumen, qui uocatur *furſſe* in arborem, qui dicitur *nuzbou*, et inde tranſcendenſ uſque in flumen *uiſtre*, et inde ſurſum tendenſ uſque in *paca*, et inde deſcendenſ ad *Erlafa*. Iterum ſurſvm tendenſ ad montem *Othzan*, et inde uſque ad terminum *chernten*, et ab illo loco uſque in *ibſici*, inde uſque ad *Stemmtiſchi*, et inde tranſcurrenſ per medium montiſ *hocchogele*, inde in flumen *fleſnici*, et ſic in *ibſam*, inde in predictum locum *cheminatenbach*.

CLX.

Notum ſit omnibus preſentibus et futuriſ, quod domnus *Heinricus* ratiſponenſiſ epiſcopuſ in loco *manife* poſitus conceſſione ſua permiſit Benedictam miniſterialem ſuam et ueſte cenobiali indui, et predivm ſuum *dichenhaiche* eidem loco contradere . . . preſente eodem predicto epiſcopo cum hiſ teſtibus *Hermanno, Perhtoldo canonicif fuif, Rabbotone comite, Alram, Engilfchal de Wuſen, Niz, Sighardo, Ottone gog . . ., Liutholdo de wazzerlo.*

CLXI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, qualiter *Grifo* de *Prunne* delegauit per manum fratriſ ſui *Dietmari* ſuper aram ſancti michaeliſ *manife* Giſilam ad perſoluendum eiusdem archangelo ex tunc et deincepſ cum omni poſteritate ex ea deſcendente cenſum V. denariorum. Teſteſ huius

rei sunt *Hermannus* de *fazbach*, *Hetich* et *wernhardus fratref de atal*, *vlrich et Ludwicus de grabenheim Hetich de geinberge*, *Eppo de mofeheim* et alii Pluref. Facta eft tradicio hec in loco *manife* prefidente et prefente *walthero* abbate Anno ab incarnatione domini M°. C°. L.

CLXII.

Quoniam aduerfitatibus et preffurif et nimia rerum inftabilitate prefentif uite profperitaf inuoluitur, ut ex ipfif rerum prouentibus quilibet intueri poteft, nec eft quidem ulla profperitaf durabilif. ego *Mathildif* dum uterque meuf homo cohabitat interiorif hominif remedio, quodam feodo *Tvrnahtingen* fanctum Michahelem in *manfe* et in eius feruitio ibidem degentef per manus cuiusdam liberi et nobilif *Helmbrehti* feodaui. Vnde ne fuper hoc impofterum aliqua ualeat oriri calumpnia, fub teftimonio *hartwici* de *hvfmanningen*, *Rudberti*, *Gebehadi*, *Lebolfi*, *heinrici*, *Vlrici* de *eichi*, *Eberwini*, et aliorum multorum fcripto conmendauimus.

CLXIII.

Quoniam aduerfitatibus et preffurif et nimia rerum inftabilitate prefentif uite profperitaf inuoluitur, ut ex ipfif rerum prouentibus quilibet intueri poteft, nec eft quidem ulla profperitaf durabilif. quod ego *Tëta de fwont* uxor *Herwardi* delegaui me fuper aram Sancti Michahelif jn *maenfe* fub abbate H. et omnem pofteritatem meam ad cenfum V. denariorum annuatim perfoluendum.

CLXIV.

In ipfo die tradidit fe *heinricus de prantftat* ad cenfum predictum perfoluendum.

CLXV.

Eodem die *Mathildif Rifnerinna* tradidit fe ipfam et fuof propriof hominef felint et filiaf fuaf ad cenfum V. denariorum

Hac condicione interpoſita, ut nulluſ Abbatum uel officiatorum ſuorum eoſ ſuper hunc cenſum infeſtare uel inquietare audeat uel preſumat. Teſteſ per aurem tracti *Otto de otnang, Herman de chaſtin, Heinrich havintopil et frater ſuuſ Engilhart officiarius, Perhtolt in pavmario, Rutheruſ, Engilhart camerarius, Hartlieb, Chunrat, Engilhart, Rûdbertuſ* et alii quam plureſ.

CLXVI.

Notum ſit omnibus ſidelibus, qualiter ego *Alheidiſ* et *Albertus* maritus meuſ et pueri noſtri *Vlricus* et *Chunigundis* et *Agneſ* libera manu tradidimus noſ ſuper aram sancti Michahelis ad V. nummoſ unnuatim.

CLXVII.

Notum ſit omnibus quod *Alhedis* gladiatrix et filia ipſius *Alhedis ſtrueherne* cum omni poſteritate ſua *hainrico* uidelicet, *dimude, gerdrude* eccleſie ſint ſancti Michahelis in menſe ad cenſum quinque denariorum. De *mvnolfing diemudiſ Hainricus.*

CLXVIII.

Operationiſ bone propoſitum nulla debet occaſio inpedire. Ea propter ſciant poſteri et preſentes, quod ego *Alhœidis* de *Auſhê* animaduertenſ paſſionem noſtri creatoriſ filiam meam *dimudem* nomine ſuper aram Sancti Michahelis in *Maenſhe* libere delego et delegaui ad cenſum quinque denariorum annuatim perſoluendum eiuſdem *dimudis* mee filie optimo cum conſenſu, et habui et habeo liberum arbitrium delegandj. *(Perchtoldus, P. piſtor, Chvnradus schozkil et margareta vxor ſua de Welſa, Hartlibus, Hilcardiſ).* *)

CLXIX.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod filie *chôchinne elifabet* et *eita* de libera condicione tradiderunt ſe et

*) Das Eingeschlossene gehört nicht zu dieser Tradition.

poſteritateſ ipſarum ſuper aram ſancti Michahelif ad cenſum quinque denariorum annuatim perſoluendaſ (sic.) hii ſunt teſteſ *Weikkeruſ prior, dithardus cuſtoſ, chunradus podinger, odelhohus, chunradus camerarius, heinricus inciſor,* et alii quam plureſ.

CLXX.

Sciendum, quod *Chvnradus* et *fridricus Loherii* fratres eccleſie noſtre litem mouerant de filiis *Ruemerii* in *Atergœv Chvnradi* et *Wernhardi* afferentes eoſdem famulos ipſis proprietatis tytulo attinere, cum nobis attinere pocius viderentur. eandem litem abbas *Otto* penitus diſſoluit. dicti vero viri cum poſteritate eorum ſe ad altare beati Michaelis tradiderunt ad cenſum V. denariorum annis ſingulis perſoluendorum. Huius rei teſtes *Otto de Otnang, Chvnrat Peodinger, Michel Glang officiarius* in *Chanelpach, Rvetherus officiarius, Wernher, Lupus, Angrer, Hainricus Chern* et alii quam plures.

CLXXI.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuriſ, quod *levkardiſ* villica de *tancholſingen* et poſteritateſ ipſarum de libera condicione tradiderunt ſe ſuper aram ſancti michahelis ad cenſum quinque denariorum annuatim perſoluendaſ (sic.) Hii ſunt teſteſ *Weikkeruſ prior, Dithardus cuſtoſ, Siboto camerarius, Rudigeruſ prepoſitus, Perhtoldus in pomerio, Albertus villicus de tancholging, libardus officialiſ, Rutheruſ in foro* et alii tam plureſ.

CLXXII.

Incipit Priuilegium de bonis, que dedit nobis Ottilo dux.

In nomine domini regnante domno *Ottiloni* inclito duci gentiſ noſtrę bauuariorum inprimis donauimus ad *lunęlaco* III^{or} uillas cum campis, pratis, ſiluis cum omnibus heredibus ſuis *nuzilinga, adalreſpach, chalbaha, oberchalbaha,* iſto totis inſimul ad monaſterium pro mercede domni *otiloni* duci donauimus et illi ferui dei, qui de illo uicto uiuunt, quod noſ do-

nauimus non habeant comeato altera mente facere, nifi pro nof orare omnem diem, et qui de iſta peccunia inde tollere aliquid uoluerit, ante deum cum ſancto michahele rationem reddere habent in die iudicii. et illa foreſte noſtra intra *falzpurchgau* et intra *mathgau*, et intra *atergau*. Hęc eſt marcha. De marcha ad *maninſe* uadit uſque in medium *untraha*, inde uſque ad *wizinpach*, inde ad *liubenſperch*, inde uſque in *iſkila*, inde ad *preitenfelden*, inde *cynchinpach*, inde ad *alblingon*, inde ad *chuniſperch*, inde ad *cinkin de michilnpach* autem uadit uſque ad *rindertal*, de *rindertal* ad *nezzeltal*, a *nezzeltal* uſque ad montem *ſtůophe*, et a *ſtůphen* uſque *ſprenzala*, a *ſprenzala* uſque *burchſtal*, deinde *brucchebach*, exin per fineſ *riute* et *celle* in *aterſe*, deinde eiuſdem laci omnis ſitus ſiluarum et camporum culta et inculta omniſ utilitaſ, que inquiri poteſt uſque in *wizinpach* et per aſcenſum eiusdem fluminis uſque ad *liubenſperch*. Anni domini DCCXLVIII.

Chron. lunaelac. I. 4. —

CLXXIII.

Noticię tradimus uniuerſis chriſti fidelibus, qualiter quidam de miniſterialibus s. Petri ratiſponenſiſ N. *Adalrammus* tradidit tale predium, quale habuit in pago *rotgawo* apud uillam *ſcephawo* ſuper aram s. Michahelis *manſe* pro remedio animę ſuę ea uidelicet ratione, ut filia eius *Livdegart* cum filiis ſuis poſt obitum patriſ predictum predium de manu abbatis eiusdem loci ſuſcipiant et ſingulis annis dimidium modium tritici perſoluant. Poſt illorum uero obitum idem predium fratribus ibidem deo ſeruientibus abſque ulla contradictione perpetualiter deſeruiat. Hec tradicio facta eſt anno dominicę incarnationis M.C.LXX. III. Nonas mai. Teſtes per aurem tracti *Heinricus* de *walde*, *Otto* et filius eius *Liutoldus*, *Marchwart*, *Otto chreiere*, *Hiltibrant*, *Wernhart*, *Chunrat*, *Růbpreth*, *Willihalmus* et alij multi.

CLXXIV.

De everdinge.

Chriſti fidelium tam preſentium quam futurorum memorię conmendamus, qualiter nos propter conmuneſ eccleſię noſtrę neceſſitateſ uictualium ſcilicet penuriam conmuni quoque et

unanimi fratrum noſtrorum conſilio predium noſtrum ſitum in loco, qui dicitur *enzinefperge* cuidam *Rahwino* de *euerdinge* per manus fideiussoris *adalberti* de *oftherin* contradimvs ea uidelicet condicione, quatenus poſt mortem iam dicti *Rawini* et uxoris ſue pro remedio animarum ſuarum in priſtinum noſtre proprietatis locum redeat. Sic enim percauentef in futurum ut et in preſentiarum fratrum noſtrorum inopia cum iam dicto predio ſuſtentaretur nec tamen eodem poſteritaf ſucceſſorum noſtrorum fruſtraretur. Hanc pactionem preſentibus ſcriptis confirmare et poſteris relinquere neceſſarium duximus. Huius autem actionis teſtes sunt hii *Adalbertus de oftheringen, Timo de bernowe, Herwort de fluzzilberch, Marchwart de ahliten, Vdalricus de ſcalbach, Dietrich de huttenheimn, Huch frater eius, Chůnrat de liten, Chunrat de trune. Liubhart de euerdingen.*

CLXXV.

Memorie tam futurorum, quam preſentium ratum eſſe cupimus, qualiter quedam nobilis mulier *fuanihilt* contrahenſ matrimonium cum *Wafigrim* predium, quod habuit in *perge* et in *baccheim* ſuper altare ſancti Michahelif in *manſe* potenti manu delegauit eo conditionis tenore, ut IIII^{or} molendina *trune* una domo contenta cum predictis prediis sibi et poſteritati ſue iure beneficij concederetur. Huius rei teſtef sunt per aurem tracti *Nicoz, Marchwart, Walchůn de fluzzilperch, Pertholt de uttenheim, Heinrich, Gerloch, Herbort de ſchierolvingen,* qui aduocatus et delegator predictorum prediorum fuit.

Conf. Nr. 155.

CLXXVI.

Priuilegium de Irmprethinge.

In nomine domini noſtri ieſu chriſti notum ſit omnibus, quod quidam nobilis homo nomine *Chůnradvs* de *irmbrethetinge* cum uxore ſua *Mathilde* tradiderunt mancipia ſua Williburgi cum matre ſua Dirpurge ac fratre Engilmaro atque ſorore Heriburge ſuper altare ſancti Michahelis ad *manſe* ea ratione, ut ipſa et omnis eorum poſteritas ſingulis anniſ cenſum quinque nummorum ſuper predictum altare perſoluant. Si uero tribus annis non de-

derint nec in quarto emendauerint, in ſeruitio habeantur, ſicut cetera familia ipſius loci. Facta eſt autem hęc traditio in die ſancto paſchali. Eodem anno in dedicatione ęcclesię id eſt VII^ma idus mai tradidit ipſe domnus *Chŏnradus* cum predicta uxore ſua *Mathilda* predia ſua et omnia, quę habere uidebatur, ſuper predictum altare ſancti Michahelis aſtante *Hartuuico* ipſius loci aduocato. Teſteſ utriuſque traditionis sunt militeſ ipſius aduocati *Eppo, Waltkerus, Adalbertus, filius eius Dietricus.* De miniſterialibus *Liutoldus ſenior, Liutoldus iuuenis, Engilhardus, Dietmarvs, Dietricus, Winhtervs, Heinricvs* ac tota familia ſimul, quę in dedicatione eccleſię aduenerat ſub abbate *Chunrado.* Anno Milleſimo. C. XLmo primo.

Conf. Nr. 144.

CLXXVII.

Priuilegium de hunesperge.

Notum ſit preſentibus et futuris omnibus chriſti fidelibus, qualiter *Udalricus* homo liber de *hunesperge* tradidit delegatione propria ſuper aram s. Michahelis in *manſe*, fratribus iugiter inibi deo ſeruituris predium, quod habere uiſus eſt in loco, qui *ſtrucilingen* uocatur quatuor uidelicet manſos pro direptione bonorum, quam idem per ſe uel per ſuos grauem ſatis eidem intulit ęcclesię. Quę ut firma et inuiolabilis uel inconcuſſa poſſit eſſe tradicio, teſteſ ſubſcripti ſuo probant teſtimonio *Livpold de walde et filius eius Heinrich, Alwich et Ortolf de rotigen Heinrich de riuth, Rûdger de rubingin, Wernhart de abbefmanne, Walchvn de herdinge, Chunrat de ſconenberch, Dietmar de uocchenberch, Hartwic et frater suus Wernhart de prûle, Dietmar, Liutwin, Vlrich, Chunradus hominef eiusdem Vdalrici, Udalrich, Gotfrit, Fridbreth, Engilſcalc officiarius episcopi, Willhalm, Ortolf, Rûdpreth, Heinrich, Rudolf, Marchwart, Herwort, Chunrat, Aſcwin, Engilſcalc, Rapot, Leibolf et frater eius Heinrich* et alij pluref ex familia eiuſdem ęccleſię.

CLXXVIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod nobilis mulier *Adalheit* nomine ſuper altare ſancti Michahelis *manſe* per manuſ

hominis cuiusdam mariti prefatę mulieris *Gerhoch* uocabulo liberalibus eſt manibus delegata ad cenſum quinque denariorum ſoluendum ſingulis annis, Quę ſub tutela et aduocatia comitis *Rapotonis* acta eſſe manifeſtum eſt. Huius rei teſtes ſunt *Hezil* diſpenſator predicti comitis, *Liupolt, Heinricus, Marchwardus*. Quam chriſti famulam cum omni poſteritate ſua alieno dominio ſeruire interdicimus et quicunque uim intulerit uel oppreſſerit, eadem iniquitate dampnabitur, et quod abſit in ęternum peribit.

CLXXIX.

Notum ſit chriſto fidem ſeruantibus tam poſterę quam inſtantis tempeſtatis ſequacibus, quod duę mulieres nobilitatem libertatis a prioribus ſuis trahentes parentibus germanę ſcilicet utroque parente, *Liuzwip* et *Cleina* dictę pro adquirenda perennis uitę felicitate deuotarunt propria corpora cum omni in reliquum temporis ęuum ſuccedente eiuſdem cognationis progenie ad aram beati Michahelis apud manſenſem locum, quatenus ſingulis perſoluant annis V. denariorum cenſum. Hęc facta ſunt ſub *chunrado* abbate et *Reginberto* aduocato. Teſtes per aurem tracti *Liutolt, Otto, Engilhart, Heinrich, Liutwin* et alij quam plures.

CLXXX.

Omnibus chriſti fidelibus notificamus his litteris, qualiter quidam homo de familia ſancti Michahelis *manſe* N. *Gnanchint* duxit uxorem *Egnizi*, Quę cum eſſet libera ex omnibus precedentibus parentibus, tradidit ſe ſuper menſam ſupradicti ſancti Michahelis ea ſcilicet ratione, ut facta coniunctio rata eſſet et ut ipſa cum liberis ſuis *Wergando* et *Gebehardo, Baldwino* et filia *Adalheidis* omnique poſteritate cenſum quinque nummorum annuatim in perpetuum perſoluant ſuper aram iam dicti s. Michahelis. Hęc traditio facta eſt ſub domno *Chůnrado* abbate et *Adilberto*, qui tunc temporis fratrum prepoſitus erat. Teſtes huius traditionis *Erchimpoldus*. de miniſterialibus ſancti Petri *Walker, Liutwin, Richman, Brunwart, Pero* et multi de ipſa familia.

CLXXXI.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod hominef de domo et familia s. Michahelis *manſe* ſcilicet *Hartwic, wichmann, Gerolt, Izo, Chadalhoch, Heinrich, Imzila, Giſla, Irmgart* sub uenerando abbate *Walthero* fauente aduocato *Hartuuico* tributalem iuſticiam V. denariorum ſingulis annis sibi obtinuerunt. Poſtmodum a ſucceſſore prenominati abbatis uidelicet uenerabili *Heinrico* abbate inpetiti eandem iuſticiam publice coram familia eiuſdem ęcclefię obtinuerunt. Huius rei teſtef sunt *Dietrich, Winther, Engilhart, Dietmar, Engilhart, Adalfrit, Liupſun.*

CLXXXII.

Notum ſit omnibus preſentibus ac futuris, quod quidam *Eberhardus* cum *Růdgero* germano ſuo liberi ex libera ſtirpe progeniti pro melioratione uitę ſuę animęque tutioris ſaluatione ſuper altare ſancti Michahelis *manſe* ſe dedentef inſtinctu auunculi ſui *Eberhardi* ſingulis annis tributum quinque denariorum perſoluere decreuerunt. Siquis autem eos abſtrahere aut inpugnare uoluerit, patrocinio ſancti Michahelis inpugnetur.

CLXXXIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quedam matrona libera *Adalheit de tiſenheim* dedit manu poteſtatiua et traditione libera ſuper aram ſancti Michahelis *manſe* ad perſoluendum inibi annuatim cenſuali iure V. denarios ancillam ſuam Giſlam cum omni poſteritate ſua, cuius hic filioſ ſeu filias aſſignamus ex nomine Swiker, Heinricus, Aſcwinus.

CLXXXIV.

Notum eſſe uolumus omnibus chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod duę feminę germanę *Tuta, Chunigunt* manu poteſtatiua et libera traditione ſe cum omni poſteritate ſua ad ſoluendum annuatim V. denarios ſponte tradiderunt ſuper s. Michaelis aram *manſe*. Huius rei teſtef sunt *Chunrat, Pernger*

de *cholahaim*, *Dietmar* de *uocchenberge*, *Gotfridus*, *Fridbret*, *Chunrat*, *Herwort* et frater eius *Chunrat de manſe* et alij multi ex familia eiusdem cenobii.

CLXXXV.

Notum ſit chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Mathildis de wazzerloſe* et filius ſuus *Chunradus* conſentiente nichilominus marito ſuo *Chunrado de piverpach* preſente quoque uenerabili abbate *Heinrico de manſe* delegatione miſſa per manum *pabonis de wihenmertigen* miniſterialis predicti loci delegauerunt ſuper altare ſancti Michahelis in *mainſe* Diemudem ad cenſum quinque denariorum. Huius rei teſtes sunt *Hermannus de hukkenheimen*, *Richkerus de ſcalechaimen*, *Hezelo de pirnpach*, *Poppo de ſauerſteten*, *Geroldus et Hartwicus*, *Ulricus de piverbach*, *Lebolf*, *Rapot*, *Engelmarus*, *Gerhart*, *Engelſcalch de meinſe*, *Gerolt de ſkinpurch*, *Gotfrit de chaſten*, *Hartwicus*, *Gotfrit de Gvkkenperge*, *Chraft de Owe*, *Otto ammanus ratiſponenſis epiſcopi*, *Rûdbertus*, *Alvridus*, *Heinrich de meinſe* et pene tota familia eiuſdem loci.

Conf. Nr. 143.

CLXXXVI.

Hii sunt teſtes uinearum, quas emit *Wolfcrimus chremiſ* quaſque delegauit ſuper aram ſancti Michahelis *Manſe* poſt obitum ſuum: *Erchanbertus de ponte lapideo*, *Wicnant* filiuſque ſuus iuxta curiam ducis, *Dietmarus*, qui dicitur *ſcerf* et filius eius *Pernhart*, *Hunoldus*, *Heinricus wrco*, *Vlricus de domo*, *Otto huſenmulo*, *Gnanlo*, *Ortwinus*, *Sigifridus in foro*, *Iſanbertus*, a quo emtę sunt uineę, *Rudolf dux* et priuignus eius *Rapoto* et filius eius *Heinricus*, *Chuno* et frater eius *Marchwardus*, *Engilfridus*, *Rudgerus glaz*, *Liupoldus uinitor*, *Rudgerus uinitor*, *Diemarus*, *Arnoldus*, *Gebhardus*, *Eberhardus*, *Sigmarus iudex domni Ottonis*, *Liupolt et leo Gnanil ciuis*, *Ortwinus in der lachin*, *Panifex Rudwinus*, *Liupolt*, *uinitor Marchwardus hirzo et waltker*, *Rudgerus uinitor*, *Heinricus Naſlin*, *Arnoldus de trungau et frater eius Chunradus*, *Rudbertus uinitor*. Hic continentur teſteſ, qui in pre-

ſentia fuerunt, ubi *Wolfcrimus* hanc uineam emit ſecundum ius urbanum ſuper montem uinitorum in orat.... (orio?) ſancti Michahelis *manſe* congregationi poſt uitam eius.

CLXXXVII.

Scire cupimus chriſto fidem ſeruantibus tam poſtere quam inſtantiſ tempeſtatiſ ſequacibus, quod mulier quędam nobilitatem libertatiſ a prioribus ſuiſ trahenſ parentibus *diemôt* dicta conſentiente uiro pro acquirenda perenniſ uitę felicitate deuotauit ſe cum duabus filiabus ſuiſ *Têten* et *Azawibe* id ipſum petentibus in reliquum temporiſ euum ſuccedente eiusdem cognationiſ progenie ad aram beati Michahęliſ apud maninſenſem locum quatenus perſoluant ſingulis annis V. denariorum cenſum. Hęc facta sunt anno incarnationis domini Milleſimo II°. Teſteſ per aurem tracti, *Atto*, *Aſcrihe* et *hrodus*, *machelmus*, *Adalhart*, *Megilo penzo*.

CLXXXVIII.

Hêc eſt marcha ad maninſe pertinenſ.

De marcha ad maninſe uadit uſque in medium *vntraha*, inde uſque ad *wizzinpach*, inde ad *liubenſperch*, inde uſque in *iſkila*, inde ad *preitenfeliden*, inde *cinkinpach*, inde ad *alplingon*, inde ad *chuniſperch*, inde ad *cinkun*. de *michilnpach* autem uadit uſque ad *rindertal*, de *rindertal* ad *nezzeltal*, a *nezzeltal* uſque ad montem *ſtûphe* et a *ſtûphen* uſque *ſprenzlaha*, a *ſprenzlaha* uſque *burchſtal*, deinde *brucchebach*, exin per ſineſ *riute* et *celle* in *aterſe*, deinde per aſcenſum eiuſdem laci omnis ſittus ſiluarum et camporum culta et inculta, omniſ utilitas, que inquiri poteſt uſque in *wizzinpach* et per aſcenſum eiuſdem fluminis uſque ad *liubenſperch*.

Conf. Nr. 65.

CLXXXIX.

De Predio in Tilignen.

Notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuriſ omnibus chriſti fidelibus, qualiter *Gebehardus* comeſ aduocatus cenobii

manife tradidit eidem loco manu poteſtatiua curtim, qualem habere uiſus eſt, cum duobus manſiſ in loco, qui *huntiligen* uocatur, et hominef ad idem predium pertinentes uidelicet albericum, qui diſpenſatoris officio ſuper bona ipſius fungebatur et uxorem eiusdem *Perhtam* et liberof eorum, quorum hec sunt nomina Arnold, wikart, wigrat, Irmigart, Mathilt, ut ipſi et omnif poſteritaf eorum annuatim ſuper altare s. Michahelis V. denarios ſoluant iure perpetuo. Huius traditionif hii teſtef sunt, *heinrich de kragarn, altman et filius eius de kirfhaim, heinrich et hadama et chunrad fratres de untiligen, Perhtold, Reinhart, Engilhart preco et fratref eius ditmar, walther, Eberhart, Liupold, walther de manife.*

Kurze Geschichte

der

Gründung des Klosters Mansee.

In leoninischen Versen beschrieben.

(Die Schrift aus dem zwölften Jahrhundert. Chron. Lunael. I. 128.)

Quidam magnorum fuerat rex theutonicorum
Ex incarnati pippinus tempore chriſti.
Septingenteſimo fortiſ regnauerat anno.
Primo dicemuſ, quod conditionis habemuſ.
A quo fundati per quem chriſtoue parati.
Si uerum diſco fuerat rex tempore priſco.
Fortiſ et inuictus pipinuſ nomine dictus.
Regnum francorum qui rexit iure priorum.
Germanam forma multa cultam quoque norma.
Iiſ habuit multiſ uirtutibus undique cultis.
Noſ ut adhuc ſcimus fuit in regno quoque primus.
Ottilo dux fortis quem prefert gratia ſortis.
Bauaricę gentiſ in bello ualde potentis.
Duxerat uxorem regiſ dux ille ſororem.
Si ceu ſcripta ferunt chriſtum ſuper omnia querunt.
Ex hoc gaudebant chriſtum ſub corde gerebant.
Gaudia mundana quia ſpreuerunt quaſi uana.
Cęlo quo ſurgant preſentia gaudia purgant.
Uitant preſentem mutant ad gaudia mentem.
Commutant ęque pro regno dant ſua ſeque.
Innittitur celliſ pro magniſ ottilo bellis.
Altaria conſtruxit huc et ſua predia duxit.

Siluiſ accinctum lacubus multiſ quoque uinctum *).
Ille locum legit clauſtrum qua forte coegit.
Piſcibus ac undiſ ſiluiſ quem ditat abundis.
Ditat agriſ multiſ conuectiſ in ſua cultis.
Caſſino de monte legunt et adhuc ibi degunt.
Domnoſ clauſtraleſ habuit nec norica tales.
Primuſ oportunus abbaſ addicitur unus.
Primos ecce bonos hiſ inſtituere patronoſ.
Cum michahele multos petroque fidele.
Hiſ lacuſ ille datur qui manſe nunc uocitatur.
Undique terrarum dat predia multa ſuarum.
Firmat et omne datum uictu iubet hoc fore ratum.
Ac deteſtatur hęc per quem dos ſpoliatur.
Ut nullusque potis ſit tollere predia dotis.
Pontificum palmiſ bannum contradidit almis.
Hoc qui predantur ab eiſ exconmunicantur.
Nature ſorte deceſſerat ottilo morte.
Plebſque lamentatur per eum quia pax habebatur.
Omnia tunc nato ceſſerunt predia grato.
Taſſilo qui mores patre non habet inferiores.
Suſcipit omne datum poſſederat atque ducatum.
Et defendebat quicquid pater eius habebat.
Mente leuabatur ſibi gloria nulla paratur.
Auſibus ac atriſ ceſſit de tramite patris.
Inuiciante parum ſibi quod poſt ſenſit amarum.
Infeſtat gentem regni per cuncta potentem.
Pluribus ex cauſiſ diuerſis corruit auſis.
Peccat et in legem ſic offendit quoque regem.
Sepe repetiuit uicium ſic ſcelus iuit.
Sepe reſtauratur ſic ſoncior atque paratur.
Juſ habet externum genus hunc leuat inde paternum.
Uim uaſtatorum uehit in ſua regna malorum.
Et ſua uaſtabat aliosque necare parabat.
Conſiliis rebus cunctis nocet atque diebus.
Roma laborabat quam proxima terra grauabat.

*) vel iunctum.

In quam ceu ſpeuit (sic) fortiſ lombardia ſeuit.
Surgit et in gentes antiquitus armipotentes.
Rege ſub ingrato deſiderius et uocitato.
Qui theodorici potuit de ſanguine dici.
Temptanſ fortunam romani ſanguiniſ unam.
A ſe conuelli uel de regno male pelli.
Et fortiſ durus hiſ inſtabat quaſi murus.
In ſe diffidunt nec non ſua regna relidunt.
Romani ſecum non ſtant ueluti foret equum.
Sed ſibi diſcedunt timidi ſua iuraque ledunt.
Nec ſibi grecorum iuuitque potentia morum.
Sed lombardorum conpreſſit eosque malorum.
Unanimeſ forteſ belli temptant ſibi fortes.
Inſtant romanis animus quibus extat inanis
Hi dubii fuerant ubi tutorem ſibi querant.
Conſiſi morum ſuper omnia theutonicorum.
Hoſ ſibi tutores querunt quia sunt meliores.
Armiſ in belliſ ſeruit ſibi quiſque rebellis.
Genſ fuit hec fortis ſpreuitque pericula mortis.
Horum uirtuti ſe dant ut ſint bene tuti.
A patribusque datus conuenerat ecce ſenatus.
Uerbula tunc blanda iungit quoque munera danda.
Que Karulo dentur defendere ſeque precentur.
Qui tunc magnorum fuerat rex theutonicorum.
Querunt legatos magna uirtute gregatos.
Secum danda ferunt karulo qui cuncta dederunt.
Et ſibi dixerunt ab eiſque conperierunt.
Miſſoſ condigne rex ſuſcipit atque benigne
Audit eos care regnum quia ſpeuit (sic) amare.
Rex ſapiens fuerat intantum nec ſibi ſperat.
Theutonicas genteſ hortatur bella uolentes.
Ut lombardorum uim ſtringat theutonicorum.
Uiribus hi mentes acuunt ad bella potentes.
Coniurat cetus primatum munere letus.
Quod pergant ſecum faciunt uelud hoc fuit equum.
Ex profectura rex inquirit ſua iura.
Tempus preſciuit romam quo conſcitus iuit.
Donum regale qua iunxit et imperiale.

Artibus et bellis rex uincitur ille rebellis.
Qui male uexauit romam per prelia ſtrauit.
Sic karolus gentem deuicit ſe metuentem.
Rex cupienſ legemque triumphi dat nece regem.
Exilio natoſ relegauerat et ſibi gratos.
Sic lombardorum iuſ ceſſit uicta malorum.
Terra tacet quia uicta iacet ſub theutatis (sic) armis.
Et romanorum ſeruit uindicta ſuorum.
Ille redit ſibi uicta dedit ſe terra priorum.
Virtus cunctorum ui ceſſit theutonicorum.
Sic uenienſ romam ſuſceperat inde coronam.
Cum pompa tali decoratur et imperiali.
Taſſilo deuotus ſuerat papę bene notus.
Et quicquid querat per eum conquirere ſperat.
Illuc legatoſ miſit uirtute gregatos.
Multum ueraceſ et coram rege loquaces.
Salzburge preſul arnon qui magnus habetur.
Abbaſ hunricus manſe uirtutis amicuſ.
Vult his ſaluari regi quoque conciliari.
Romam pergebant ubi ſingula conperiebant.
Papę conſilium querunt ſuper omnia primum.
Spondet ſe ſecum perſiſtere ceu foret ęquum.
Cum ſibi cauſa datur rex primo cum decoratur.
Pompa regali palma ſimul imperiali.
Illi procędunt populus pariter ſibi cędunt.
Regem uiderunt cui ſingula tunc retulerunt.
Exponunt uerbum rex ſuſcipit illud acerbum.
Omnia mandando legati ſtantque precando.
Et pro legatiſ inſtabat papa beatiſ.
Regni per morem rex miſſis preſtat honorem.
Pro duce qui ſtabant excuſarique parabant.
Optima teſtantur miſſi papamque precantur.
Ut percunctetur ſummam pro ſeque precetur.
Audiit inſtantes rex illoſ atque precantes.
Mox in legatos uertit ſua uerba beatos.
Uult ut ſignentur palma quecunque rogentur.
Atque fideſ dentur ſic omnia certificentur.

Et pax firmetur ſed epiſcopus iſta ueretur.
Incerti pactum deuitant hoc ſibi factum.
Nouerunt fraudem metuunt quoque perdere laudem.
Atque ducif moref metuere ſubire priores.
Hoc rex cognouit quia dux ſibi plurima uouit.
Quę poſt caſſauit ſic ſe certo uacuauit.
Ecce reuertuntur triſtes ſub corde premuntur.
Dux quod eos legit nec eis ſua uota peregit.
Omnia firmauit rome rex et remeauit.
Taſſilo ceu ſpreuit in regnum poſtmodo ſeuit
Offendit regem poſt hęc uelut antea legem
Rex ſolito more pro regni pugnat honore
Illi precepit quod nolenſ ipſe recepit
Se uelut audiret quod pherin (sic) ipſe ueniret
Iter et expauit defendere ſeque parauit
Regiſ ad edictum deuouit curia uictum
Obſide ſed nato mox ſuſcipitur ſibi grato.
Sic ſe decepit gratum regemque recepit.
Rex uehit hunc ſecum captiuum ceu fuit ęquum.
Ut iuſ dictauit hunc exilio religauit.
Inbripolim redit coram dux omnibus ędit.
Cum conuenerunt in regno quique fuerunt.
Si denos natos tribuiſſet et hoſ ſibi gratos.
Nil ſibi tale dari quod ei poſſit ſociari.
Audiit inuitus hoc iuris quiſque peritus.
Uadunt ad regem ducif exponunt ſibi legem.
Omnia quę dixit rex in corde bene fixit.
Perque ducis fraudem rex augebat ſibi laudem.
Vvormatię iunctiſ ducif ędit uerbula cunctiſ.
Dixerat aperte ſe fędus ſoluere certe.
Curia laudauit hunc nam ſua fraus ſuperauit.
Taſſilo dampnatur ibi nam reuſ eſſe probatur.
Qui faciat neſcit eius dampnatio creſcit.
Judicium procerum mox accreſcit ſibi uervm.
Collo truncetur rex tollat quicquid habetur.
Judicium mortis dux accepit male fortis.
Corde dolet ceu ſepe ſolet qui morte grauatur.
Ille uolet uitamque dolet nec ſic moriatur.

Rex karolus mentem ſuper hiſ ſeruat ſapientem
Senſit cognatum tam turpi morte grauatum.
Et metuit moris eſtum flagrare prioris.
Lex quod dictauit hunc mortificare negauit.
Rex karulus cumque diſponeret inter utrumque.
Vitam cognato reddebat ſorte necato.
Dux ſua ſeque negat ut monachus amodo degat.
Commutanſ ęquę pro uita predia queque.
Lors uenit hic ſtabat ibi monachus ac habitabat.
Taſſilo quę uexit rex karulus omnia rexit.
Fit regi uota ducis en poſſeſſio tota.
Predia clauſtrorum cum clauſtris dat propriorum.
Rex ea condigne ſuſceperat atque benigne.
Nec non ditauit cellas quaſ ſemper amauit.
Primus cellarum honor eſt ſuper omne duarum.
Ottilo quas ſtruxit uetus illas gloria duxit.
Altha cum manſe de cunctis prima fuere.
Iſta clauſtrorum conditio manſit eorum.
Inſtinctu regiſ inquirunt optima legis.
Hi patreſ toto manſe tollunt bene uoto.
Atto lambertus meingaud adlrad erichinbreth.
Poſt horum mortem locus hic mutat male ſortem.
Pontificique datur obrmunſter ſic mutuatur.
Hic qui manſerunt domni multum reſtiterunt.
Cambia ſpreuerunt regi ſubdi uoluerunt.
Sed nequeunt genti ſic obpugnare potenti.
Tanta nec hiſ taliſ eſt uiſ ceu pontificalis.
Ne pereant cedant ſed eos ſua ſcandala lędunt.
Clauſtrum uaſtatur res illius adnichilatur.
Sic conmutatvm ſubdunt ad pontificatum.
Hoc ſunt inuiti triſtantur quique periti.
Exceduntque fores ſic oſtendere doloreſ.
Cum ſibi cauſa datur domnis prorſus uacuatur.
Seruiit omne datum cunctis ad pontificatvm.
Iſta diu meſta res eſt nimium male geſta.
Reſ diſperſerunt dos templi queque fuerunt.
Et qui ſenſerunt ſapientes hinc doluerunt.

Inter quos unuſ dedit hoc cui gratia munus.
Berthold magnorum res degenerare ſuorum.
Ualde dolet triſtis agitans mentem ſuper iſtis.
Sic genus illorum quos diximus eſt dominorvm.
Primatum more priuari ſpernit honore.
Principibus cunctis iuſſu regiſ ſibi iunctis.
Chriſto fundatum clauſtrum queritur uacuatum.
Non habitatores illic ſeruire priores.
Non alios quorum mutentur facta priorum.
Inbripolinque datum ſic funditus adnichilatum.
Undique predatum uirtutibus exhabitatum.
Audiit heinricus ſcelus hoc uirtutis amicus.
Ceſar fundator babenberchque boni reparator.
Cuncta reſtaurari rex iuſſerat et renouari.
Illa reſtaurantur ſibi nec ſua predia dantur.
Qui conprehenderunt prius omnia poſthabuerunt.
Uix clauſtro parui pars ultima redditur arui
Quę ſi reddentur grandeſ ſatis eſſe uidentur.
Paruula redduntur a preſule magna premuntur.
Pontificiſ dextra loca diripit intus et extra.
Diuicias multaſ ſilueſtres et bene cultas.
Eſt mea lingua potis vix nomina dicere dotiſ.

Daz ſint dez Gotzhaus Recht ze Mænnſe, di in Abt Diethard behabt mit den beſten vnd den eltſten, di in dem Land waren, da auch di wægſten vnd di beſten vmbſetzen bei waren, di daz Gotzhaus ze mænnſe hat vmb ſich. Daz waz her Chvnrat von Wartenuels, her Ekhart von Tann vnd ſein Sun der Rorær, her Chuno von Teiſing, her f. von Chamer, her hainrich von padmſwand, Chvnrat der Citzman von Aterzê, H. der viſchmaiſter, Gebhart von veldbach, Chvnrat der Richter von Vttendorf, Marquart von Haunſberch, Chvnrat der prennær, Alex, Rudolf von Wiſbach, H. von Talgaẃ, Chvnrat Glang, Rûther vor dem tôr, Chvnrat der hûrnbekh, vnd ander frum Lævt.

Daz erſt iſt, daz der Abt wan ainen Schergen ſetzen ſol vber di Graſchaft, Als oft in der vogt vercheret, als oft ſol iem der

Abt ainen andern geben . dhainer ſol mer ſein in der Grafſchaft wan der ain, der ſol genomen werden nach der hauzgenozzen rat.

Daz ander iſt, daz man nindert in der Grafſchaft ſchenchen ſol wan ze Mænnſe in dem Marcht, ez erlaub dann der Abt mit dez Richters oder dez vogtz rat in der Oberwang, daz ſol auch dem Lande ſein an ſchaden.

Daz dritt iſt, daz der vogt dhain wandel haben oder nemen ſol von den taiding, daz der Abt ze recht ze taiding hat, iem můſt der vogt dann ettlichen bedwingen, ſo ſol er den dritten pfenninch nemen.

Daz vierd iſt, daz der vogt oder der Richter gegen dhainem manne ſelb ſprechen ſol, wan vmb den totflag, vmb notnuft vnd umb dief, noch ſol nicht auf ſtên.

Daz fünft iſt, daz man dhainen geſezzen man ſol banten oder vahen, er werd ê ze recht geuodert, vnd ſwaz darnach ertailet wiert, daz geſchech darnach. auz dem gricht ſol man dhainen Havzgenoz fvren. der vogt ſol auch anderſwa nicht richten, wan auf der rechten Hofmarich.

Daz ſechſt iſt, daz der vogt ſich dez Leichnams, alſ er mit gvrtel vmbvangen iſt, vnderwinden ſol, ob ez ieman alſo verdienet, vnd ſol mit dem gůt nicht ze ſchaffen haben.

Daz ſibent iſt, daz alles fůter ſammen vnd alle nachtfelde verboten ſind.

Daz acht iſt, daz der vogthaber ſol enpfangen werden in dem maz, vnd daz Gotzhaus ſeinen dienſt nimpt, vnd ſwa der dienſt abget, da ſol der vogthaber abgen . man ſol in enphahen an der dinchbanch ze mænnſe vnd ſol daz tůn der Scherig oder dez Gotzhaus mezzær.

Daz nivnt iſt, daz allev vberwett abgelegt ſind.

Daz zehent iſt, daz dhain vrômder chæuffel nicht chauffen noch verchauffen ſol, wan auf dem panmarcht ze mænnſe.

Daz aindleuft iſt, daz der chauf ſol geſatzet werden nach dez Abtz vnd dez vogtz rat.

Daz zwelft iſt, daz der ſund vnd der geiaid daz Gotzhaus angehôret, wan ez damit gefürftet iſt in den wazzern vnd in den wælden an aller ſtat.

Daz dreizehent iſt, ſwer auz dez Gotzhaus gewalt cheret, den ſol wan der Abt darvmb bůzzen.

Daz vierzehent iſt, ſwa der Apt Chnecht oder amptlæut hat, da ſol der Abt wan hin richten, ez ſei dann vmb drei Sach, notnuft, der todſlag oder dief. ſev ſullen auch dhain Vogtſtiwer noch viſcher noch viſchäuffel.

Daz fümfzehent iſt, daz der vogt dhain Richter geben oder ſetzen ſol an dez Abtes willen.

Daz iſt geſchehen vor herrn Ludwigen dem alten Granſe, der do herre vnd vogt vnd auch rechter Richter dez Landes ze Mænnſe waz.

Codex Traditionum

Monasterii Garstensis

Ordinis S. Benedicti.



Digitized by Google

Pergament-Codex in Quart aus 59 Blättern bestehend. Er enthält im Ganzen 237 einzelne Aufschreibungen. Die ersten 49 Blätter mit 205 Traditionen sind sämmtlich von einer Hand, und zwar den Schriftzügen nach zu schliessen gegen Ende des XII. Jahrhunderts geschrieben. Die Aufschreibungen Nr. 206 bis 223 und 223 bis 237 rühren von zwei verschiedenen Händen aus dem XIII. Jahrhunderte her. Der Codex wird gegenwärtig zu Garsten aufbewahrt.

Codex Traditionum
Monasterii Garstensis.

I.

Reuerentiſſimo patri et domno A. ſanctę Romanę eccleſię ſummo pontifici. A. dei et ſui gratia ſalzburgenſis eccleſię humiliſ miniſter deuotam obedientiam et reuerentiam in oratione et prompto ſeruitio. Priuilegia uenerabilium epiſcoporum patauienſiſ eccleſię et abbatum garſtenſiſ monaſterii legitima et iuſta pro concambio parrochię, in qua ipſius monaſterii facta eſt inſtitutio et traditio, per *marchionem ſyrenſem aduocatum eiuſdem loci Otaker* et per *epiſcopum patauienſem vdalricum* inſtrumentum quoque pro conmutatione decimarum cuiusdam eccleſię auelenze ſtabili tenore et perpetuo iure priuilegiorum munitum uidimus et hęc ipſa priuilegia ſubter annotata ueſtrę auctoritatiſ muniné (sic) et corroboratione rata habenda et confirmanda preſenti ſcripto ſanctitatem ueſtram deuote rogamuſ iuxta petitionem uenerabiliſ fratriſ noſtri C. eiuſdem monaſterii abbatis, quę litteriſ et petitionibus ipſius pro renouatione eorundem priuilegiorum et confirmatione plenius inſinuabit uobiſ.

Kurz. Beiträge II. 513. Nr. 34.

II.

Reuerentiſſimo patri et domino A. ſanctę Romanę eccleſię ſummo pontifici. C. dei et ſui gratia moguntinę eccleſię humiliſ miniſter et apoſtolicę ſediſ legatus deuotiſſimum obedientię et orationiſ obſequium. Dignum et neceſſarium eſt et omnibus eccleſiiſ uniuerſaliter appetendum, ut unaquęque eccleſia uel perſona

auctoritatiſ ueſtrę munimine pro conſeruando ſuo iure ſpeciali priuilegio ſanctę Romanę ęcclefię ſemper gaudeat, per quod debita religioſorum locis ſeu perſoniſ illibata potiſſimum iura conſiſtant. Hinc eſt, quod venerabilium epiſcoporum patauienſiſ ęcclefię et abbatum garſtenſiſ monaſterii priuilegia legitima et iuſta pro concambio parrochię, ubi funduſ eſt eiuſdem monaſterii inter marchionem ſtyrenſem fundatorem et aduocatum eiuſdem loci et epiſcopos patauienſeſ inſuper et pro diſtinctione terminorum ſeu conmutatione decimarum alteriuſ ęcclefię auclenzi, inter ſe ſtabili tenore diffinita et iure perpetuo priuilegiorum munita uidimus et paternitati ueſtrę litteriſ noſtriſ in id ipſum ueraciter inſinuamvs. Quapropter clementiam ueſtram, quantum audemus, obnixe rogamus, ut hęc ipſa ſupra dicta iura et inſtituta ſecundum tenorem priuilegiorum ſuorum, que propter uitandum periculum, ne forte perirent in uia, domi retenta ſunt, canonica ſanctione confirmetis et rata habenda omnibus fidelibus diſtincte precipiatiſ et idcirco non minuſ admittendam fidem et ueritatem reſcripti noueritiſ, quod ſubter notari decreuimus.

Kurz. loc. cit. II. 514. Nr. 35.

III.

Domno et patri in chriſto kariſſimo A. ſanctę Romanę ęcclefię et apoſtolicę ſediſ ſummo et uniuerſali pontifici. O. marchio ſtyrenſiſ perfecte fidelitatis omnimodum ſeruicium. Quum ſanctitatis ueſtre excellentiam et honoriſ ſublimitatem pater et domine ſemper augeri anhelamus et amplificari deſideramus ueſtigia pro poſſe ſequenteſ parentum noſtrorum, qui pro conſeruando iure et honore ueſtro et beati Petri actenus indefeſſo ſtudio decertauerunt et laudabili inſtantia teſte deo in id ipſum promouendum interriti perſeueraauerunt, eo confidentius pietatiſ ueſtre ianuam aperiri nobis pulſamus et donari nobis, que donanda sunt uel petenda, non dubitamus. Credimus enim non latere ſanctitatem ueſtram omnes progenitoreſ noſtros non ſolum chriſtianiſſimos fore, uerum etiam circa ęcclefiaſtica iura diligentiſſimos exſtitiſſe, unde ex inſpiratione diuina de reditibus ſuis diuerſis in locis diuerſa cęnobia conſtruxere. Et quum quędam illorum tuicione ueſtrę munificentię ſeu deceſſorum ueſtrorum priuilegiis nondum conſtat

eſſe munita, rogamus attentius paternitatem ueſtram, quę paratiſſima gratiſ cunctis occurrit, ex pietatiſ habundantia, quatenus ſpeciali quodam monaſterio noſtro ſcilicet *Garſtenſi* manum benigne apponere curetis et predia ſeu priuilegia, que a nobis et parentibus noſtris prefato monaſterio donata sunt et collata, auctoritate ueſtra priuilegio (sic) roboretis et confirmetis. Hinc etiam paternitatis ueſtrę diſcretionem ſcire optamus, parenteſ noſtros conquiſiſſe ab epiſcopatu patauienſi a ſexaginta fere annis eccleſiam baptiſmalem cum omnibus ad ipſam pertinentibus, in cuius etiam area predictum cenobium conſtructum et fundatum tenemus, ſcilicet pro alterius eccleſię baptiſmalis concambio legali et perpetuali, horum ſcripta et epiſcoporum priuilegia apud nos tenemus et ſubter notare uoluimus et, ut per uoſ roborentur et confirmentur, obnixiuſ oramuſ.

Fröhlich. Diplom. garst. 47. Nr. 12.

IV.

A. dei gratia ſanctę Romanę eccleſię et apoſtolicę ſediſ ſummo pontifici. C. eadem gratia abbaſ garſtenſis cum deuota oratione debitum obedientię. Cum tenore iuſticię et auctoritate iuſtę defenſioniſ cenſura apoſtolicę ſediſ omnibus chriſti eccleſiiſ optatę quietiſ ac paciſ munimen ſit et ſubſidium, eccleſiam noſtram cum iure ſuo et omnibus, quę poſſidet, ſub eadem ſecuritate apoſtolicę paciſ degere cupienteſ ad ipſam ueram matrem omnium, quia per noſtri exhibitionem ad preſenſ non potuimuſ, per litteraſ et internuncium confugimus. Inde eſt reuerende pater, quod ſanctitatem ueſtram deuote interpellamus pro quibusdam concambiiſ, quę inter marchionem ſtyrenſem et epiſcopos patauienſeſ iam dudum legitime rationabiliter celebrata ſunt, ſcilicet eccleſiam pro eccleſia, decimaſ pro decimis, cum omni iure ſacerdotali, in qua parrochia poſtmodum clauſtrum noſtrum, cui deo auctore nunc preſidemus, conſtructum eſt et hec utrinque priuilegiiſ bullata et firmiter conſignata corroborata ſunt, ſicut reſcripta ipſorum ſanctitati ueſtrę pleniuſ oſtendunt. Que priuilegia dominis archiepiſcopis mogontino et ſalzburgenſi legenda obtulimus, ſet cum plurimum ipſiſ placuiſſent propter cautelam apud noſ retenta, reſcripta ipſorum ſanctitati ueſtrę trauſmiſimus cum

inſuper eadem reſcripta predicti archiepiſcopi bullis ſuis impreſſa et ſignata almitati ueſtrę tranſmiſerint. Supplicef igitur et humilef paternitatem ueſtram rogamus, ut iuſſu ueſtro in unum corpus more romano redigantur et pro obtinenda in poſterum ſecuritatiſ pace apoſtolica ſanctione et ſigilli ueſtri impreſſione roborentur. Set quia audiuimus ad preſenſ cancellarium uoſ non habere, per quem negocium noſtrum pro uoto noſtro terminetur, ſanctitati ueſtrę et diſcretioni ſimulque gratię noſ conmittimus, quo petitio noſtra, quia iuſta eſt, apud clementiam ueſtram ualeat et ad effectum ueſtra uigilantia pater beatiſſime cituiſ procedat. Vale.

Kurz. Beiträge II. 516. Nr. 36.

V.

In nomine ſanctę et indiuiduę trinitatiſ patriſ et filii et ſpiritus ſancti. Notificamus, quia ego Vdalricuſ dignatione dei patauienſis epiſcopus cum conſilio fratrum et aliorum fidelium noſtrorum confirmamus concambium, quod factum eſt ſub temporibus felicis memorie *Altmanni* deceſſoris noſtri inter marchionem *Otachar* et iam dictum epiſcopum. Hoc eſt autem concambium. Idem marchio tradidit in manu epiſcopi A. et aduocati eius *Ödalrici* predium unum ad *beheimberch* et aream, ubi eccleſia conſtituta eſt, et remiſit epiſcopo A. decimacionem contiguarum uillarum eo tenore, ut eccleſia *carſtina* perpetuo iure obtineret conceſſu epiſcopi et ſucceſſorum eius, ſcilicet omnia que interiacent inter *rubinicha* inferius urbem manantem et *rubiniccha* ſuperiorem et infra fluuium *anefum* et fluuium *ſtyram* uſque *rottinbach* et ultra *ſtyram* dotem illam et molendinum cum iure ſuo et curtim illam, ubi *rubiniccha* labitur in *anefum* cum omni decimatione et toto iure ſacerdotali. Et ut hęc deceſſoris noſtri conſtitutio firma, illibata incouuulſaque perpetuo perſiſtat et ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum infringere ualeat, priuilegio noſtro bulla noſtra impreſſa ſicut ipſe corroborauimus. Huic etiam concambio, quod fecit epiſcopus A. intererant prepoſiti eccleſiarum, ſcilicet *Hartmannus* prepoſitus tituli s. floriani, *Eingilbertus* prepoſitus tituli s. ypoliti. Archipreſbiteri *Arnoldus, Eberhardus.* Decani *Iſanbertus, Ödalricus, Megingotus, Rûdolfus.* Capellani *Hartwicus, Ödal-*

Eingilbertus mattecenſis. De ſeruientibus uero interfuerunt *Hartwicus de chrenzingan, Kerolt de mattſe, Adelhalm, Marchwart, Reginhart.* Iuſuper intererant de militibus ipſius marchionis *Waltchŏn, Cholo, Ŏdalricus, Arbo, Hartnit, Arnhalm, Otto.* De familiaribus autem *Adelram, Durinch, Erchenger, Babo, Durinch, Adelbero, Berhtolt, Richero, Volcholt, Durinch, Iſangrin, Gerunc, Reginhalm, Otto.*

Fröhlich. Diplom. garst. 20. Nr. 2. Kurz. Beiträge II. 475. Nr. 4.

VI.

In nomine ſanctę et indiuidue trinitatiſ. *Reginbertus* dei gratia patauienſiſ ęccleſię epiſcopus. Notificamus omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futurif, quod ego *Reginbertvs* humiliſ et indignvs ſancte patauienſiſ eccleſie epiſcopus rogatu uenerabiliſ abbatiſ et deo dignum (sic) *Perhtoldi de Garſte* eccleſiam *auelenze* conſecraui et eam cauſa dei et inſtanti neceſſitate et peticione populi quadam ſpeciali libertate exaltaui ſcilicet, ut perpetuum paſtorem habeat et nulli eccleſie ut filia ſubſeruiat, ſed mater dignitate et poteſtate dicatur et, ut hoc idem operibus conpleatur, inſcriptione preſentiſ pagine confirmatur. Terminos autem huius eccleſie eſſe uolumus et ſtatuimus a fluuio *Rŏbinich* uſque ad curſum *Frŏdenize* alterius fluminiſ et uſque ad principium *auelenze* iuxta portam. Qualiter autem fundum predicte eccleſie et circunquaque adiacentia predia culta et inculta domna *Stirenſiſ Marchioniſſa Sophia* a principiiſ fluminum *auelenze* diſcurrentium pro ſalute anime bone memorie ſponſi ſui glorioſiſſimi *Marchionif Liutpoldi* tradiderit ſancte eccleſię de *garſten* et fratribus ibibem deo ſeruientibus eccleſia chriſti non ignorat. Dedicata eſt autem hec ęccleſia anno ab incarnatione domini Milleſimo. C.XL. indictione III. Nona (sic) kalendas Novembris. Datum eodem die.

Kurz. Beiträge. II. 402. Nr. 24.

VII.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ Cŭnraduſ dei gratia patauienſiſ ęccleſię epiſcopus. Notificamus omnibus uere fidei cul-

toribus tam prefentibus quam futuris concambium, quod factum eſt inter nos et uenerabilem abbatem *Sigehardum Garſtenſem* fratresque ibidem deo ſeruientes, quod hoc modo perpetratum eſt. Ibidem namque fratres tradiderunt nobis per manus aduocati ſui *Otachardi* ſcilicet *marchionis de ſtyra* treſ ſtabularias curteſ, unam apud *timenbrunnen* cum mancipiiſ et omnibus, ſicut tunc poſſeſſa erat, ibidemque molendinum cum iure ſuo, alteram apud *hartheim*, terciam apud *böche* et in eodem loco manſum unum, alterum uero apud *emilingen* eo tenore, ut decimaſ, que pertinent ad barrochiam *abilenze* eis iure concambii traderemus. Nos itaque hoc iuſtum legitimumque concambium eſſe perpendentes pari deliberatione mutuas commutationeſ fecimus prediaque ſupradicta nos et eccleſia, cui deo auctore prefidemus, per manus *adelberti de berge* ſuſcepimus eisque decimas prefate ecclefię donauimus eoſdemque terminos a preceſſóre (ſic) noſtro pie memorie *Reginberto* ſtatutos confirmauimus, uidelicet a fluuio *rubiniccha* uſque ad curſum *frûdenize* alterius fluminis et uſque ad principium *abilenze* iuxta portam decernentes et ſtatuentes, ut decimaſ his terminiſ incluſas cum omni iure ſacerdotali prefatus abbas eiusque ſucceſſoreſ a nobis et a noſtris ſucceſſoribus perpetua et ſtabili poſſeſſione obtineant. Vt autem pagina huius mutuę conmutationis noſtre inconuulſa et illibata permaneat, ſigilli noſtri impreſſione eam inſigniri iuſſimus idoneosque teſtes ſubter notari fecimus, Quorum nomina hęc ſunt, *Chadelhoch patavienſis prepoſitus*, *Ŏdalricus archipreſbiter*, *Adelgoz decanus*, *Otacher marchio de ſtyra*, *Adelbertus de berge*, *Cholo de waſſenberc*, *Golfcalg de hunifberg*, *Walchun de clamme*, *Babo de ameringin*, *Hartnit de ortte*.

Fröhlich. Diplom. garst. 41. Nr. 9.

VIII.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſenſ etaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter domnuſ *Cônraduſ de Ratgoz* de poſſeſſionibus regia auctoritate parentibus ſuiſ collatiſ tradidit magnam partem ſiluę ad altare ſanctę Marię cenobio garſtenſi fratribus deo hic et eidem dominicę matri ſeruientibuſ, Quę traditio cum manu uxoriſ ſuę et *filii ſui Cônradi* patrata eſt

in prefentia multorum in manu Hugonif. Huius traditionif acciti teftef funt idonei, quorum uocabula hic continentur. *Eggihart, Coffo, Timo* liberi. De familiaribus fuif: *Almar, Eberhart, Otto, Luduwic* cum aliif.

Quam traditionem poftea *Otto* de manu *Hugonif* neceffitate cogente fufceptam follempni traditione celebrauit. Set et huius traditionif hi funt teftef: *Otachar marchio, Fridericvs filius friderici palatini, Walter, Marchart, Reinhart, Adalram, Erchinger, Rôdolf, Hartnith, Arnhalm, Bruno, Helmhart, Herrant, Richer.*

Kurz. loc. cit. 510. Nr. 32.

IX.

Notificamus cunctif ecclefię filiif, qualiter quidam nobilis uir nomine *Cônradus filius Cônradi de Ratgiz* cum manu uxorif fuę *Hiltigardif* quandam filuam fuper altare fanctę Marię potenti manu tradiderit. In hac autem filua territorium conftitutum eft, quod triginta manfionibus et uillicatione una confiftit. Huius traditionif teftef funt: *Eberhardvs, Merboto, Arnolduf, Ôdalricvs, Trôhtlieb, Adelbero, Megingoz, Rôdigervs* et alter *Megingoz, Riwinuf.*

Kurz. loc. cit. 511. Nr. 32.

X.

In nomine fanctę et indiuiduę trinitatis *Otacher marchio Bertholdo abbati in garften* omnibusque eius succefforibus in perpetuum. Pater meus *Otacher ſyrenſis* pia in deum ductus uoluntate jn fundo fuo *Garften* clericof quofdam religiofof continuit et benigne fouit, predia etiam quedam illif contulit, quibus primus *ebirhardus* prefuit, qui et canonicam (uitam) ibidem inftituit. Nof igitur in religione patrjffare cupientef epifcopif pathanienfif ecclefie uoto noftro concurrentibus ex clericif canonjcif monachof regularef ibidem conmutaujmus cuncta, que a patre meo illi ecclefie donata fuerant donantef et confirmantef jnfuper et alia quedam fuper addendo tradentef. Primo fcilicet dominicale illud, quo primum dotata eft ipfa ecclefia, ubi modo fundatum conftat monafterium. Fecimus etiam concambium cum ecclefia

pathauienſi ſub *altmanno* eius ſediſ pontifice, quod item *Garſtenſi* eccleſie donatum confirmaujmus. Tradidimus enim in manu (ſic) prefati epiſcopi et aduocati eius *vdalrici* predium unum ad *beheimberc* et aream, ubi conſtituta eſt eccleſia, et remjſimus epiſcopo decimationem contiguarum ujllarum eo tenore, ut eccleſia noſtra *Garſtina* perpetuo jure obtineret conceſſu epiſcopi et ſucceſsorum eius omnia, que interjacent inter *Rubinicham* inferius urbem manantem et *Rubinicham* ſuperiorem et infra fluuium *anefum* et fluujum *ſtyram* uſque *rottinbach* et ultra *ſtyram* dotem illam et molendinum cum iure ſuo et curtem illam, ubi *Rubinicha* labitur in *anefum* cum omni decimatione et toto jure ſacerdotali, ſicut et priuilegium Garſtenſi eccleſie ab epiſcopo pathauienſi *vdalrico* contraditum teſtatur. Confirmamus etiam eidem eccleſie ac in proprietatem contradimus ſecundam dotem tranſ *anefum* cum ſilua contigua, que *danberc* dicitur, jn paſcuam animalium et ceſionem lignorum ac omnimodam utilitatem ſola uenatione ferarum excepta. Sic enim et pie memorie pater meus *Otacher* Marchio, qui *Rome* defunctus dormit, nunciiſ *Wolfgango* et *Erchingero* mediantibus ipſi eccleſie tradidit et quicquid cultum ſiue incultum inter fluuiolof *danbach* et *fruznich* ſitum eſt. Beneficium *arnhelmi* inter *Rubinich* et *fruznich* pro conmutatione decimarum cum aliiſ alibi ſitiſ tradidimus. Poſſeſſionem etiam ſitam, que *jagirnberge* dicitur. Inter flumina uero *anefum* et *ſtyriam* hec ſunt, que tradidimus ſcilicet *cellam,* que terminatur in Rjuulo *Sabiniche,* ubi ille Riuum facit in anefum per *leichperge* uſque ad ujam, que a *cella* iter prebet *aſchâ,* omnia interjacentia ad officinaſ fratrum pertinent et beneficium *ljutoldi,* quod *ljutoldus* et eius conuicanei poſſident. Ad *hufmannin* duoſ manſuſ et quod *ŏthwin* cum ſclauonibus poſſidet. Dotem illam ad *aſcha,* qua dotata eſt eccleſia ſancti *Martini.* Aliam pertinentem ad tytulum ſancti viti *Dernberc.* Ad *ſvammarin* dimidium manſum antiquitus a parentibus noſtriſ traditum. In ualle autem *aneſi* ad *Scalchinberge* beneficium *woluoldi.* Item beneficium *Meginhardi* et *Slateheim* et *Strechowe.* Aliud predium ad *ſteinnarin* juxta *Michilindorf* et unum manſum, benefica *ŏthfridi.* Ad *hufrugkun* loco, qui dicitur *Ritte,* (v. *Rute*) predium pro decimiſ *cherbach* dandis tradidimus, cujus partem cum ujnea gratia meliorandi atque conmodius ponendi fratres

uendiderunt. Ad *hartperge* quinque uineaſ. Juxta *lauriacum* predium. Ad *cidilheim* predium, Non longe inferius iuxta *trunam* fluujum dominicale unum, Item ad *aſcaha* predium, quod *Rûdolfus* poſſidet et ujneaſ, que in oriente ſite sunt quinque ad *wachow*, Treſ ad *willihalmeſburc*, Quatuor ad *Mûtinſdorf*, ad *willehalmeſburch* loco, qui *crebizbac* dicitur, duodecim manſuſ cum XXX. mancipiiſ pro decimationibus dedimus, quod erat beneficium cuiusdam *Etjchif*, cuius filium uocabulo piligrimum rogatu propinquorum in ipſo monaſterio educandum tradidimus. Et quia ipſum locum noſtrum augeri et proficere deſideramus, tum pro ſalute noſtra tum pro requie parentum noſtrorum eterna tum etiam pro uita ſucceſſorum noſtrorum et gloria Omnibus miniſterialibus et hominibus noſtriſ licentiam plenariam concedimus predia ſua uel beneficia ad ipſum monaſterium contradendi ſeu conuerſioniſ gratiam inibi expetendi. Et ut hec omnia per manus meaſ et filii mei *liupoldi* ſollempniter celebrata rata permaneant et inconuulſa, tam inpreſſione ſigilli noſtri quam et ſub introductione teſtium idoneorum per aurem adtractorum cenſuimus roboranda. Hii ſunt autem teſteſ: *Meginharduſ* et frater eiuſ *Fridericus*, *Walter*, *Adelbero*, *Walchûn filiuſ Rûtperti*, *Heinricus filiuſ Meginhaldi*, *Gotſcalch*, *Marchwart* et frater eiuſ *Meginharduſ*, *Bruno* et frater eius *Rûdolfus*, *Adelbero*, *Raffolt*, *Habrant*, *Otacher*, *Rûdolf*, *Erchinger*, *Gerunch*, *Reginher*, *Lantfrit*, *Engilſcalch*.

Confer Fröhlich. Diplom. garst. 23. N. 3. — Kurz. loc. cit. 498. N. 27. — Caesar. Annal. Stir. I. 740. 748. N. 4 und 10.

XI.

Item hec ſunt predia, que miniſterialeſ marchioniſ tradiderunt. Ad *tuncingin* manſum unum, quem domnuſ *Berhtolduſ* tradidit. Predium, quod *Wazaman* ſepulchrum domini reuiſuruſ tradidit. Dominicale, quod quidam *wecil* tradidit. Aliud etiam, quod *Adelrammus* dedit. Item, quod dominuſ *Hartwicus de rutthe* tradidit. Ad *nuzbach* poſſeſſio, quam fratreſ date precio conparauerunt. Manſum unum, quem dominuſ *herrant* dedit. Aliuſ funduſ *Heglinheim* dictuſ, quem *Reginbolt* dedit. Ad *roh* predium, quod dominuſ *fridericus de huneſperge*

tradidit. Ad *bôchi* predium, quod *Billunc* et *Adelheit* tradiderunt. Item *fibinbach* dominicale unum pene cum totidem uineiſ, quę utraque conparata ſunt de precio catenulę, quam marchioniſſa in extremiſ ſuiſ ob remedium animę ſuę dari conſtituit. Ad *haſinuriuar* predium, quod frater *etich* hic conuerſatuſ dedit. Item in inferiori loco eiuſdem ripę prediolum, quod dominuſ *dietmaruſ* dedit. Ad *ſtadile* quod *herrant* dedit. Ad *nezilbach* predium, quod matrona quędam uocabulo *helena* dedit pro filio ſuo *warmundo* nobiſcum degente. Ad *cidilheim* predium, quod *marchio* dedit, quo loco etiam domnuſ *Bruno* partem ſiluę ob remedium animę uxoriſ ſuę dedit. Non longe inferius iuxta *trunam* fluuium dominicale unum, quod *marchio* dedit. Ad *wagrein* predium, quod quędam *Gêterat* pro remedio animę ſuę dedit. Ad *parſcalchin* manſum, quem domnuſ *Adelrammus* tradidit. Ad *enggizinſtetin* XII. manſuſ, quoſ quędam matrona uocabulo *Berhta* cum mancipiiſ ad eccleſiam ſancti Johanniſ baptiſte tradenſ omnia ſimul huc ad altare ſancte Marie delegauit. Item ad *wagrein* iuxta *herlah* predium, quod quędam relicta *vôdalrici Chunigunt* uocabulo ob remedium animę eiuſdem mariti ſui tradidit. Predium ad *willehalmiſburc* ſitum, cuius ſunt treſ manſuſ, qui pro *reginhero* ſupra dicti pueri fratruele traditi ſunt cum quinque mancipiiſ. Item predium *lanzingrabin*, quod fratreſ erga *iakkin* et cuivsdam *Gunzilini* filioſ conparauerunt, cuius predii partem iam dictus pater eorum pro remedio animę ſuę tradidit addenſ hanc condicionem preſentibus *Reginhero* et *Arbone*, ut ſi hidem filii ſuam portionem excolendi copiam non poſſiderent, alias uendendi niſi huc pro nominata pecunię quantitate poteſtatem non haberent. Quot ita factum eſt. Ad *fuazinberge* predium, quod etiam fratres conparauerunt. Ad *burchmanniſdorf* iuxta *ſanctum ypolitum* ſitum, quod pro conmutatione predii *ſcorfindorf*, (in margine: Soſſendorf) quod *Erchengeruſ* dedit, addito precio fratreſ conparauerunt. Item dimidium manſum, quem *Regiher* frater prepoſiti *heinrici* huc-dandum proprietatiſ iure deſtinauit.

XII.

In nomine ſanctę et indiuiduę trinitatis. *Otacher marchio ſtyrenſiſ* dilectiſ fratribus *Garſten* (ſic) ſalutem imperpetuum.

Mater mea *Sophya marchioniſſa* ſoli deo placere deſideranſ cum manu et conſenſu noſtro tradidit poteſtatiua manu ad altare ſancte Marie *Garſten* predium *Abelenzi* dictum omnia uidelicet circa riuuloſ in ablenzi manantef et a uertice *valchenſteine* uſque in *anefim* ob remedium animarum ſcilicet mariti ſui patrif mei *Luipoldi marchionif*, cuiuſ ſponſali dotatione in eiuſ iuſ uenerat, pro abſolutione etiam utrorumque parentum et debitorum ſuorum *Henrici ducif* et *Ottonif de navn* et omnium fidelium queſita et inquirenda quantumcunque per ſingulaſ conuallef uel augiaſ exſtyrpando et excolendo ad ueſtram utilitatem dilatare potueritif exceptif duobus colonif ſuo iure diſpoſitif et uenationibus per montana, que excoli non poſſunt, et fluuio aneſi paſcuif et aliif conmodif per omnia uobif in proprium iuſ conceſſif. Et ne aliquam penuriam in alendif gregibus ueſtris ſuſtineatif, largum uobis locum paſcue de *merchenualle* uſque ad *pfaffenſteine*, ſicut mater mea conceſſit, et noſ concedimus. Lignorum uero ceſionem ad ędificia ſeu cetera neceſſaria, quocunque utilitas monaſterii deferri popoſcerit, abſque omni contradictione per totum foreſtum uobif iudulſimus. Et ne aliqua controuerſio (ſic)poſterif inde ueniat, ſet ut traditio hęc inconuulſa perpetuo maneat, ſigilli noſtri impreſſione illam roborauimus, inſuper et hi teſtef idonei per aurem ſunt attracti. *Walter de traiſim, Starcfrit, Friderich de huneſperc, Henrich prif, Beringer capelle, Rȏdolf Pȃzinberc, Swiger.* Hi omneſ liberi ſunt. *Marquart* filius reğ (sic), *Dietmar, Reginher* fratreſ eiuſ, *Marquart* filius *etich, Erchinger* uenator, *Arnhalm* filius prunſeñ, *Prun* filius *rȏdolfi talarn, Rȏdolf, Dietpolt* frater eius, *Friderich puhelarin, Hiltuwat, Marquart povſinwanc, Ozi, Ortholf ſtainbach, Goteſcalch, Otacher Slierbach, Rȏdger, Harnit, Sigehart, Erchinger* prepoſitus, *Dietmar* filius eiuſ, *Werigant.* Inueſtitor *Starchfrit.* Hoc autem in calce ſuperaddimuſ, ut cuncta, quę auuf meuſ *Otacher marchio* in prediif miniſterialium noſtrorum recipiendiſ in paſcuis, in lignorum ceſionibus, prediif ſeu noualibus, ſiue ceteriſ conmodis uobis conceſſit, preſenti freti priuilegio libere poſſideatif nec ullam in hiſ contradictionem recipiatif ſaluti utique noſtrę parentum et ſucceſſorum noſtrorum per hanc traditionem prouidenteſ. Amen.

Kurz. loc. cit. 493. N. 25.

XIII.

Alexander epiſcopus, ſeruuſ ſeruorum dei dilectis filiiſ *Cůnrado* abbati Garſten monaſterii eiuſque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis In perpetuum. Deſiderium quod ad religionis propoſitum et animarum ſalutem noſcitur pertinere, animo nos decet libenti concedere et petentium deſideriis congruum impertirj ſuffragium. Ea propter dilecti in domino filij ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus et preſatum monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis scripti priuilegio communimus Statuentes, ut, quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte et canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma uobis ueſtrisque ſucceſſoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis, Predium uidelicet ad *beheimberch* tradidit *Marchio Otacher de stira* in manus *Altmanni epiſcopi Patauienſis* et aream, ubi conſtituta eſt eccleſia, pro parrochia *Garſten*, in qua monaſterium fundatum eſt, et pro omnibus, que ſunt in hoc termino ſiue appenditiis ſcilicet omnia, que interiacent inter *Rubinich* inferius vrbem Manantem et *Rubinich* ſuperiorem et infra fluuium *anaeſum* et fluuium *Stiram* uſque in *Rotenbach* et ultra *Stiram* dotem illam et Molendinum cum iure ſuo et Curtim illam, ubi *Rubinich* labitur in *Aneſum* cum decimatione et toto iure ſacerdotali cum libera inueſtitura, Parrochiam *Auelenz* cum omni decima et dote ſua, cuius termini ſunt a fluuio *Rubinich* uſque ad curſum *frůdenize* alterius fluminis et uſque ad principium *Auelenz* uſque ad portam cum omni parrochiale iure. Siluam a *Chunrado nobilj uiro de Ratkoz* traditam monaſterio. In hac autem Silua territorium conſtitutum eſt, quod triginta manſionibus et uillicatione una conſiſtit. Ea uero, que ab eis epiſcopis uel ab aliis uobis rationabiliter ſunt indulta, ſicut hactenus obſeruata, ita et amodo precipimus inuiolabiliter obſeruarj. Sepulturam quoque loci illius liberam eſſe concedimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntatj, qui ſe illic ſepeliri

deliberauerint, niſi forte excommunicati ſint uel interdicti, nullus obſiſtat ſalua tamen iuſtitia parrochialium eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Criſma uero, oleum sanctum, conſecrationes altarium ſiue baſilicarum, ordinationes etiam monachorum, qui ad ſacros ordines promouendi ſunt, a dioceſano ſuſcipietis epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit eaque gratis et ſine prauitate uoluerit exhibere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clauſis ianuis excluſis excommunicatis et interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare. Liceat quoque uobis clericos uel laicos e ſeculo fugientes liberos et abſolutos ad conuerſionem recipere et eos ſine contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem aliqua leuitate ſine Abbatis ſui licentia fas ſit de clauſtro diſcedere. Diſcedentem uero abſque communium litterarum cautione audeat retinere, niſi obtentu artioris (ſic) religionis. Sane noualium ueſtrorum, que propriis manibus uel ſumptibus colitis ſiue de nutrimentis animalium ueſtrorum nullus a uobis decimas preſumat exigere. Obeunte uero te nunc eiuſdem loci Abbate uel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu uiolentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu uel fratrum pars ſanioris conſilij ſecundum dei timorem et beati Benedicti regulam preuiderint eligendum. Decernimus ergo, ut nullj omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre uel ablatas retinere, minuere aut aliquibus uexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentacione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura ſalua ſedis apoſtolice auctoritate et dioceſani epiſcopi canonica iuſtitia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit, ſecundo tercioue commonita, ſi non ſatiſfactione congrua emendauerit, poteſtatis honorisque ſuj dignitate careat reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine dei et dominj redemptoris noſtri ieſu chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri ieſu

chriſti, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen, Amen, Amen.

Ego *Alexander* catholice eccleſie epiſcopus S. S.

Ego *Hvbaldus Hoſtienſis* Epiſcopus S. S.

† Ego *Johannes* Presbyter Cardinalis Sanctorum Johannis et Pauli tituli Pomachij S. S.

† Ego *Johannes* presbyter Cardinalis tituli Sancti Marci S. S.

† Ego *Petrus* presbyter Cardinalis tituli ſancte ſuſane S. S.

† Ego *Cinthyuſ* presbyter cardinalis tituli ſancte cecilie S. S.

† Ego *Jacinthus* diaconus Cardinalis ſancte Marie in coſmidyn (?) S. S.

† Ego *Ardicio* sancti theodori diaconus card. S. S.

† Ego *Rainerius* diaconus Cardinalis sancti georgij ad uelum aureum S. S.

† Ego *Rainerius* diaconus cardinalis sancti Adriani S. S.

Datum *Lateranis* per manum *Alberti* ſancte Romane eccleſie preſbyteri Cardinalis et Cancellarij Nonis Aprilis Indictione XII. Incarnationis dominice M. C. LXXVIIII. Pontificatus uero domini *Alexandri* pape III. Anno XX.

Fröhlich. Diplom. Garst. 51. Nr. 14.

XIV.

Nouerit omniſ ſecutura poſteritas, quod ego *Liupolduſ dei gratia dux auſtrie* uocatvs et cognatus meus *comeſ Cûnradus de Rakyz* aduocatiam ſuper duaſ uillas in *Rakiz* ad monaſterium *Garſtenſe* pertinentes, quarum unam, que uocatur *muncherûde* pater eius illuc tradidit, alteram, que dicitur ad *Garſtenſes*, ipſe dedit, ſuper has inquam aduocatiam et totum jus aduocatię bono animo ac prompta uoluntate dimittentes eidem eccleſię pro ſalute noſtra et parentum noſtrorum contradimus proprietarie deinceps poſſidenda. Ergo ex hoc et de reliquo nullus in predictis locis jus aduocatię uſurpare ſibi pre-

ſumat sed in abbatiſ conſiſtat arbitrio, cui uelit honeſtorum uirorum ita bona ſua commendare tuenda, ut ſi unus modum exceſſerit, illi auferat commendationem et alteri committat. Sed et ipſi abbati omnem abſcidimvs infeudandi ſiue inbeneficiandi poteſtatem, alioquin ipſi honorem noſtrum habere quam extraneę dominacioni ſubicere mallemvſ.

Ludewig. Relqq. IV. 200. Kurz. Beiträge II. 512. Nr. 33 im Auszug.

XV.

In nomine ſanctę et indiuiduę trinitatiſ *liupolduſ dux orientiſ Cůnrado abbati* et fratribus eiuſ de *gerſten*. Ego *Liupoldus* dei gratia uocatus dux in *Auſtria* notum eſſe cupio omnibus, qui ſunt ſideleſ in domino, meę fore uoluntatis ex diuinę beneficio caritatis, uniuerſis quidem generaliter bona deſiderare, cunctis felicia prouenire, pauperes uero chriſti id eſt ſpiritales uiroſ in conmuni uita atque clauſtrali Regi ſummo ſub diſciplina et magiſterio ſancti ſpiritus infatigabili feruore militantes, ſpeciali cultu caritatis ſemper amplecti, conſiliis et auxiliis muniendo contra aduerſa manutenere, prout poſſum, quoniam qui ſe ipſos defendere utpote inermes non poſſunt juſtum eſt, ut noſtris armis protecti quieti et ſecuri domino ſeruire perualeant. Hinc eſt, quod monaſterium *gerſtenſe* in beatę dei genetricis Marię nomine et honore conſtructum pio amore uenerari cupienſ ab omni exactione tributi vel thelonei in deſcenſu et aſcenſu danubii uidelicet in ducendis rebus neceſſariis, hoc eſt uino, frumento, lignis ad edificia idoneis perpetua libertate abſoluo ob amorem ſanctiſſimi et glorioſiſſimi Sepulchri domini noſtri ieſu chriſti, ad quod inuiſendum deſiderabiliter propero et propter familiarem amicitiam dulciſſimi amici et cognati mei *Styrenſis ducis odacher*, quem precordialiter diligo. In huius autem caritatis locum uolo nobis uerſa uice ab eiſdem fratribus annuatim talentum dari, ut eadem libertatis gratia ſtabilis eis et inconuulſa chriſto protegente permaneat In Perpetuum.

Kurz. Beiträge II. 519. Nr. 38. Fragmente bei Ludewig Relqq. IV. 200 und Fröhlich Dipl. Garst 60.

XVI.

In nomine ſanctę et indiuiduę trinitatiſ *Hainricvs dei gratia dux auſtrię.* Quia more torrentis tranſeunt tempora et cum temporibus memoria et quum etaſ memoriam excludenſ obliuionem mentibus ingerit, ea ſollicitudine ducti ſcriptiſ mandamus et notum facimus omnibus ſcire uolentibus tam futuriſ quam preſentibus, qualiter cognatus noſter *Otaker marchio de ſtyria* monaſterium ſuum in *gerſten* ſpecialiter diligenſ, uti aui ſui et noſtrę ſororiſ *Elifabeth* fundationem aduocatiam poſſeſſionum fratrum eiusdem monaſterij, quaſ habuerunt infra terminoſ *rietmarchie* et in *auſtria* a temporibus pię recordationiſ fratriſ noſtri *Cŏnradi* regiſ et de *agiſt Dietmarus* nobis contradidit ea conditione, ut neminem inde inbenefiare poſſimus ſed et ſolius ęternę remunerationiſ auiditate defendamus et ab omni inuaſione tueamur, uti parentum noſtrorum fundationem. Hęe sunt autem poſſeſſioneſ, quaſ eo tempore, quando hec facta ſunt, libere poſſederunt diuerſiſ in locis *rietmarchie*, ſcilicet in *hafelbach* capellam cum dote ſua in *niderwinchel*, *Franchenberch* duo cortilia et VI. hominvm poſſeſſioneſ, *Uvvicmanneſdorf* dimidium manſum, *Spedendorf* dimidium manſum, *Hafelbach* cortile et VI. hominvm poſſeſſiones, Prediola II° apud nouum forum, In ſilua dimidium manſum, *Lozberc* manſum, *Cholzdorf* dimidium manſum, *Cethciſdorf* manſum I. et dimidium, *Chulm̃* III^{a} prediola. *Uvitrach* dimidium manſum, In *eich* dimidium manſum. Haſ igitur poſſeſſiones et omnia, quę poſſident in auſtria, auctoritate noſtra ſanctimus ab omni inuaſione perpetuo ſtabilitatiſ iure inconuulſaſ permanere. Et ut hec noſtrę conceſſioniſ auctoritaſ per futura tempora a cunctiſ fidelibus uerius credatur et diligentius obſeruetur, manv noſtra ſubter eam firmauimus et noſtro ſigillo aſſignari iuſſimus, Anno ab incarnatione domini Milleſimo C^{o} L XX° I^{o} Indictione IIII. Amen.

Fröhlich. Dipl. Garst. 45. Kurz. Beiträge II. 510. Nr. 31 im Auszug.

XVII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, qualiter *waltherus de traiſime* de beneficio ſuo, quod determinatum eſt ad uillam *Ri-*

cheneichen de bonif ſcilicet regni per manum *Otachari domni ſui marchionif de ſtyre* permiſit ad monaſterium Garſtenſif cenobii et fratribus ibidem deo ſeruientibus poſt mortem uidelicet ipſius predicti waltheri ea conditione, ut ipſe aut quiuif poſthac poſſit, a regno in proprium allodium acquiſitum poteſtiua (ſic) manu illuc tradat. Huius rei teſtef ſunt: *Bruno*, *Helmhart*, *Bruno*, *Rôdolf*, *Regeher*, *Otachar*, *Otachar*, *Arnhalm*, *Gundachar*, *Liutolt*, *Erchenger*, *Dietmar*, *Hugo*, *Helmhart*, *Gerunch*.

XVIII.

In nomine ſanctę et indiuiduę trinitatiſ: ego *Otachar marchio de ſtire* eccleſiam *Garſtenſem* ſicut plantationem patrum meorum ſemper diligere, fouere et exaltare paratuſ omnia ſibi aduerſantia pro uiribus ſerenare, mitigare quoad uixero ero ſolicituſ. Nouerit fidelium multitudo ęcclefiam eandem uiolentia aduocatorum in tantum aliquando uexatam, ut ipſe abbas et omneſ fratreſ, niſi diuina miſeratione releuaretur obpreſſio et calamitaſ, quam patiebantur, loca paciſ uiteque tranquilliorif ſibi eligere meditarentur ferre non ualenteſ querimoniaſ ſingultuſque miſerorum nunc dampna rerum nunc corporum leſionem frequentiſſime deplorantium. Vnde et ego preſentibus miniſterialibus meiſ antiquioreſ eorum de iure aduocati ſtudioſe requiſiui et ipſiſ ſeriatim differentibus, ſicut auuſ meuſ *marchio Otacher* ab ipſa loci fundatione conſtituit et pater meuſ *marchio Liupolduſ* poſtmodum diligenter firmauit, ita demum inſtante neceſſitate immo conpellente diuino timore et ipſe perpetua ſtabilitate roborauí. Hęc ſunt autem, quę ad iuſ aduocati ſeniorum noſtrorum iudicio inuenta ſunt pertinere. Ter in anno, id eſt biſ tempore graminiſ ſemel tempore ſeni, placitum ſuum debet habere et hoc declamatione uel notificatione illius preconiſ, quem ſibi abbaſ et ęccleſię conſtituerit. Vbi et ipſe abbas uel potens eiuſ nuncius debet ad latuſ ipſius aduocati ſedere et de omni manuum conpoſitione ſiue pugnę ſiuę furti duę parteſ ad ęcclefiam reſpiciunt tercia ad ipſum. Illuc ſi ibi prandere uult, conportent ruſtici circumpoſiti, quo conuenienter ſeruiatur ei; ſi tamen ita aduenit, hoc eſt cum paucitate ſimul uenientium, quo id poſſit fieri ſine grauamine pauperum, ſin aliaſ ieiunus abſcedat. Si

ſeruuſ ęccleſię occiderit conſeruum ſuum, ſtemma ex integro ęccleſię reſtituatur, de ſubſequenti uero emendatione duę parteſ ad ęccleſiam tercia ad aduocatum pertinebit. Si de exteriſ quiſpiam ſeruum ęccleſię occiderit, reſtituto itidem ſtemmate ſubſequentiſ conpoſitioniſ duę parteſ ſunt aduocati tercia ęccleſię. De prebendariiſ curię omnino ſe non intromittit, quicquid exceſſerint, ſet nec de omnibus, quę per ſe fratreſ emendare ſuffecerint. Ea ſolummodo iudicat et corrigit, quę ſine eius auxilio ipſi uel nolu erint uel nequiuerint. Cellam non uocatvs niſi forte orationiſ cauſa intrare non habet. (ſic) Si ſeruuſ ęccleſię non conſeruam uel illicitam duxerit in coniugium, nichil pertinet ad eum. De adiutoribus uel uiciariiſ, quoſ ſubaduocatoſ dicunt, in ęternum non cogitet. Curiam unam apud *bircha* et duoſ manſuſ ad *hulewaren* et decimam, ubi fluuius *Rubiniche* in flumen *aneſum* cadit, pro iure aduocati de ęccleſia tenet, unum preter hec, quę dicta ſunt, de alio quolibet iure ſuo cauſari omnino non habet.

Kurz. loc. cit 509. Nr. 30 im Auszug.

XIX.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. *Cônraduſ* diuina fauente clementia romanorum rex ſecundus. Aequitaſ iuſticie et regni auctoritaſ noſ admonet ęcclefiis deo dicatiſ more predeceſſorum noſtrorum temporalia largiri, ut in uiſione glorię regem in decore ſuo uidere mereamur pro temporalibus ęterna recepturi. Eapropter omnibus chriſti noſtriſque fidelibus tam futuriſ quam preſentibus notum eſſe uolumus, qualiter noſ pro animę noſtrę remedio nec non interuentu dilectę coniugiſ noſtrę *Gertrvdis* reginę et *Agnetis* kariſſimę matriſ noſtrę et aſſenſu dilecti fratris noſtri *Heinrici* marchioniſ ac humili petitione *Bertolfi* uenerabiliſ abbatis ęccleſię Garſtenſi in honore ſanctę dei genitricis Marię conſecratę quadringentoſ manſos in ſilua noſtra, quę uocatur *Ritmarch* uidelicet a fluuio *Jowerniz* uſque ad fluuium *Agaſt* et exinde uſque ad terminum ſclauorum legitima donatione conceſſimuſ edicto regali ſtatuentes, quatenus prefatvſ *Bertolfus* abbas ſuique ſucceſſores et fratres in eadem ęccleſia deo famulantes predictos manſos ſub termino prenotato conſtitutoſ proprietatiſ iure poſſideant et in quoſcunque uoluerint uſus propria delibe-

ratione noſtra freti auctoritate redigant. Decernimus ergo, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum regum ſeu imperatorum aut alia quelibet perſona magna ſeu parua hanc noſtram conceſſionem infringat, ſed, ſicut prenotatum eſt, abbas eccleſię Garſtensis omni deinceps tempore libera poſſeſſione obtineat. Ut autem hęc noſtra conceſſio firma permaneat, hanc inde cartam ſcribi et ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus manuque propria, ut infra uidetur, corroborantes, qui preſentes aderant teſtes ſubternotari fecimus, Quorum hec ſunt nomina: *Theodewinus ſancte Rufinę epiſcopus apoſtolice ſedis legatus, Heinricus Ratiſbonenſis epiſcopus, Otto Friſingenſis epiſcopus, Peregrinus patriarcha Aquilegiensis, Embrico Wirzeburgenſis epiſcopus, Otto Ratiſbonenſis prefectus et filius eius Otto, Fridericus aduocatus, Geuehardus comeſ de Burchuſen, Geuehardus comeſ de Sulzebach, Folcradus comes de Lexmunde, Bertolfus comeſ de Andês, Othelricus dux, Comeſ Albertus de boga, Cůnradus comeſ de Bilſtein. Vthelricus de Willeringe, Hertvvic de hagenowe, Wernhart de Julbach, Fridericus de huneſberch, Raffolt de Sconeberch, Otto de Rora, Hetel de wizenbach, Poppo de Pœrericſwanch.* Ego *arnoldus* cancellarius uice *marcolfi moguntini* archiepiſcopi et archicancellarii recognoui. Anno dominicę incarnationis MCXLII. indictione IIII. Regnante *Cůnrado* Romanorum rege ſecundo, Anno uero regni eius IIII. Data *Ratiſbone* in chriſto feliciter amen.

Ludewig. Reliqq. Mscptt. IV. 203. Fröhlich. Dipl. Garst. 35. Ein Fragment bei Hoheneck II. im Vorberichte. Kurz. Beiträge II. 495. Nr. 26 im Auszug.

XX.

Laudabiliſ eſt ſcripture theſaurus et ſuper aurum et topazion diligendus, nam per ipſum omniſ facti perpetua manet recordatio, quam detergere non ualet prolixa temporum decurſio. Notificamus igitur huius ſcripti continentia univerſiſ ſancte matris eccleſie filiis, quod *Livpoldus iunior Marchio auſtrie* rogatu cognati ſui *Livpoldi Stirenſiſ Marchioniſ* potenti manu tradidit eccleſie ſancte dei genitriciſ in *Gœrſten* uineam unam ſitam in *herzogenpunde*, que in magnitudine ſui quatuor continet iugera ob remedium anime ſue ſuorumque parentum. Huius donationiſ teſtes ſunt: *Livpoldus Marchio de ſtira, Cůnradus comeſ de*

bilſtein, Gebehardus comeſ de Sulzpach, Hærtwicus, Erneſtus, alrammus, Otto, Hærtnidus, Reinhervs miniſteriales.

Kurz. loc. cit. 490. Nr. 20.

XXI.

Nouerint uniuerſi ſanctę matriſ ęcclesię filii, qualiter dominus *marchio Othacher* rogatu *Herrandi* nobilis uiri tradidit ad altare s. Marię predium quoddam *birchah* dictum iuxta *ſtadile* ſitum fratribus in uſum deo et ſanctiſ eiuſ die noctuque hic ſeruientibus. Huivs traditionif teſteſ idonei preſenti ſunt pagina notati. *Billunc, Walter, Reginher, Durinc, Adelbero, Rŏdolf, Otto, Sigiboto, Richer,* Inueſtiture *Billunc.* Hoc loco eadem hora prefatus marchio ſecundum petitionem cuiusdam *Warmundi* miniſterialis uidelicet ſui tradidit predium aliud ad idem altare *grawarung* nuncupatum ſub teſtibus ſuperius deſcriptiſ.

Kurz l. c. 526. Nr. 46.

XXII.

Notum ſit omnibus ſanctę uniuerſaliſ ęcclesię fidelibus, qualiter quędam matrona *chunigunt* dicta tradidit predium quoddam in manu *Reginheri* militiſ prefati marchioniſ delegandum ad altare s. Marię pro remedio animę uiri ſui v. ſuorumque parentum abſolutione, ſet et hęc traditio ſub prenominatiſ teſtibuſ eſt celebrata.

XXIII.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſenſ ętaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter quędam uidua uocabulo *Gifila* ex conſenſu marchioniſ tradidit ad altare ſanctę Marie prediolum quoddam iuxta *wiztrah* ſitum ob remedium animę filii Ŏ. et ſuę ſuorumque debitorum redemptione. Huius traditioniſ teſtes hic ſunt per uocabula preſenteſ: *Meginolt, Reginher, Vdalrich, Etich, Imizi, Oze, Vdalrich, Reginher* et frater eius *Dietmar* prefati *Reginheri* filii, Inueſtiture *Reginher.*

XXIV.

Nouerint uniuerſi ſanctę ęcclesię filii, qualiter quedam matrona uocabulo *Gerdrut* relicta *Wolfheri* tradidit predium

ſuum *Pramberge* dictum in manum *reginheri* fratriſ prefati *Wolferi* eo tenore, quatinus ipſe hoc ad altare s. Marię in loco Garſtenſi traderet pro filio ſuo *Reginhero*, quem imbuendum dedit. Huius traditioniſ teſteſ ſunt hic uocabuliſ preſenteſ *Rûdolf*, *Ortholf*, *Liutolt*, *Liupolt*, *Sigiher*, *Engilſcalch*, *Wiger*. Qua traditione in oriente patrata altera hic eſt ab eodem *Reginhero* ſecundum petitionem prefatę matronę celebrata, Set et huius traditionis hi adhibiti ſunt teſteſ *Ôdalrich*, *Porin*, liberi. *Erchinger*, *Abrant*, *Amile*, *Adelram*, *Gerunc*, *Reginher* et frater eius *Dietmar* filii. *Reginheri*, *Durine*, *friderich*, *Ôdalrich* et alius *Ôdalrich* filius *meginoldi* et alii quam plureſ. Huius poſſeſſioniſ partem, quam *adalrammus* a ſupra dicta matrona pro beneficio poſſederat, eadem hora ad idem altare per manum iam dicti legatoriſ ſub predictiſ teſtibus tradita eſt. Confinia autem eiusdem predii terminantur inter fluuium, qui dicitur *dahiniſbach* et *perſinich*, *Reager* (*Reağ*) et *crebzinbach*.

Kurz. loc. cit. 528. Nr. 51.

XXV.

Notum ſit omnibus chriſtianiſ tam preſentiſ ęui quam et ſucceſſurę poſteritatiſ, qualiter *Otacher marchio* una cum filio ſuo *liupoldo* ſartaginem ſaliſ, quam hereditario iure poſſidebat ad *bawaricum halle*, quam *Berhtoldus* habebat, ad altare ſanctę Marię cum omnibus appendiciiſ ſuiſ poteſtatiua manu contradidit pro remedio animę ſuę et coniugiſ et filii et omnium parentum ſuorum imperpetuum ibidem habendam. Huius traditioniſ teſteſ per aurem attracti ſunt *Arnhalm*, *Imizo*, *Reginher*, *Abrant*, *Reginbertus*, *Lantfrit*, *Adelbero*, *Engilſcal*, *Albuin*. Inueſtiture autem teſteſ ſunt *Liupoldus marchio* filius eiuſ, *Arnhalm*, *Reginher*.

Kurz. loc. cit. 484. Nr. 9.

XXVI.

Vniuerſis notum ſit chriſtianiſ, quod *marchio otacher* cum manu filii ſui *liupoldi marchioniſ* filium militiſ ſui nomine *etich piligrim* uocitatum poteſtatiua manu ad altare ſanctę

marię contradidit pro ſalute animę ſuę et parentum ſuorum et coniugiſ et filiorum ſuorum cum omnibus, quę idem *etich* uel hereditario iure uel beneficio ab ipſo marchione conceſſo poſſidere uidebatur cum familia et cęteriſ appendiciiſ et una uinea octo uidelicet manſuſ pro mutatione decimę prediorum ad *wilihalmsburch*, quę fratribus ad altare ſanctę marię ſeruientibus ſinguliſ anniſ dabatur in loco ſupra nominato imperpetuum delegauit. Huius traditioniſ teſteſ per aurem attracti ſunt *Walter, Reimpreht, Arnhalm, Hecil, Durinc, Rôdolf, Rôdiger, Dietmar, Cadalhoch, Herrant.* Inueſtiturę autem teſteſ *Arnhalm.*

Kurz. loc. cit. 485. Nr. 10.

XXVII.

Notum ſit omnibus chriſtianiſ tam preſentiſ ęui quam futurę poſteritatiſ, qualiter *Otacher marchio* uineam, quę ſita eſt *grauindorf* cum omni uineali iuſticia, allodium, quod ſitum eſt *Hardi*, rogatu ipſiuſ poſſeſſoriſ domni *wecilonif* allegauerit ſuper altare ſanctę Marię, Meginhilt cum tribus filiiſ. Diemût, Henrich, wecela, Frôwin, Hetiwic. Hęc ſunt mancipia ex eiuſ beneficio. Et mancipia eius propria Adelbero, Heimo, Cûno, Wecil, Albger, Ita, Adelheit, Adeburc, quali ſeruitio ipſe poſtmodum decreuerit. Huius teſteſ ſunt: *Liutolt, Otto,* cognatuſ eius, *Werinhart karintanuſ.*

Kurz. loc. cit. 526. Nr. 45.

XXVIII.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſenſ ętaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter quędam matrona nomine *Hemma* predium ſuum ſitum *heggilheimin* per manum conſobrini ſui *Chadelhoi* ad altare ſanctę Marię tradidit pro remedio animę ſuę et mariti ſui *Reginboldi.* Huius traditioniſ teſteſ ſunt idonei per aurem attracti ſunt (sic) iſti *Bruno, Reginher, Durinc, Chadelhoch, Durinc, Cûnradus, Rûdiger, Imize.* Inueſtiturę autem teſtiſ *Bruno.*

XXIX.

Nouerit uniuerſitaſ fidelium chriſti ſanguine redemptorum, qualiter fratreſ noſtri coemerunt prediolum quoddam erga

ŏdelricum quendam de miniſterialibus marchionis Ŏtacheri cum ſeptuaginta denariiſ, quod ſibi auia ſua *Giſila* in ſaltu anenſi dedit contiguum illi fundo, quem eadem uidua priuſ ad altare ſanctę Marię pro remedio animę filii ſui *Ŏdalrici* tradidit. Huius traditioniſ teſteſ preſenti habentur pagina conſcripti, fratreſ eius *Ozi, Gundacher* et cognatuſ eiuſ *Hetile.*

XXX.

Nouerit uniuerſitaſ chriſti fidelium, qualiter domnuſ *marchio Otacher* pro decimatione bonorum ſuorum tradidit ad altare ſanctę Marię fratribus deo hic ſeruientibus duas poſſeſſioneſ ſcilicet *Ruthe* et beneficium, quod *Arnhalmus* de filua excolendo poſſedit et uineaſ ad *hartperc.* Et ut hęc traditio inconuulſa perpetuo permaneat, hi teſteſ idonei per aurem attracti ſunt *Liupolt filius marchioniſ, Rŏdolf, Durinc, Etich, Gerunc, Marcwart, Adelbero.* Inueſtiturę *Durinc.*

Kurz. loc. cit. 485. Nr. 11.

XXXI.

Nouerint uniuerſi catholicę matriſ ęccleſię filii, qualiter quidam de miniſterialibus marchioniſ Otacheri uocabulo *Durinc,* qui nobiſcum in monaſterio conuerſatur, cum licentia domni ſui tradidit manſum unum iuxta *zuchaa* ſitum et duo mancipia ad altare ſanctę marię pro remedio animę ſuę filiorumque et parentum abſolutione. Huius traditioniſ teſteſ hic continentur per nomina preſentes *Durinc, Rŭdolf, Abrant, Dietmar, Adelram, Otto, Etich.*

XXXII.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſenſ ętaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter quidam nobiliſ uir uocabulo *Dieprant* tradidit ſclauonicum (sic) manſum *ziduiniſberge* ſitum ad altare ſanctę Marię pro remedio animę ſuę et uxoriſ ſue *Hadewic.* Huius traditioniſ teſteſ habentur preſenti deſcriptione *Otacher marchio filiuſque eiuſ Liupoldus, Rŏdolf, Amilrich, Otacher, Adelbero, Bernhart.* Inueſtiturę *Rŏdolf.*

Kurz. loc. cit. 486. Nr. 12.

XXXIII.

Nouerint omnium chriſti fidelium tam preſenſ ętaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter fratreſ iſti cambium fecerunt erga quendam iuxta *trunam* fluuivm data uiciſſim predii quantitate per manum marchioniſ aduocati, quę utriſque conmodius fita erant. Huius mutuę traditioniſ exſtant teſteſ, qui preſenti deſcriptione comprehenduntur *Hadamar, Reginher, Dieterich, Erchinger, Rôdolf, Durinc.* Inueſtiturę *Hadamar, Reginher.*

XXXIV.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſens ętaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter quidam *Arnhalmus,* qui nobiſcum in monaſterio conuerſatur, tradidit predivm ſuum *Hartheim* dictum per manum auunculi ſui *Heinrici* nobiliſ uiri ad altare s. Marię ob remedium animę ſuę ſuorumque parentum abſque ulla contradictione. Huius traditioniſ probabileſ per aurem attracti ſunt teſteſ *Durinc* pater eiuſdem *Arnhalmi* et *Durinc* eius propinquuſ, *Otto, Arnhalm, Gotebolt, Berhtolt.* Inueſtiturę *Durinc.*

XXXV.

Nouerint uniuerſi ſanctę ęcclesię filii tam preſentiſ ęui quam loco eorum ſucceſſuri, qualiter quidam *Hartwicus* de familiaribus marchioniſ tradidit predium *Ruthi* dictum hic inter fluuioſ ſitum ad altare s. Marię ob remedium animę filii ſui *Reginhardi* ſuorumque parentum abſque ulla contradictione in uſum fratribus deo et ſanctiſ eiuſ die noctuque hic ſeruientibus. Huius traditioniſ idonei teſteſ per aurem adhibiti ſunt iſti *Bruno, Rûdolf, Etich, Rôdolf, Adelgoz, Berthold, Gerunc, Durinc, Heinricus, Abrant, Rûdiger, Rûtlant, Walrabo.* Inueſtiturę *Bruno.*

XXXVI.

Nouerit uniuerſitaſ fidelium tam preſenti ętate conſiſtentium quam ad futura ſuccedentium, qualiter quidam *Dietmarus* ex familiaribus marchioniſ tradidit predium ſecuſ *trune* ſitum ad

altare ſanctę Marię abſque omni contradictione. Huius traditionis teſtes idonei exſtant preſenti deſcriptione notati *Erchinger, Etich, Imice, Oze, Engilſcalch, Heinricuſ, Gundachar, Ôtwinuſ.*

XXXVII.

Nouerint cuncti uniuerſalis ęcclefię matris filii, qualiter quędam matrona uocabulo *helena* tradidit predium quoddam *nezilbach* ſitum ad altare ſanctę marię ob dilectionem filii ſui *warmundi* in monaſterio educandi ſimul ob animarum ſcilicet ſuę et mariti remedium. Huius traditionis teſtes hic habentur per notamina preſentes *Erchinger, Dietmar, Durinc, Wigant.*

XXXVIII.

Notum ſit cunctis ſanctę matris ęcclefię filiis, qualiter fratres iſti comparauerint locum molendino aptum apud *trunam* fluuium erga *amalbertum* cum marca et ſemis eo tenore, ut ſibi abſque redditione copia molendi concederetur et eius adiutorio molendinum reſtauretur. Huius traditionis teſtes ſunt acciti *Erniſt, Walter, Rôdolf, Wolfram, Dieterich, Heinrich.*

XXXIX.

Nouerint uniuerſi chriſti ſanguine redempti, qualiter fratres iſti conparauerint predium in proximo tranſ *aneſim* ſitum cum pecunia ad hoſpitale pertinente ſcilicet octo marcis erga matronam uocabulo *Richizi* conceſſa ſibi dote quoad uiuat ęcclefię, quę inibi habetur. Huius traditionis teſtes idonei habentur preſenti notatione deſcripti, uidelicet *Rôdolf, Erchinger, Chadalhoch, Dietmar, Iſinrich, Rôdiger.* Inueſtiturę *Rôdolf, Erchinger, Dietmar.*

XL.

Memorię fidelium ſollerter commendandum, quod conſenſu marchionis ſuorumque familiarium communicato etiam conſilio fratrum conceſſimus *otacher* eius domeſtico abſque beneficii additamento licentiam habitandi in area ęcclefię ſancti Johannis baptiſtę *engizinſteti* ſitę. Quę petitio in audientia marchionis

aliorumque ſecum conmorantium, quorum hic uocabula habentur *Reginheri, Brunonif, Rôdolfi* et aliorum hac conditione firmata, ut habitanteſ in uicinia et huc ſeruienteſ nullum patiantur detrimentum.

XLI.

Notum ſit cunctiſ ſanctę eccleſię filiis, qualiter quidam *Otachar* de domeſticis otacher marchioniſ tradidit predium iuxta *engizinſletin* ſitum erga *uolcholdum* conparatum ad altare ſanctę Marię ob remedium animę ſuę ſuorumque parentvm abſolutione. Huius traditioniſ teſteſ ſunt aſſcripti preſenti per uocabula deſcriptione deſignati *Rôdolf, Erchinger, Cadalhoch, Dietmar* et alii. Inueſtiturę *Rôdolf, Erchinger, Dietmar.*

XLII.

Nouerit uniuerſitaſ chriſti ſanguine redemptorum, qualiter quidam nobiliſ *lanzo* tradidit ad altare ſanctę marię predivm in ciuſ manum traditum iuxta *iphe* ſitum, ubi et aliam poſſeſſionem habuimus, quam uendita uinea apud *hufruggin* IIII. libriſ conparando erga *dietmarum* auximuſ. Huius traditioniſ teſteſ hic habentur per nomina preſenteſ *Reginher, Bruno, Ôdalrich, Durinc, Ôtwin, Rôdolf.*

XLIII.

Notandum ſit omnibus fidelibus chriſtianiſ tam poſteriſ quam preſentibus, quod quidam fideliſ miniſter *marchioniſ Otacheri Hartwicus* nomine predium ſuum ſitum *Ruthi* cum omni iure tradidit altari ſanctę Marię pro remedio animę ſuę filiique ſui *Reginhardi* et omniumque (sic) debitorum ſuorum addenſ inſuper duoſ confratreſ Egilolfum et wernhardum cum omnibus ſibi pertinentibuſ, cultiſ et incultiſ. Huius rei teſteſ idonei hic cognominantur *Etich, Diemo, Rôtlant, Heinrich, Adelram* et alii multi, qui non ſunt nomine ſcripti.

XLIV.

Nouerit uniuerſitaſ fidelium chriſti ſanguine redemptorum, quod quidam miniſterialium marchionis *Wintthere* dictus tradi-

dit predium quoddam iuxta *Curinberc* ſitum, ad altare ſancte marie in uſum fratribus deo hic et dominice matri ſeruientibus, ob remedium anime ſue ſuorumque parentum abſolutione. Huius traditionis teſtes idonei aſſunt per notamina conſcripti. *Bruno, Reginher, Otacher, Cadalhoch, Erchinger, Reginhart, Craft, Rahewin, Rôtlant, Beringer.* Inueſtiture *Bruno.*

XLV.

Nouerint uniuerſi chriſti ſanguine redempti, qualiter quidam *Rôzi* pro remedio animę filii ſui *hugonis* tradidit bonam partem contiguam noſtrę poſſeſſioni, quam iuxta *ipphe* ſitam habemus, abſque ulla contradictione attractis per aurem hiſ teſtibus, quorum uocabula expreſſimus *Bruno, Beringer, Gozpreht, Hartfrit.* Inueſtiturę *Bruno.*

XLVI.

Nouerit uniuerſitas, quos profeſſio chriſtiani nominis exornat, quod quidam nobilis uocabulo *Marquarduſ* tradidit predium ſuum *ſperchſtein* (?) ſitum ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę ſuorumque parentum redemptione. Huius traditionis teſtes per aurem ſunt attracti, qui per notamina ſunt hic conſcripti *Arbo, Durinc, Albero, Azilinus, Erchinger, Izo, Ôdalrich.* Inueſtiturę *Durinc, Ôdalricus.*

XLVII.

Nouerint tam preſentis ęui fideles quam ſucceſſurę poſteritatis heredes, qualiter fratres noſtri erga marchionem comparauerunt predium *bôſinwanc* dictum pecunia, quam uendito predio longius ſito acceperunt. Quod uidelicet predium prefatus marchio cum manu filii ſui *liupoldi* tradidit ad altare ſanctę marię deo hic et eidem dominicę matri ſeruientibus. Huius traditionis teſtes idonei hi ſunt per aurem attracti *Walter, Rôdolf, Rôdolf, Arbo, Cônrat, Sigibot, Wernharth.* Inueſtiturę *Walter.*

Kurz. loc. cit. 486. Nr. 13.

XLVIII.

Eadem hora ad idem altare iam dictus marchio tradidit quaſdam parteſ poſſeſſionum, quaſ *Amile* et *Reginhart* pro mercede remiſerunt. Huius traditioniſ teſteſ ſunt ſuperius deſcripti.

XLIX.

Notum ſit cunctiſ ſanctę matriſ ęccleſię filiiſ, qualiter *Otacher marchio* ob remedium animę familiariſ ſui *Engilſcalchi* tradidit ad altare ſanctę marię predium in carinthia *vuſtrice* dictum cum mancipiis poſſeſſum, ſicut ei ſeruiebat. Huius traditionis teſteſ habentur iſta deſcriptione per uocabula preſenteſ *Walter, Rôdolf,* alius *Rôdolf, Arbo, Sigeboto, Cônrat, Gerunc, Heinrich, Abrant, Meginhart, Dietmar, Ortolf, Friderich, Reginhart.*

Kurz. loc. cit. 525. Nr. 44.

L.

Nouerint uniuerſi chriſtianę religioniſ cultoreſ, quod quidam miniſterialium marchioniſ uocabulo *Adelbero* tradidit ad altare ſanctę Marię predium in ualle anenſi ſitum, quod *wolfpernberch* dicitur, ubi et alioſ duoſ fundoſ aliaſ ſcriptoſ ante tradiderat pro remedio dominorum ſuorum, quorum donatione ſibi deuenerant, ſuorumque parentum abſolutione. Huius traditioniſ teſteſ habentur *Etich, Imizo, Diepolt, Adelhart, Hartnid, Reginher.* Inueſtiturę *Etich.*

LI.

Notum ſit cunctiſ chriſtianę religioniſ cultoribus, qualiter quidam *Berwolf* tradidit fundum quendam loco pignoriſ in manum fratriſ ſui *Sigihardi* tradendum ad altare ſanctę marię pro quinque ſolidiſ ea ſcilicet conditione, ut ſi ad condictam diem pecuniam debitor non daret, fundus hic ſtabiliter permaneret. Huius traditioniſ teſteſ exſtant *Abrant, Dieterich, Tierolf.*

LII.

Nouerint uniuerſi chriſtiana ueritate decorati, qualiter quidam nobiliſ uocabulo *Billunc* cum uxore ſua *Adelheit* tradide-

runt predium ſuum *Bůch* dictum in manum cuiusdam *ŏdalrici* nobiliſ uiri tradendum huc ad altare ſanctę marię ob remedium ſuarum animarum, Quod ita factum eſt. Et ut hec traditio inconuulſa perpetuo maneat, hi teſteſ per aurem attracti ſunt *Friderich, Otto,* alius *Otto, Ŏdalrich, Ortolf, Gerunc, Heriman, Reginher,* alter *Reginher.*

LIII.

Nouerint uniuerſi chriſtiana religione inſigniti, qualiter quidam *Berngerus* de miniſterialibus marchioniſ tradidit predium ſuum iuxta *wiztrahe fluuium* ſitum ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę ſuorumque parentum abſolutione. Huius traditioniſ teſteſ ſunt adhibiti preſenti deſcriptione expreſſi *Abrant, Durinc, Piligrim,* filiuſ eiuſ, *Engilbreht.*

LIV.

Nouerit uniuerſitaſ fidelium chriſti tam preſentiſ ęui quam eorum ſucceſſione affuturi, qualiter quidam miniſterialium marchioniſ *Durinc* uocitatus tradidit predium ſuum in *enſewalde* ſitum ad altare ſanctę marię in uſum fratribus deo hic et eidem dominicę matri die noctuque ſeruientibus conceſſo ſibi, quoad uiuat, uſu fructuario. Huius traditioniſ hi ſunt (teſtes) per aurem attracti, qui uocabuliſ hic ſunt notati *Durinc, Hartfrit* comeſ itineriſ eiuſ, *Engilpreht.*

LV.

Nouerint cuncti uniuerſaliſ matriſ ęccleſię filii, qualiter quidam mileſ *Reginherus* liber tradidit ad altare ſanctę marię predium ad *wiztrahe* ſitum pro uxore ſua *Otilia* et aliorum utrorumque parentum abſolutione. Huius traditioniſ teſteſ hi ſunt per aurem attracti *Bruno, Otacher, Helmharth, Sigiboto, Dietmar.*

LVI.

Nouerint tam preſentiſ ętatiſ ſuperſtiteſ quam ſucceſſurę poſteritatiſ heredeſ, qualiter fratreſ iſti de ſua paupertate

conparauerunt duo predia iuxta *Willihalmiſburch* ſita, quorum unum *hardi* alterum dicitur *ſuarzinberc*, tradita in manum cuiusdam *Reginheri* eo tenore, quod ipſe traderet hic ad altare ſanctę marię, Quod ita factum eſſe conſtat. Huius traditionis ſollempniter celebratę teſtes ſunt adhibiti ſub una utriusque predii comprehenſione *Ódalrich*, *Reginher*, *Walter*, *Sigiboto*, alius *Siboto*, *Reginher*, *Dietmar*, filii, *Reginher* et alii.

LVII.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſentis ęui frequentia quam ſucceſſurę poſteritatis ſequentia, qualiter duo germani *Diepoldus*, et *Rödolfuſ* fratres *Sibotonis* et *Dietrici*, qui nobiſcum conuerſantur, predium ſuum, quod conmuniter ex paterna traditione poſſidebant, ad altare ſanctę marię ob remedium ſui ſuorumque parentum redemptione tradebant ea ſcilicet ratione, ut ſi contingat unum ex eis obire uel quocunque modo extorrem de patria fieri, alter non habeat poteſtatem de fundo ſe intromittendi. Huius traditionis teſtes per aurem attracti hac notatione ſunt deſignati *Reginher*, *Reginhart*, *Hartmöt*, *Gozolt*, *Rantolt*, *Adelhart*, *Friderich*, *Berhtolt*, *Durinc*, *Oze*, *Wecil*. Inueſtiturę *Reginher*.

LVIII.

Notificamuſ cunctis chriſti ſanguine redemptis, qualiter fraternitas iſta conparauerit uineam quandam cum ſuis appendiciis *Hartberge* ſitam erga *Erchingerum* prepoſitum quatuor libris argenti, Quam et prefatus Erchingerus, cuius erat ieuius quam ualeret, cauſa ſalutis animę ſuę dedit et ad altare ſanctę marię abſque ulla contradictione tradidit. Huius traditionis teſtes ſunt hic per notamina conſcripti *Reginher*, *Abrant*, *Dietmar*, *Reginhart*, *Richart*, *Ódalrich*. Inueſtiturę *Reginher*, *Abrant*.

LIX.

Nouerit uniuerſitas chriſtiane profeſſionis religione glorianteſ, qualiter quidam miniſterialium Otacheri marchionis delegauit predium ſuum *Horſdorf* dictum in manum cuiusdam

Sigehardi nobilif uiri ea uidelicet conditione, quatenus ipſe hoc ad altare ſanctę marię cenobio *garſtenſi* traderet, Quod et factum eſt. Huius traditionif teſtef hi adhibiti ſunt, quorum uocabula hic ſcripta habentur: *Walter, Adelram, Erniſt.*

LX.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſenſ ętaſ quam ſecutura poſteritaſ, qualiter *Otacher marchio* tradidit ſanctę marię predium, quod *Raduan* poſſidet, ſpecialiter pro cauſa filii ſui domni *Liupoldi,* et apud *ſteinbach* dimidium de ſilua necdum culta. Huius rei teſtef per aurem tracti ſunt *Sigehart, Heinrich, Alram, Otacher* et alii.

Kurz. loc. cit. 486. Nr. 14.

LXI.

Omnibus chriſti fidelibus innoteſcimus, qualiter nobilif homo *Amilbertuf de braitwiſen* in extremif ſuif pię memorię dominum *Berhtoldum* abbatem aduocauit et ob remedium animę ſuę in eius preſentia delegauit uineam unam apud *niwenburc* ſitam. Quo defuncto quidam ſcolaſticus *Wolframmus* eandam uineam iure beneficii a loco ſibi concedi poſtulauit et ad hoc obtinendum manſum unum *catſalaren* ſuper altare ſanctę marię tradidit uſu fructuario ſibi reſeruato, dum uiueret. Cuius teſtef ſunt *Reginher, Marquart, Durinc, Walrabo, Hademar.*

LXII.

Nouerint chriſti fideles, qualiter quidam nobilif nomine *Ródolfuf* tradidit ad altare ſanctę marię predium in ualle anenſi ſitum *lengindorf* dictum in uſum fratribus deo ibidem ſeruientibus. Huius traditionif teſtef ſunt *Walter, Adelram, Erniſt, Albuin.*

LXIII.

Nouerit uniuerſa chriſtianitaſ, qualiter fratref iſti redemerint dimidietatem predii, quod *Heinricus* auunculuſ *Arnhalmi* ex integro, ſicut rogatus a cognato fuerat, ad altare ſanctę

marię tradidit. Set quia propinqui erga marchionem facile obtinuerunt, ut portio eivsdem fundi fratrif filio *Duringo* ſcilicet cederet, noſ abſque omni controuerſia quatuor marcif quaſi nil in eo iurif habenteſ eandem portionem coemerunt. (ſic) Huius traditionif teſteſ per aurem attracti ſunt *Rôdolf, Erchinger, Reginher, Amelin, Marchio, Friderich, Durinc. Hartwic, Rôdolf, Reginher, Gerunc, Sigehart, Marquard.*

LXIV.

Nouerint omneſ tam preſentif quam futuri ęui fideleſ, qualiter quidam miniſterialium marchionif *Abrant* uocabulo pro filio ſuo *Pilgrimo* nobiſcum degente ſimulque parentum remedio tradidit predium iuxta *curinberc* ſitum ad altare ſanctę marię abſque omni contradictione. Huius traditionif teſteſ per aurem attracti ſunt *Bruno, Rûdolf, Etich, Reginher,* alius *Reginher, Diepold, Erchinger, Megingoz, Reginhart, Dietmar, Fridrich.* Inueſtiturę *Bruno, Rôdolf.*

LXV.

Nouerit uniuerſitaſ chriſti fidelium, qualiter quędam matrona relicta *Eggerici* ob remedium mariti amborumque parentum abſolutione tradidit predium ſuum *winchilarin* ſitum et dictum rogatu noſtro in manum *Adelrammi de eppinberge* tradendum ad altare ſanctę marię monaſterio Garſtenſi. Quod et factum eſt. Huius traditionis teſteſ per aurem attracti ſunt *Rôdolf, Reginher, Gerunc.* Inueſtiturę *Rôdolf.*

LXVI.

Notum ſit cunctif matrif catholicę filiif, qualiter quidam *Hugo* rogatu cuiusdam *Herdehif* tradidit ad altare ſanctę marię x. mancipia pro v. denariorum annua ſolutione ſcilicet filios ac nepoteſ eiuſ, qui eoſ delegandoſ tradidit, ea uidelicet conditione, ut eadem progenieſ predium, quod cuidam *Eberarin* cum fratre *anchone,* cuius dimidia parſ erat et hoc tradendum delegauit eodem iure redituſ, quo alii coloni, ut partem que ſui iurif fuerat, ſine inquietitudine poſſideret. Huius traditionif

exſtant teſtef idonei *Gèr comef de Gluze*, *Rôpreht*, *Sigifrit*, *Rantholf*, *Diemo*, *Ôdalrich*, *Hecil*, *Adelbero*, *Durinc*. Inueſtiturę *Gèr comef*.

LXVII.

Nouerit uniuerſitaf chriſti fidelium, qualiter quidam de domeſticiſ marchioniſ tradidit ad altare ſanctę Marię predium *Bôchingin* dictum in confinio *trune*, ubi aliud habemus, pro filio ſuo eppone hic in monaſterio educando in uſum fratribus hic die noctuque deo et dilectę genitrici eius famulantibus. Huius traditioniſ teſtef exſtant idonei per notamina expreſſi *Berhtold*, *Richer*, *Dietmar*, *Durinc*, *Rôdolf*, *Friderich*, *Ortolf*, *Sigiboto*. Inueſtiturę *Berhtold*.

LXVIII.

Nouerit uniuerſitaf chriſtianitatiſ, qualiter *Otacher marchio* adhuc ſui corporiſ incolumitate fruenſ tradidit dominicale, quod *Bercwiniden* dicitur, cum ſilua illuc pertinente excepta parte uerſus *welſe* ſita in manum *walteri* militiſ ſibi amabiliſ tradendum ad altare ſanctę Marię ob remedium animę ſuę ſuorumque parentum abſolutione in uſum fratribus deo hic die noctuque ſeruientibus. Huius traditioniſ teſtef idonei ſunt hic preſenti deſcriptione notati *Liupolt marchio*, *Hartwic*, *Erniſt*, *Adelram*, *Reginher*, *Marquart*, *Iſger*, *Pabo*, *Vôdelrih*, *Rôdolf*, *Gebehart*. Inueſtiturę *Liupolt marchio*, *Ôdelrich*, *Gebehart*.

Kurz. loc. cit. 487. Nr. 15.

LXIX.

Eadem etiam hora *iunior Liupoldus marchio* rogatu ſpiritualium patrum et auunculi eius *liupoldi marchioniſ* omneſ decimationiſ ſuę poſſeſſioneſ, quaſ a patre habuimus proprietatiſ iure, ad altare ſanctę marię contradidit. — Huius traditioniſ teſtef aſſunt hic per uocabula preſenteſ ſcilicet prefatus *marchio Liupoldus*, *Ôdalricus*, *Gebehart* cum prenominatiſ teſtibus.

Kurz. loc. cit. 487. Nr. 15.

LXX.

Notum ſit cunctiſ ſancte matriſ eccleſie filiis, qualiter quidam *Herrant* nomine dictus predium *huntiſdorf* dictum iuxta

engiſletin inter noſtraſ poſſeſſioneſ ſitum ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę ſuorumque parentum abſolutione conceſſo ſibi quoad uiuat uſu fructuario. Huius traditionis teſteſ idonei ſunt preſenti annotatione conſcripti *Berhtoldus, Gunthart, Friderich, Wigant, Ôdalrich, Abrant, Ôdalrich.*

LXXI.

Nouerint omneſ chriſtianę religionis cultoreſ, qualiter quidam de familiaribus marchionis uocabulo *Erchinger* tradidit ſundum quendam, quem *Irmſtein* poſſedit, ad altare ſanctę Marię pro filio ſuo *harmanno* hic in monachica uita educando addenſ tria mancipia proprietatis iure tradita. Huius traditionis teſteſ preſenti continentur deſcriptione notati. *Rôdolf, Etich, Adelbero, Dietmar.* Inueſtiture *Rôdolf.*

LXXII.

Nouerint uniuerſi ſanctę matris eccleſię filii, qualiter quidam de domeſticis marchionis uocabulo *etich* tradidit prediolum tranſ *aneſim* ſitum et partem uineę non longe conſitam ad altare ſanctę marię pro filio ſuo *Duringo* hic in ſeruitio dei nutriendo pariterque pro ſuorum parentum abſolutione. Huius traditionis teſteſ hi acciti ſunt fideleſ *Marquart, Ozi, Rôdiger.* Inueſtiturę *Marquart.*

LXXIII.

Nouerint omnium chriſti fidelium tam preſentium ętaſ quam futurorum poſteritaſ, qualiter fratreſ iſti coemerunt quoddam prediolum tribus libris argenti erga *Adelrammum* quendam de familiaribus marchionis ad *enſewalde* ſitum ea ſcilicet conditione, ut ſi umquam alicuius contradictio nobis obſtaret, idem expeditum redderet aut pari recompenſaret. Huius traditionis teſteſ per aurem attracti ſunt, quorum uocabula preſens pagina repreſentat *Ozi, Durinc, Rôdolf.* Inueſtiturę *Ozi, Durinc.*

LXXIV.

Nouerint omneſ tam preſentis ętatis fideleſ quam loco eorum ſucceſſuri heredeſ, qualiter fratreſ iſti conparauerunt uineam

hartberge inter noſtraſ ſitam erga *Duringum* familiarem marchioniſ ſex marciſ, quam et tradidit cum manu uxoriſ. Et ut hęc traditio inconuulſa permaneat, hi adhibiti ſunt teſteſ *Adelbero, Sigihart, Wolfram, Hartfrit, Rôdolf, Durinc, Liupolt.* Inueſtiturę *Adelbero, Sigihart.*

LXXV.

Nouerint tam preſentiſ ęui fideleſ quam loco eorum ſucceſſuri heredeſ, qualiter fratreſ iſti conparauerunt quendam fundum erga *Hartwigum de Ruthi* miniſterialem marchioniſ tribus libriſ argenti, pratum etiam addita parte ſiluę eo loci (sic), quo prius pro remedio animę filii ſui predio ſuo ęccleſiam ditauit. Huius traditioniſ teſteſ preſenti ſunt notatione deſcripti *Friderich, Dietmar, Ôdalrich, Deginhart, Friderich, Rôdolf, Arbo, Durinc.* Inueſtiturę *Friderich.*

LXXVI.

Nouerint uniuerſi ſanctę matriſ ęccleſię filii, qualiter quidam de nobilibus uocabulo *Eberhart* rogatu cuiusdam *anchoniſ* de familiaribus marchioniſ tradidit predium ad altare ſanctę marię, ſicut fuit in eius manum delegatum, cuius ſcilicet predii dimidietaſ adhuc in eius poteſtate conſiſtit, quam frater predicti uiri *herdei* poſſidet, quę poſt eiuſ obitum huc ſeruire debet. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Diemo, Heceman, Vdelrich,* alter *Ôdalrich, Reinher, Dietmarus, Friderich, Durinc, Rôdolf.* Inueſtiturę *Reinher, Dietmarus.*

LXXVII.

Nouerit uniuerſitaſ chriſti fidelium tam preſentiſ temporiſ quam affutura poſteritaſ, qualiter quidam uocabulo *Gerungus* de familiaribus *Eggiberti comitiſ* tradidit fundum quendam in ualle anenſi poſitum ad altare ſanctę marię, quem *Grimoldus* quidem huc tradendum ante conmendauit, ſet predictus comes prohibuit. Hunc ſiquidem abſque omni contradictione ob remedium animę ſuę ſuorumque parentum abſolutione delegauit conceſſo ſibi quouſque uiuat uſu fructuario addenſ niſi maior uoluntaſ immo dei inſpiratio melius aliquid ſibi inſpirauerit. Huius

traditionif teſtef exſtant hac deſcriptione notati. *Cêno, Wigant,* alter *Wigant, Adelbero, Engilbolt, Diepolt, Heinrich.*

LXXVIII.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſens ętaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter quidam de familiaribus *Liupoldi marchionif* iunioriſ uocabulo *Elbuwin* tradidit predium quoddam iuxta *aſpach* ſitum ad altare ſanctę marię pro filio ſuo eodem nomine dicto nobiſcum in monaſterio degente pariterque ſuorum parentum remedio. Huius traditionif teſtef exhibet pagina preſenſ *Abrant, Oze, Waltrich, Durinc, Lantfrit, Henrich, Helmhart, Nortman, Rôdolf.*

Kurz. loc. cit. 491. Nr. 22.

LXXIX.

Notum ſit uniuerſis ſanctę matriſ ęccleſię filiiſ, qualiter *marchioniſſa* ex conſenſu *marchionif* tradidit partem ſiluę ad altare ſanctę marię, quę remanebat, quando dominicale *Bercwindin* dictum traditum eſt pro *liupoldo marchione.* Huius traditionif teſtef idonei hiſ per aurem attracti ſunt *Otto, Regile, Wigant, Friderich, Vdelrich, Reinher, Rôdolf, Eberhart.*

Kurz. loc. cit. 491. Nr. 23. Conf. Nr. XCIV.

LXXX.

Nouerint tam preſentiſ ęui ſuperſtiteſ quam ſucceſſurę poſteritatiſ heredeſ, qualiter dominuſ *Cadelhoch parrochianus Chirihdorf* tradidit predium *Ozzindorf* dictum ad altare ſanctę marię conceſſo ſibi quoad uiuat uſu fructuario, quod gratanter accepit, quia ęccleſię debitor fuit. Huius traditionif teſtef ſunt hic per uocabula preſenteſ *Rôdiger, Engilfcalc, Azilo, Heinrich, Wichart, Hademar, Egil, Abrant.*

LXXXI.

Nouerint omneſ chriſti fideleſ tam preſenti tempore ſuperſtiteſ quam affuturo ſucceſſuri heredeſ, qualiter quidam *Hilterad* dictus filiuſ *Gebehardi* de familiaribus *Gebehardi ad*

algabuch ex conſenſu eiuſdem domni ſui tradidit predium quoddam iuxta *hurla* ſitum ad altare ſanctę marię ob remedium animę fratriſ ſui *Gebehardi* et ſuę ſuorumque parentum abſolutione. Huius traditioniſ teſteſ exſtant hac deſcriptione preſenteſ *Wicboto* et alii.

LXXXII.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſenſ ętaſ quam ſecutura poſteritaſ, qualiter quidam ſacerdoſ *Sitilieb* uocabulo filius *marquardi* tradidit predium in anenſi ualle ſitum *Eigilwarin* dictum paterno ſibi iure traditum tradidit ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę omniumque parentum ſuorum redemptione. Huius traditioniſ teſteſ idonei per aurem attracti ſunt *Marchio liupoldus* et alii multi militareſ eius.

LXXXIII.

Nouerint omneſ chriſti fideleſ, qualiter quidam *Wolframmus* officio clericuſ tradidit manſum unum *chefelern* ſuper altare ſanctę marię et ipſe loco beneficii recepit uineam in *niuwenberc* uſque ad terminum uitę ſuę. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Diepold, Adelbero, Reginherus, Marquart* frater eiuſ, *Durinc, Walrabo, Hademar, Reginmût, Sigehart.*

LXXXIV.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſentiſ ęui frequentia quam futurę poſteritatiſ ſumma, qualiter *Otacher marchio* beneficium, quod *Meginhart* habuit, *ſalchinberge* dictum cum mancipiis ad altare ſanctę marię tradidit conceſſo ſibi uſu fructuario, Cuius poſſeſſioniſ partem cum quibusdam mancipiiſ ad noſtram utilitatem fruimur (sic). Huius traditioniſ teſteſ idonei hac ſunt deſcriptione notificati *Liupolduſ marchioniſ filiuſ, Reinher, Engilſcalc.*

LXXXV.

Nouerint omneſ chriſtiana religione decorati, qualiter quidam *Heimo* nomine in extremiſ ſuiſ tradidit uineam in manum cuiusdam *Wicmanni* tradendam ad altare ſanctę marię cenobio

Garſtenſi ob remedium animę ſuę. Quod et factum eſt. Huius traditionis teſtes notiſſimi hac ſunt deſcriptione conprehenſi *Friderich, Oze, Durinc, Piligrim, Dietmar, Rôdolf, Wernhart, Babo.* Inueſtiturę *Friderich, Oze.*

LXXXVI.

Nouerint uniuerſi chriſtianitatis titulo inſigniti, qualiter quidam ex familiaribus *marchionis liupoldi,* qui uocabatur *iunior, Erneſt* nomine tradidit ad altare ſanctę Marię predium in carinthia ſitum *grazlub* ob remedium animę ſuę et parentum ſuorum abſolutione conceſſo ſibi quoad uiuat uſu fructuario abſque omni contradictione. Huius traditionis teſtes continet pagina preſens *Reinher, Erchinger, Ôtwin, Rôdolf, Diemo, Gebolf, Durinc, Riciman, Heriwic.* Inueſtiturę *Erchinger.*

Kurz. loc. cit. 491. Nr. 21.

LXXXVII.

Notificamus uniuerſis ſanctę ęcclesię filiis, qualiter quidam de familiaribus liupoldi marchionis uocabulo *Diepold* predium *talarin* dictum tradidit ad altare ſanctę marię cenobio Garſtenſi interpoſita hac conditione, ſi abſque legitimo obiret herede. Huius traditionis teſtes ſunt hi per notamina preſentes *Etich, Bruno, Babo, Werigant, Hartfrit* et alii. Inueſtiturę *Etich, Babo.*

LXXXVIII.

Nouerint uniuerſi ſanctę ęcclesię filii, qualiter quidam *Rahewin* de miniſterialibus Liupoldi marchionis tradidit manſum unum *curinberc* ſitum ad altare ſanctę marię in uſum fratribus hic deo et eiuſ genitrici ſeruientibus abſque ulla contradictione. Huius traditionis teſtes per aurem ſunt attracti *Abrant, Durinc, Berthold, Vdalrich, Rôpreht, Altman.* Inueſtiturę *Abrant, Durinc.*

LXXXIX.

Nouerint uniuerſi chriſtiana religione inſigniti, qualiter quędam mulier de familiaribus Liupoldi marchionis uocabulo

Mahtilt tradidit predium proprietatiſ iure ſibi a parentibuſ traditum ad altare ſanctę marię abſque omni contradictione. Huius traditioniſ teſteſ exſtant preſenti titulatione conſcripti *Reinher*, *Durinc* et alii.

XC.

Notum ſit cunctiſ chriſtiana profeſſione deceratiſ, qualiter quidam *walto* dictuſ de domeſticiſ Liupoldi marchioniſ tradidit predium ſuum *willihalmeſburc* ſitum inter noſtraſ poſſeſſioneſ conſenſu fratriſ ſui, cuius dimidia eiuſdem predii parſ erat, ad altare ſanctę marię. Tradidit autem hac conditione, ut aliquid ſibi caritatiſ rependeretur. Huius traditioniſ teſteſ habentur hac deſcriptione preſenteſ *Heinrih*, *Durinc*, *Ôtwin*, *Oze*, *Adelbreht*, *Henricus*, alter *Heinricuſ*.

XCI.

Nouerint cuncti chriſtianitatiſ titulo decorati, qualiter quidam miniſterialium Liupoldi marchioniſ uocabulo *Cadelhoch* predium ſuum (in) *aneſt ſilua* ſitum tradidit ad altare ſanctę marię abſque omni contradictione. Huius traditioniſ teſteſ idonei ſunt preſenti deſcriptione notiſſimi *Starcfrit*, *Rôdolf*, *Walter*, *Erneſt*, *Heinrich*, *Hartwic*, *Ôdelrich*, *Oze*, *Sigifrit*, *Dietmar*, *Sigehart*, *Hiltibrant*. Inueſtiturę *Starcfrit*.

XCII.

Nouerit uniuerſitaſ chriſti fidelium, qualiter quidam nobiliſ *Bruno* uocatus, ſicut rogatuſ fuerat, predium *Safariſdorf* dictum iuxta *Bielhaa* ſitum cum duabus uineiſ delegauit ad altare ſanctę marię cenobio Garſtenſi ob remedium animarum ſcilicet *Sitilieb* preſbiteri et *marquardi* patriſ eius nobiliſ uiri, cuius traditione in manum prefati delegatoriſ uenerat. Huius traditioniſ teſteſ ſunt per aurem attracti *Heinricus*, *Gotefcalc*, *Willihalm*, *Arnhalm*, *Diepold*, *Marquart*, *Rôtmar*, *Rôdolf*, *Cônrad*.

XCIII.

Nouerint omneſ chriſtianę profeſſioniſ fideleſ, qualiter quidam *Rôdigerus* nomine de familiaribus Liupoldi marchioniſ

tradidit ad altare ſanctę marię uineam *mötinſdorf* ſitam, ſi abſque legitimo abiret herede. Huius traditionis teſtes hac pagina habentur preſentes *Otto, Wulfinc, Gotefcalc, Hartnit, Dietmar, Oze.*

XCIV.

Notum ſit uniuerſis ſanctę matris ęcclesię filiis, qualiter *marchioniſſa* ex conſenſu *marchionis* tradidit partem ſiluę ad altare ſanctę marię, quę remanſit, quando dominicale *Bercwinidin* dictum traditum eſt pro *Otachere marchione.* Huius traditionis teſtes idonei ſunt per aurem attracti *Otto, Regili, Wigant, Friderih, Ödalrih, Reinher, Engilfcalc, Meginhart.*

Conf. Nr. LXXIX.

XCV.

Notum ſit cunctis chriſti precio redemptis, qualiter quidam *lanzo* nomine tradidit ad altare ſanctę marię uineam *ozindorf* ſitam cum ſuis appendiciis abſque ulla contradictione. Huius traditionis teſtes habentur hic per uocabula preſentes *Otto, Arnhalm, Erchinger, Rahewin, Abrant, Friderich, Raffolt, Durinc, Rödolf.*

XCVI.

Nouerit uniuerſitas chriſtianitatis, qualiter quidam Liupoldi marchionis familiaris uocabulo *Babo* tradidit predium ſuum *Alzingin* ad altare ſanctę marię quod ſibi hęreditario iure obuenerat. Huius traditionis teſtes idonei hac continentur deſcriptione notati *Etich, Marquarth, Abrant, Durinc* et alii.

XCVII.

Nouerint uniuerſi precio chriſti redempti, qualiter fratres iſti communicato conſilio predium, quod quidam nomine *Diepoldus* tradidit ad altare ſanctę marię, remiſerunt propter contradictionem fratris *Růdolfi* tradito nobis in mutua uiciſſitudine molendino et ſilua ſitam (sic) predio *friginmanni.* Huius traditionis teſtes continet pagina preſens *Rödolf, Etich, Cönrat, Amilrich, Dietmar, Rödolfus, Abrant, Arbo, Vdalſcalc, Henrich.*

XCVIII.

Notificamus uniuerſiſ ſancte matriſ ęcclefię filiiſ non ſolum noſtri temporiſ preſentiſ ſet etiam futuro ęuo ſucceſſuriſ, qualiter quędam nobiliſ matrona *Giſila* uocabulo, relicta *Alberoniſ* cum manu filii ſui et conſenſu cognati ſui *Gotefridi* tradidit maiorem manſum, qui dicitur nobiliſ uiri, ad altare ſanctę marię eo tenore, ut ęcclefia inibi et ſeruitium dei conſtitueretur et prefatuſ *Gotefridus* aduocatiam ſuper eundem locum obtineret uel ſi quiſ poſt eum in illa progenie maturior ętate exiſteret. Huius traditioniſ teſteſ idonei ſunt preſenti annotatione conſcripti *Maginf, Otto, Lanzo, Reinher, Walcŏn, Eggihart, Megingoz, Marquart, Berhtolt, Marquard, Reinher, Abrant, Henrich, Friderich, Hartwic, Rŏdiger, Arbo, Hiltibrant, Rŭpreht, Rŏdolf, Rŏdolf, Reinher, Iſingrim.* Inueſtiturę *Otto, Marquart.*

XCIX.

Nouerint omneſ catholicę fidei cultoreſ, qualiter quidam miniſterialium marchioniſ uocabulo *Dietmar* id eſt *grazzin* tradidit uineam ſuam *Hartberc* ſitam cum appendiciiſ ſuiſ in manum conſobrini ſui *Dietmari* tradendam ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę ſuorumque parentum abſolutione. Huius traditioniſ teſteſ idonei ſunt per aurem attracti *Walter, Etich, Dietmar, Rŏdiger, Durinc, Vdefcalc, Ŏdalrich,* alter *Vdelrich.* Inueſtiturę *Waltfrit.*

C.

Nouerint omneſ chriſtianę fidei cultoreſ, qualiter quędam uidua *mahttilt* dicta tradidit dimidium manſum in *ſilua anenſi* inter noſtra predia ſitum ad altare ſanctę marię ob remedium animę mariti ſui *Graſif* et parentum ſuorum abſolutione. Huius traditioniſ acciti ſunt teſteſ deſcriptione hac comprehenſi *Starchant, Richpolt, Rŏdolf, Gumpolt, Rŏdmar, Piligrimus, Adelramm.*

CI.

Nouerint fideleſ tam preſentiſ ęui quam futuro ſeculo ſucceſſuri, qualiter quidam nobiliſ *Meginhart* nomine predium

quoddam iuxta *biburc* ſitum ad altare ſanctę marię Garſten (tradidit) ob remedium animę ſuę parentumque ſuorum abſolutione. Huius traditionis teſtes ſunt per aurem attracti *Richpolt*, *Rôdolf*, *Rôtmar*, *Adelram*.

CII.

Nouerit omnium fidelium tam preſens ętas quam affutura poſteritas, qualiter quędam matrona uocabulo *truta* ſoror *Herrandi de ſtadilin* tradidit ad altare ſanctę marię Garſten partem ſalis ad *adimunti*, que ſui iuris erat cum filio ſuo *Eberhardo* inibi nutriendum (sic) pro remedio animę ſuę ſuorumque parentum abſolutione, Quam uidelicet portionem de prediis ſuis excepit, cum hęreditatem filiis ſuis diuiſit. Huius traditionis teſtes exſtant fideles hi ſcilicet *Abrant*, *Etich*, *Vdalrich*, alter *Ŏdalrich*, *Diemo*, *Gumpolt*, *Rôdolf* et alii.

Kurz. loc. cit. 527. Nr. 49.

CIII.

Memorię fidelium conmendamus, quod quidam *Richeruf* nomine de familiaribus Liupoldi marchionis cum licentia dominę ſuę ſcilicet marchioniſſę poſt obitum domini ſui tradidit manſum, quem dominus *Otacher marchio* ſibi pro fideli ſeruitio apud *Ramesowe* donauit ad altare ſanctę marię pro abſolutione animę ſuę ſuorumque parentum remiſſione. Huius traditionis teſtes acciti hac deſcriptione ſunt comprehenſi *Marquart*, *Dietmar*, *Engiſcalc*, *Walter* et alii.

CIV.

Nouerit uniuerſitas fidelium precio chriſti redemptorum, qualiter quidam nobilis uocabulo *Dietmarus de Rubinich* tradidit dominicale iuxta eundem fluuium ſitum in manum cuiusdam *marquardi* nobilis uiri tradendum ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę ſuorumque parentum abſolutione. Huius traditionis teſtes exſtant hac deſcriptione preſentes *Engilſcalc* frater iam dicti delegatoris, *Dietmarus* frater *maginis*, *Walto*, *Hiltibreht*, *Johannes*, *Friderich*, *Meginhart*, *Dieterich*, *Rôdolf*, *Piligrim* et fratres eius prefati defuncti Domni *dietmari* miniſterialis aliique quam plures, *Reginhart*, *Liebolf*.

Poppo, *Gotefrit*, *Madelgoz*, *Diepolt*, *Vdalrich*, alter *Ódelrich*, *Hagabran*, *Henrich*, *Pafrich*, *Billunc*, *Wolfpreht*, alius *Piligrim*.

CV.

Eadem die prefatuſ *Dietmarus* nobiliſ uir ſrater *Maginſ* tradidit ad idem altare ſanctę marię predium inferius iuxta *Rubinich* ſitum, quod domina *Gerdrut* filia patrui domni *Dietmari de Rubinich* nobis tradendum promiſit, ſed dum morte preuenta eſſet, prefatus *Dietmaruſ* ſecundum petitionem neptiſ tradidit eundem fundum in manum *Gotefridi de agiſt*, qui iterum in manum alterius *Dietmari* tradidit, cuius traditione huc uenit adhibitiſ teſtibus ſupra deſcriptiſ.

CVI.

Sub eadem hora prefati domini dietmari fideliſ quidam et domeſticuſ eius *Piligrim* uocabulo tradidit fundum quendam ſitum iuxta predium, quod dominuſ eius dedit ad prefatam ſanctę dominicę matriſ aram pro anima domni ſui et aliorum debitorum ſuorum abſque omni contradictione prefatiſ teſtibus magna ex parte adhibitiſ.

CVII.

Notum ſit uniuerſiſ ſanctę ęcleſię filiiſ, qualiter quidam *Marquardus* dictus de familiaribus Liupoldi marchioniſ tradidit predium iuxta *Bŏſenwanc* ſitum, ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę a marchione ſibi traditum noſtriſ poſſeſſionibus contiguum et molendino, quod ibi habuimus, conmodum. Huius traditioniſ teſteſ habentur euidenti deſcriptione preſenteſ *Gerhoch*, *Marquard*, *Dietmar*, *Ódalrich*, *Viſsil*, *Adelbero*, *Rĕdolf*, *Hiltibrant*, alter *Vdelrich*. Inueſtiturę *Marquart*.

CVIII.

Nouerint uniuerſi chriſtiana religione inſigniti, quod quidam *Gerloch* nomine eiuſ ſocius cum uxore et filio tradidit predium iuxta *Hilteprehtingen* ſitum *vieht* dictum ad idem altare ob remedium animarum ſuarum. Hęc traditio eadem hora celebrata prenominatiſ teſtibus firmatur.

CIX.

Nouerint cuncti chriſtiana religione inſigniti, qualiter quędam matrona relicta *Richeri* tradidit predium *Emilingin* dictum ad altare ſanctę marię ob remedium animę uiri ſui aliorumque utriuſque parentelę abſolutione additiſ tribus mancipiiſ. Huius traditionis teſtes idonei continentur hac pagina conſcripti *Hettil, Helmhart, Richer, Herrant, Richer, Otto, Hiltuwart, Adelbreh* (sic), *Erchinger, Gotefcalc, Adelbero.* Inueſtiturę *Hettil, Richer.*

CX.

Notum ſit cunctiſ chriſtianę religioniſ cultoribus, qualiter quidam *Hartwicus* nomine domeſticus Otacheri marchioniſ tradidit ad altare ſanctę marię fundum, quo et priuſ duoſ cum conditione dominicaliſ illius, quę (sic) iuxta ſita eſt, tradidit. Huius traditionis teſtes exſtant hac notificatione preſentes *Dietmar, Hartwic, Amile, Egilolf, Otwin, Razo, Rôtlant, Walrabo, Imizo.*

CXI.

Notum ſit cunctiſ chriſtianę religioniſ cultoribus, qualiter quidam de miniſterialibus Otacheri marchioniſ uocabulo *henricus de domechinſtein* tradidit predium *wicheriſdorf* dictum ſecus *prozath* caſtrum ſitum ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę et fratriſ ſui *Adelberoniſ* aliorumque debitorum ſuorum. Huius traditionis teſtes exſtant fideles preſenti deſcriptione notati *Walter, Rôdolf, Liutolt, Wielant, Heinric, Adelbero.* Inueſtiturę *Walter, Rôdolf.*

CXII.

Nouerit uniuerſitaſ chriſtianitatiſ, qualiter fratreſ iſti cambium fecerunt erga *Liutoldum willihalmiſburc prepoſitum* datiſ ſibi mutua uicciſſitudine mancipiiſ, quibus dotata eſt eccleſia *ſancti Ôdalrici* predio *Enginſtetin* ſitum dictum ea conditione, ut ſi ei eadem commutatio a *marchioniſſa* firmaretur, traditio inconuulſa permaneret. Huius traditionis teſtes idonei hac ſunt deſcriptione notati *Marquardus, Reginher,*

Wolfger, *Rôdolf*, *Hartwic*, *Reginhart*, *Arnhalmus*, *Dietmar*, *Friderich*, *Durinc*, *Heinric*.

Kurz. loc. cit. 525. Nr. 43.

CXIII.

Eadem hora predicti *Liutoldi* frater *Wolfherus* uocabulo partem predii, quam a *richero fratre waltonif* conparauit, tradidit uſu fructuario quoad uiuat conceſſo. Hoc etiam conteſtantur ſuperiorif traditionif teſtef.

CXIV.

Notum ſit cunctif ſancţe matrif ęccleſię filiif, qualiter quidam liber uocabulo *Adelolt* tradidit predium ad altare ſancţe marię iuxta fluuivm *wittraha* mancipiis poſſeſſum per manum *Herimanni* nobilif uiri. Huius traditionif teſtef hac ſunt deſcriptione per uocabula preſentef *Marquart*, *Piligrim*, *Rôdolf*, *Walrabo*, *Bruno*, *Dietmar*, *Bruno*, *Ôdalfcalc*.

CXV.

Omnium eſt fidelium memorie conmendandum, qualiter quidam nobilif uir prefati *Herimanni* frater tradidit predium in *rietmarche* ſitum ad altare ſancţe marię manu eiuſdem germani ſui. Hęc traditio prefatif eſt teſtibus firmata.

CXVI.

Nouerit omnium chriſti fidelium tam preſentif ęui numerofitaſ quam futuri ſeculi ſucceſſura poſteritaſ, qualiter quędam matrona uidua *Hugonif*, ſicut iuſtum et ipſe iam dudum nobiſcum tractabat, filium ſuum B. domino offerenſ predium, quod *chubilizi* dicitur, in orientali plaga ſitum huc ſtabiliuit tradenſ etiam uineam eadem hora in uilla contigua, quę uocatur *terna* cum appendiciif ſuif ſcilicet nouem iugeribus pro anima ſua et marito et amborum parentum. Hęc traditio tertia eſt una die a prefatif teſtibus celebrata *Bruno*, *Heriman*, *Piligrim*, *Marquart*, *Dietmar*, *Bruno*, *Ôdalfcalc*.

Kurz. loc. cit. 528. Nr. 50.

CXVII.

Nouerint uniuerſi fideleſ unico precio redempti, qualiter domnuſ *Heinricus friſingenſiſ epiſcopus* curtale unum ad *wahovve* tradidit cum duobus mancipiiſ per manum legatoriſ ad altare ſanctę marię hęreditario ſibi iure traditum. Huius traditioniſ teſteſ idonei exſtant preſenti annotatione deſcripti *Dietmar, Eberharduſ, Hetil, Richer, Erchinger, Eggiharth, Marquart.*

CXVIII.

Eadem hora dominuſ *Helmharduſ* pro matre ſua *Helena* ipſa die ſepulturę conmendanda tradidit ad altare ſanctę marię predium iuxta *nezzilpach* ſitum illi predio contiguum, quod prius pro fratre W. in monaſterio nobiſcum degente delegauit. Huius traditioniſ teſteſ idonei exſtant *Bruno, Erchinger, Eggihart, Marquart, Dietmar.*

CXIX.

Nouerint cuncti chriſtianitatiſ titulo inſigniti, qualiter quidam de familiaribus Otacheri marchioniſ uocabulo *Rahawin* tradidit predia ſua iuxta fluuivm, qui *wiztrah* dicitur, ſita ad altare ſanctę marię *Garſten* ea conditione, ut fratribus ibidem deo ſeruientibus in uſum neceſſitatiſ perueniant. Hęc traditio hiſdem teſtibus firmatur, quibus et ſuperior.

CXX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, qualiter quidam *Gruzil* dictuſ cum uxore ſua *Azila* tranſmiſerit uineam per manum domni *Berhtoldi* abbatiſ deo et ſanctę marię more urbanorum ob ſalutem omnium fidelium ſuorumque parentum et a ſubſcriptiſ teſtibus confirmauerit, quorum nomina hec ſunt *Vto, Reginbertus, Ŏzo, Durinc, Berhtold, Hartunc, Ŏdalrich, Heinrich, Dietmar, Helmhart, Heriwic, Hetil, Meginhart.*

CXXI.

Notificamus omnibus deo et proximo fidem ſeruantibus, qualiter *Otacher marchio*, qui romę ſitus eſt, rogatu *Wolfgangi* hic quondam parrochiani et *Erchingeri* patriſ *Abrant*

tradidit huic ęcclęſię Garſtenſi ſiluam contiguam tranſ aneſim, quę traditio patrata eſt per manum *marchioniſſę Williburgę*. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Dietricuſ, Etich,* nobileſ uiri. De familiaribus *Dietricus, Hartwicus, Erchingerus* et alii. De capite *danbach* uſque ad *winterůbe* et ita inferius in directum uerſuſ auſtrum in amnem, qui dicitur *danbach*, et ita de capite *můlibach* uerſus ſeptentrionalem plagam in rectitudine uſque ad caput *frůznicha.*

CXXII.

Notum ſit omnibus chriſtianę fidei (sic) imbutiſ, quia quidam miniſterialium Otacheri marchioniſ uocabulo *Gerunc* tradidit pratum in *Karinthia* ad *ſtutarin* ad altare ſanctę marię *Garſtin* ob remedium animę ſuę parentumque ſuorum. Ob hoc attracti ſunt teſteſ *Babo, Vdalrich, Herrant, Wernher, Durinc, Marquart, Hadimar, Siboto, Billunc, Altman, Hartwic.* Inueſtiturę hidem teſteſ. Per eoſdem teſteſ confirmatum eſt predium, quod quidam *Babo* dictus tradidit ad altare ſanctę marię ſibi traditum poteſtatiua manu a quodam *Henrico* ſitum *Alcingin.*

CXXIII.

Nouerit uniuerſitaſ chriſti fidelium tam preſenſ ętaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter quidam nobilis *Otto* nomine traditionem predii *eiglarin*, quam frater eiuſ *Marquarduſ* pridem ad altare ſanctę marię premiſſa iuramenti interpoſitione celebrauit, pro nichilo reputanſ reſpuit et idem dominicale ſe ante erga frater (sic) coemiſſe affirmauit. Quod fratreſ noſtri poſtea in preſentia marchioniſſę et familiarium eius prenominata pecunia conparauerunt.

CXXIV.

Notum ſit cunctiſ ſanctę ęcclęſię filiiſ, qualiter quidam *Meginhart* uocabulo tradidit uineam *Willihalmeſburc* ſitam ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę et parentum abſolutione abſque omni contradictione. Huius traditioniſ teſteſ

fideleſ uocati ſunt per uocabula *Ôdeldalger*, *Heinrich*, *Reginher*, *Liutolt*, *Liupold.*

CXXV.

Nouerit tam preſenſ fidelium ętaſ quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter filia *Vdalrici de willehern* poſt obitum eius cum matre ſua firmauit eam traditionem, quam *Adelrammus de berge* pro anima auunculi ſui *Ernſt* ante celebrauit. Huius traditioniſ teſteſ ſunt plureſ *Maginſ*, *Bruno*, *Walter de lenginbach*, *Adelbero de bollinheim* et filius eiuſ *Vdelricus*, *Helmhart*, *Marquart.*

CXXVI.

Nouerint cuncti catholicę fidei religione decorati, qualiter *Bertholdus* nobiliſ uir iheroſolimam profecturus tradidit predium tranſ danubium ſitum *hereuurt* dictum ad altare ſanctę marię Garſten. Huius traditioniſ ſunt teſteſ qui et ſuperioriſ.

CXXVII.

Nouerint omneſ chriſti fideleſ tam preſenſ ętas quam ſucceſſura poſteritaſ, qualiter quędam matrona uocabulo *Friderun* tradidit ad altare ſanctę marię ob remedium uiri ſui *Hadeberti* tunc nouiter defuncti duaſ uineaſ loco, qui dicitur *Hônberc* ſitas. Huius traditioniſ perpetualiter ita permanentiſ teſteſ ſunt hi per aurem attracti *Vdalricus de haſperbach* germanus predictę matronę, *Wernher*, *Liebolf* eiuſ familiareſ, *Richer de iphe*, *Bruno* mileſ eiuſdem, *Cônradus grachurſn*, *Erchinger de wolfare*, *Durinc*, *Gerunc de enfetal*, *Billunc*, mileſ noſter, *Arnhalm*, *Durinc de golſleginhart*, *Berhtoldus Wezil.*

CXXVIII.

Notum ſit cunctiſ unda baptiſmatiſ perfuſiſ, quod quidam familiariſ marchioniſ nomine *Reinherus*, ob remedium animę uxoriſ ſuę *Helenę* delegauit ad altare ſanctę marię manſum unum adiacentem riuo *nezzilbach*; ac eadem hora tradidit duo mancipia, ut annuatim quinque denariorum cenſum perſoluant.

Hę traditionef ut omni contradictione careant, hi teſtef per aurem ſunt attracti *Bruno* ſenex, *Arnhalm* filius, *Bruno* iunior, *Ôdalfcalc*, *Hucher*, *Dietericus*, *Durinc*, *Hartunc*, *Adelbertus*, *Bruninc*.

CXXIX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, qualiter quidam nobiliſ uir nomine *Enzman* conſenſu filii ſui *Reginhardi* tradidit predium ſuum ſuper altare ſanctę marię. Huius rei teſtef ſunt *Otto*, *Vto*, *Rôdolf*, *Wicpreht*, *Reginboto*, *Bertholdus*, *Sigiboto*, *Reginhart*, *Hartwic*, *Heriwic*, *Hademar*.

CXXX.

Nouerint omneſ in chriſtum credenteſ, quod quidam nobiliſ uocabulo *Arnolt* predium ſuum ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit. Huius traditioniſ teſtef ſunt *Marquart*, *Otto*, *Vto*, *Rôdolf*, *Bernger*, *Gundacher*, *Ôdelrich*, *Reginhart*, *Wolfram*, *Heriman*.

CXXXI.

Nouerint omneſ catholicę fidei cultoreſ, quod quidam *Hadamarus* nomine quoddam predium ſuper aram ſanctę marię Garſte tradidit. Huius rei teſtef ſunt *Sigiboto*, *Hademar*, *Dietmar*, *Berhtold*, *Reginhalm*, *Rôdolf*.

CXXXII.

Notum ſi cunctiſ fidelibus, quod *Adalharduſ* et *Walcôn*, predium ſuper altare ſanctę marię delegauerint. Huius rei teſtef ſunt *Reinherus*, *Heziman*, *Reginhart*, alter *Reginhart*, *Eberhart*, *Amelpreht*, *Waltmannuſ*, *Imizo*, *Piligrim*.

CXXXIII.

Notificamus cunctiſ eccleſię filiiſ, quod quidam de familiaribus marchioniſ uocabulo *Berhtoldus* tradidit ad altare ſanctę marię predium, quod interiacet *zucha* et *wittra*, ob remedium animę parentum ſuorum pariterque impredíendum (sic) ueſtimentum matri ſuę, quę poſtea renuntiauit ſeculo. Huius

traditionis teſtes ſunt per aurem attracti *Hetil*, *Wolfram*, *Wigant*, *Berhtoldus*, *Marquart*, *Siboto*, *Cůnradus*.

CXXXIV.

Nouerint tam preſentis ęui ſuperſtites quam ſucceſſurę poſteritatis hęredes, qualiter domnus *Walterus parrochianus ſirnicha* tradidit predium ſuum, quod ſitum eſt *machlant*, in manus *Adelrammi de berge* ad tradendum ſuper altare ſanctę marię garſten ob remedium animę ſue et parentum ſuorum. Quod et ita factum eſt. Huius rei teſtes ſunt *Berhtoldus de tőmbrunnen*, *Dietmarus de ageſt*, *Eberhardus de marbach*, *Dietmarus*, *Radeboto*, *Otacher*, *Herbort*, *Heinrich*, *Dieterich*.

CXXXV.

Notum ſit omnibus fidei cultoribus, qualiter quidam de miniſterialibus marchionis Otacheri iuniores nomine *Berhtoldus* quoddam predium, quod *Bůſenwanc* ſitum eſt, ſuper altare dei genitricis marię potenti manu tradidit. Huius rei teſtes ſunt *Reginheruſ*, *Erchingeruſ*, *Durinc* cum tribus filiis ſuis, *Hartunc*, *Vůalrich*, *Gerunc*, *Dietmar*.

CXXXVI.

Notificamus etiam cunctis fidelibus, qualiter prefatus *Berhtoldus* eadem die quendam de ſuis familiaribus nomine Wolframmum et ſororem ſuam mathilt cum uxore ſua pari nomine mahtilt dicta quatuor liberis eorum aſſumptis ſcilicet marquardo, Heinrico, Wirat, Berhta cum predio quodam ad ius miniſteriale potenti manu ſuper predictum altare delegauit et per priores teſtamenti teſtes id ipſum confirmauit. Vtrumque autem teſtamentum, ſi idem aut in bello iheroſolimis occubuerit aut ſine legitimo hęrede ab hac uita receſſerit, ratum erit.

CXXXVII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quędam *Giſila* quoddam predium in *ſeptentrionali ſilua* ſitum ſuper altare ſanctę marię potenti manu tradidit. Ad hoc autem confirmandum

hi ducti ſunt in teſtimonium uidelicet *Heinricus de halla, Sigifridus* filius *helmhardi, Reginher* noſter coquuſ, *Rûpertuſ, Ebergeruſ, Wecil.*

CXXXVIII.

Nouerint omneſ tam futuri quam preſenteſ, qualiter quidam uocabulo *Heinricus* quoddam pratum in eiſdem partibus ſitum ſuper idem altare potentialiter delegauit et ſub precedentiſ teſtamenti teſtibus ſequenſ ſtabiliuit ſcilicet *Heinrico de halle* et ceteriſ.

CXXXIX.

Notificamus cunctiſ chriſti ſanguine redemptiſ, qualiter *otacher de ſlierbach* cum coniuge ſua *Piligart* quoddam predium iuxta *chimperge* ſitum ob remedium omnium fidelium ac filii ſui eadem die ſepulti ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Berngeruſ* frater eius *de cappelle, Durinc wiph* et filius eius *Vdelrich, Cunradus, Berthold, Wolfolt, Waltman.*

CXL.

Notum ſit cunctiſ ſanctę matriſ ęccleſię filiiſ, qualiter quidam urbanus de *chremiſa* nomine *Egil* aſſenſu coniugiſ ſuę uocabulo *Richilt* uineam per manum domni *Sigehardi abbatiſ tunc prouiſoriſ Garſtenſiſ monaſterii* ſuper altare ſanctę marię ſecundum legem urbanorum potenti manu tranſmiſit. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Berhtolt, Rabboto, Sigifrit, Rêdmar, Friderih, Macelin, Wolfger, Wiſint, Nizo, Cônrad, Friderih, Ortwin, Berhtolt, Rêdolf, Vdalrich, Sigifrid, Ôdalrich.* Ipſe autem predictuſ domnus abbaſ in eiuſdem teſtamenti ſtabilimentum ſinguliſ teſtibus obtulit denarium, quatenus ſpe celeſtiſ denarii, dum in hac uita maneant, ueritatem ſemper defendant.

CXLI.

Pateat cunctiſ hac occidua uita functiſ quendam miniſterialium marchioniſ *Ottonem* nomine potenti manu delegaſſe quoddam predium *Liumtingin* ſitum ſuper altare ſanctę marię. Huius

rei teſtef ſunt *Wolfram, Wernhart, Rȫpreht, Helmhart, Marquart, Vdelrich, Etich, Odalrich, Baldemar, Friderich, Degenhart, Gotefcalc, Werigant, Meriboto, Sigeboto.*

CXLII.

Nouerint omnef chriſtianę religioniſ cultores, quod quidam *Egilolfus* nomine predium quoddam ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit. Ipſe uero aliud predium ęcclefię a domno *abbate Sigehardo* quaſi loco concambii ſuſcepit. Huius rei teſtef ſunt *Etich, Degenhart, Vdalrich, Gunthart, Rȫtlant, Friderich, Cunrad, Heinrich, Gundolt, Waltrich, Walrabo.*

CXLIII.

Notum ſit omnibus, quod quidam nomine *Benzo de nortwalde* quoddam pratum ſuper altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę omniumque parentum ſuorum potenti manu tradidit. Ad hanc rem confirmandam hi teſtef introducuntur *Etich, Wolfger, Bero, Waltman, Wichard.*

CXLIV.

Memorię fidelium conmendamus, quod quidam de *enſetal* quoddam predium ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit. Huius traditioniſ teſtef ſunt idonei preſenti deſcriptione notati *Marquardus, Etich, Heinrich, Rahewin, Gerunc, Egil, Rȫdolf.*

CXLV.

Cognoſcant omnef caritate diuina feruenteſ, quod quidam nomine *Sigeboto* cum uxore ſua *hiltigunda* quoddam predium apud *enſewalde* ſitum ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit ſet ea conditione, ut quamdiu ipſi cum filiabus eorum uidelicet *helwich* et *adelheit* in hac uita permaneant, idem predium uſu fructuario poſſideant et ob memoriam eiuſdem traditioniſ annuatim decem denarioſ prepoſito fratrum offerant. Si autem ſine heredibus tranſeant, predictum predium in annonam

fratrum deo hic ſeruientium ſine contradictione derelinquant. In huius teſtationiſ argumentum hi introducuntur in teſtimonium ſcilicet *Erchinger de enſewalde* et filius eiuſ *Erchinbolt, Vdelſcalc, Dietricus, Lantfrit, Rôtmar, Hiltibolt* et *Egil,* alter *Rôtmar, Heinrich.*

CXLVI.

Notificamus cunctiſ eccleſię filiiſ, quod quidam de miniſterialibus Otacheri marchioniſ nomine *Henricus de Rameſowa* quoddam predium ſuper altare ſanctę marię potenti manu tradidit. Huius traditionis teſteſ ſunt *Reginher, Marquart, Etich, Durinc* cum filiis ſuis *vdalrico* et *heinrico, Otacher, Dietericus, Ôdelſcalc*, alter *Dieterich.*

CXLVII.

Nouerit uniuerſitaſ chriſtianitatiſ, qualiter quidam *Bruno* nomine, qui cum aliiſ iheroſolimam perrexit, per manuſ *Dietmari* quoddam predium *theſilberge* ſitum potenti manu ſuper altare ſanctę marię delegauit. Huius rei teſteſ ſunt *Gundacher* aduocatus, *Degenhart, Piligrim.*

CXLVIII.

Nouerint omneſ in chriſtum credenteſ, quod quidam nomine *Vdalricus* filiuſ *Duringi* ob remedium animę uxoriſ ſuę *Gifelę* quoddam predium ſuper altare ſanctę marię potenti manu tradidit. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Reginher, Arnhalm, Heinrich, Hiltiprant, Goteſcalc, Friderich, Franco.*

CXLIX.

Notum ſit omnibus chriſtianę religioniſ cultoribus, quod quędam miniſterialiſ otacheri marchioniſ *ita* nomine per manum *henrici* filii *vdalrici* eadem die, qua filium ſuum ad dei ſeruitium obtulit, ſuper altare ſanctę marię quoddam predium potenti manu delegauit. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Heinrich* filius *vdalſcalci, Etich. Francho, Wichart. Rôdeger.*

CL.

Notum ſit cunctis fidelibus, quod quidam miniſter otacheri marchioniſ *Adelbero* nomine abdicauit quoddam predium apud *bûchin* ſitum. Huius rei teſteſ ſunt *Gundacher* aduocatus, *Vdalricuſ, Bernger, Berhtold, Cûno.*

CLI.

Nouerint omneſ chriſtum colenteſ, quod quędam nobiliſ matrona nomine *Giſila* cum filio ſuo nomine *Ottone* quoddam predium apud *zeteiſdorf* ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit. Huius rei teſteſ ſunt *Wolfram* mileſ eorum, *Gumpold, Raboto, Werigant, Harmŏt, Egilo, Dietmar, Dietericuſ, Wicman, Gunther.*

CLII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam miniſter Otacheri marchioniſ nomine *Heidinricuſ* clericuſ duo predia unum quidem iuxta *capellen* aliud uero apud *lenginowe* ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit ipſaque de manu *abbatiſ Sigehardi* loco beneficii uſque ad terminum uitę ſuę recepit. Huius rei teſteſ ſunt *Dietmaruſ de cherſberg, Reginher, Friderich* et frater eiuſ *Raffolt, Marquart, Rŏgger,* alter *Marquardus.*

CLIII.

Notum ſit omnibus in chriſtum credentibus, qualiter quidam miniſter marchioniſ Liupoldi nomine *wicpreht* quoddam predium apud *wiztrah* per manuſ *etichoniſ* aduocati ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit. Huius rei teſteſ ſunt *Vecil* et filius eius *Rŏdegerus* faber et *Hartnith* frater eius, *Piligrimus, Gunther, Volcmaruſ.*

CLIV.

Notificamus eunctiſ chriſti ſanguine redemptiſ, quod quędam miniſterialis *Brigida* nomine cum filio ſuo *Marquardo* delegauit quoddam predium apud *Bŏſinwanc* ad altare ſanctę marię. Huius

rei teſtef ſunt *Hugo de brunaren, Vdalricus prepoſituſ, Reginher, Friderich, Etich, Adalram, Jannef.*

CLV.

Noſcat poſteritaſ et preſenſ quęlibet ętaſ *Bernoldum* quendam abſque omni contradictione potenti manu tradidiſſe ſuper altare ſanctę marię partem predii ob remedium animę ſuę. Huius traditioniſ teſtef ſunt idonei per aurem attracti *Rŏpertuſ, Ŏdalricus, Egilo, Harttunc, Ger, Dietrich, Richmar, Imizo, Hartnith, Ortolt.*

CLVI.

Chriſticoliſ cunctiſ celeſti dogmate functiſ pateſcat, qualiter quidam miniſter marchioniſ nomine *Berhtoldus pulcher* delegauit predium *Bŏſenwanc* ſitum conſenſu uxoriſ et filii ſui *henrici* ob remedium animę ſuę ſuper altare ſanctę marię Vt autem hęc traditio inconuulſa permaneat, attracti ſunt hi teſtef *Heinricuſ lanzinberc*, Ipſe *Berhtoldus, Dietmaruſ, Engelſcalc* et frater eiuſ *Sigehart, Poppo, Diemo, Degenhart, Henrichuſ.*

CLVII.

Noſcat poſteritaſ chriſtianorum, quod quidam ſacerdoſ *Egino* nomine per manum *Adelberti*, qui miniſter erat ducif, tradidit duo predia ſuper altare ſanctę marię pro remedio animę ſuę ſuorumque parentum Ea tamen conditione, ut filius eiuſ *walcŏn* eadem predia uſu tantum fructuario uſque ad terminum uitę ſuę poſſideret. Huius adhibiti ſunt teſtef idonei *Marquart de petra, Walchŏn* filius *eginonis, Pilgrim, Durinc, Walrabo, Erchinger, Rŏdolf.*

CLVIII.

Notum ac certum eſſe cupimus omnibus in chriſto, quod quędam mulier nomine *friderun* tradidit abſque omni contradictione predium ſitum *Rŏzelineſdorf* et *Liumetingen* ſuper altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę. Huius traditioniſ teſtef ſunt *Reginher, Deginhart, Salman de danubio, Wernher* ſocer eiuſ.

CLIX.

Notum ſit cunctiſ, quod quędam nobiliſ matrona *Iburch* appellata cum filiiſ ſuiſ, quorum unuſ dicitur *Boto* ſet alter *Abrant*, quoddam predium *Curnberc* ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit ſeruato tamen ſibi uſu fructuario uſque ad terminum uitę ſuę. Huius rei teſteſ ſunt *Heinricus de lanznberc*, *Reginher*, *Boto* et frater eius *Abrant*, *Rôdolf* uir eiuſ, *Durinc de enſewalde*, *Hiltibrant*, *Vdalricus* filiuſ *During*, *Egilo*, *Eberhardus*.

CLX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quędam domna nomine *Berhta* per manum cuiusdam miniſterialiſ, qui dictuſ eſt *boto*, quoddam predium in *enſewaldi* ſitum potenti manu delegauit. Huius rei teſteſ ſunt *Heinricus de lanzenberc*, *Reginhart*, *Boto*, *Walrabo*, *Friderich*, *Gundacher* uenator.

CLXI.

Pateat omnibus chriſti fidelibus, quod quędam domna nomine *Brigida* per manum filii ſui *Marquardi* quoddam predium iuxta *bôſenwanc* ſitum ſuper altare ſanctę marię delegauit. Huius teſteſ ſunt *Reginher de petra*, *Etich de dunzingen*, *Degenhart*, *Rôpreht*, *Diemo*, *Werinhardus*, *Heinrich*, *Sibrant*, *Werigant*, *Marquart*, *Eiglo*.

CLXII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, qualiter treſ fratreſ nobileſ ſcilicet *Adelbero*, *Swicger*, *Bero* quoddam predium iuxta *viuſtriza* potenti manu ſuper altare ſanctę marię tradiderint. Huius rei teſteſ ſunt iſti *Wolfber* gener *Adelberoniſ*, *Sigifrit* magiſter uillę, *Gunther*, *Sifrit*, *Wolfger*, *Marquart* cęcuſ, *Hademar de enſetal*, *Sigeboto* filius eiuſ, *Berhtoldus* frater *adelfridi*. Terminus autem eiuſdem predii hic eſt A paruo cacumine montiſ uſque ad plateam ab antiquiſ exaltatam totum predium

ad nos pertinet, Set a uia hac usque ad finem predii due partes tantum ad nos pertinent, terciam enim partem predictus *Adelbero* excepit.

CLXIII.

Notum et certum esse uolumus tam presenti etati quam successure posteritati, qualiter domnus *Alrammus de steinbach* uineam loco pignoris sibi positam a *Hugone de welfe* tradidit super altare sancte marie ob remedium anime sue eo tenore, ut post obitum ipsius et cognati eius *Gundacheri* in ministerium fiat fratrum inibi famulantium. Hec uero traditio ut rata et inconuulsa permaneat, in testimonium ducti sunt isti *Richer, Arnhalm, Bernger, Alram, Warmunt, Berhtolt,* alter *Berhtold, Hugo, Degenhart, Otto, Gotescalc, Durinc* et filii eius, *Helmhart, Selpger, Friderich, Marquart, Boto, Sigeboto.* Ipse autem *hugo* uolens redimere predictam uineam aut duo filii eius, redimant uiginti marcis bene ponderati argenti et quinque talentis et totidem solidis.

CLXIV.

Notum sit omnibus christi fidelibus, quod quidam de ministerialibus nomine *Arnhalmus de gluniche* quoddam predium, quod de manibus *Vdelscalchi* et filii eius *Gebehardi* ac filie eius *fuanehilt* loco fidei susceperit, pro petitione eorum in manus *marchionis Otacheri iuniores de styra* tradendum deo et sancte marie quorundam constrictus iuramento delegauit. Predictus igitur *marchio* idem predium deo et sancte marie potenti manu tradidit. Huius traditionis testes sunt *Engilschalc de huniberc, Heinricus filius Wernhardi de iulbach, Cönradus filius hainrici de husrucče, Richer, Hartnith, Gundacher, Rvdolf.* Cum autem paulo post uidua predicti *Gebehardi* et filius eius super idem predium conquerentur, predictus marchio querimonium coram coram ministerialibus suis prudenti consilio terminauit uidelicet coram *Richero, Hartnido* et *Billungo* aliisque quam pluribus Scilicet, ut ipsi predium usque ad uite sue terminum usu fructuario possideant et post hec absque omni contra-

dictione poſt obitum eorum in prebendam fratrum inibi deo ſeruientium relinquant.

CLXV.

Notum ſit omnibus in chriſtum credentibus, quod quidam nobiliſ uir nomine *Herimannus* cum manu uxoriſ ſuę *Gerdrudiſ* duo predia ultra danubium ſuper altare ſanctę marię potenti manu tradidit. Huius rei teſteſ ſunt *Reginher, Piligrim, Vdalricus* et filius eiuſ *Fridericus, Etich, Fridericus* et filius eiuſ *Durinc, Heinricus* filius *Duringi,* Et familia teſtatoriſ *Rôdolf, Hartwic , Marquart.*

CLXVI.

Nouerint omneſ chriſtum credenteſ, quod quidam de miniſterialibus marchioniſ nomine *Dietmarus de cherſberc* quoddam predium poſt obitum ſuum ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit. Huius rei teſteſ ſunt *Degenhart, Berhtolduſ pulcher, Diemo, Henrichus de lanzenberc, Lantfrit, Helmbreht* filius eiuſ.

CLXVII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quędam *Gerun* uxor *Reginfridi* tradidit quoddam predium in *rietmarche* ſitum ad altare ſanctę marię. Huius rei teſteſ ſunt *Dietmaruſ, Rôdolf, Woluolt* conciueſ ſui, *Hartunc* coquuſ.

CLXVIII.

Omnibus chriſti cultoribus ſignificandum duximus, qualiter *Otacher marchio* tradidit ęccleſię ſanctę marię Garſte *capellam hafelbach* cum omni dote in *winchel*, inſuper duo curtilia, pro remedio animę miniſterialiſ ſui *Ottoniſ* occiſi, et hoc cum petitione matriſ prefati ottoniſ. Hęc traditio facta eſt in caſtro *ſtyre* in frequentia miniſterialium ſuorum.

Kurz. loc. cit. 488. Nr. 17.

CLXIX.

Nouerit uniuerſitaſ chriſtianitatiſ, qualiter quidam de miniſterialibus Otacheri marchioniſ de ſtyra *Volcholdus* nomine in

obitu ſuo delegauit in manum conpariſ ſui *Arnhalmi de volchenſdorf* tale predium, quale habuit *wiztraha* cum omnibus ad ſe pertinentibus delegandos (sic) ſuper altare ſanctę marię in loco *Garſten* pro remedio animę ſuę. Quod et factum eſt coram ipſo patre illius domno *Gunthero*. Huius traditionis teſtes idonei hac continentur deſcriptione notati. Ipſe *Arnhalmus*, *Dietmarus de cherſperge*, *Boto*, *Vdalrich*, *Cadelhoch*, *Engelſcalc de egilbach*, *Lantifrit* frater eius, *Friderich*, *Hademar*, *Dieterich*, *Diethart*.

CLXX.

Notum ſit cunctis chriſtianę religionis cultoribus, qualiter quidam de miniſterialibus Otacheri marchionis uocabulo *Berhtoldus de Gluniche* tradidit predium *Suderſtorf* dictum ſecus *wiggerſtorf* ſitum ad altare ſanctę marię ob remedium animę ſuę et uxoris eius *Gerdrudis* aliorumque debitorum ſuorum. Huius traditionis teſtes acciti hac deſcriptione ſunt comprehenſi *Reginher de petra*, *Dietmar de cherſperg*, *Heinrich de lanzberc*, *Degenhart*, *Engilſcalc*, *Sigehart* frater eius, *Rôpreht* eccus, *Rôdolf de dûdich*.

CLXXI.

Opere precium duximus innoteſcere omnibus uiuentibus, qualiter quidam *Berhtolf de otinſdorf* miniſter marchionis de ſtyra delegauit ſuper altare ſanctę marię Garſte tale predium, quale habuit in predicto loco, poſt mortem ſuam ob remedium animę ſuę ac parentum ſuorum. Huius rei teſtes ſunt *Dietmar*, *Degenhart*, *Boto*, *Friderich*, *Werigant*, *Berhtoldus*, *Alram*, *Arnolt* et alii plures.

CLXXII.

Omnibus chriſtianis notum ſit, qualiter quędam domna *Chriſtina* nomine uidua *hugonis de brunnaren* delegauit in manum *Gundacheri de ſtyra* tale predium, quale habuit apud *Biberbach*, ad conſeruandum ſibi et filiis ſuis. Domnus uero *Guntheruſ abbaſ* loci noſtri conparauit illud ſexto dimidio talento. Qui predictus *Gundacher* rogatu ipſius uiduę delegauit idem predium ſuper reliquias ſanctę marię in urbe *ſtyra* coram ipſo abbate et

aliiſ multiſ. Huius rei teſteſ ſunt hi *Gundacher de ſtyra, Helmhart* frater eiuſ, *Bobbo de grünburc*, *Meginpreht, Cůnrat* et frater eiuſ *Adelbertus*, *Leo clericus* frater *hugoniſ*, *Friderich* uenator et filiuſ eius *Durinc*, *Rôpertuſ* cęcuſ, *Winither*, *Rôdiger*, *Wizilo*, *Engilbertus clauiger* et *Otto* cocuſ.

CLXXIII.

Notum ſit omnibus ueritatiſ amatoribus, qualiter quędam matrona nomine *Ahait de ſteinbach* mater domni *Ortolfi* et *Haidenrici* quandam curiam allodii ſui in *luchendal* ſitam deſiderio ſuperną patrię matri dedit marię. Quam curiam *Haidenricuſ* filius matre iam defuncta Garſtenſi monaſterio potenti manu et legitima traditione coram fidelium frequentia donauit eamque rurſuſ in beneficium tali conditione promeruit, ut poſt ipſiuſ mortem idem predium ęccleſię cederet prorſus in poſſeſſionem.

CLXXIV.

Ne poſterorum deſtituatur ignorantia uel leuitate, quod preceſſorum (sic) compoſitum eſt diligentia et probitate, noſ uniuerſitati fidelium ratum eſſe cupimus atque cognitum legitimum quoddam et ſtabile concambium, quod factum eſt inter ęccleſiam *Garſtenſem* et *marchionem ſtirenſem*. Igitur idem *marchio Otacher* ſuſcepto a congregatione predio, quod *Richeneich* dicitur, quodque regali traditione in uſum uenienſ et proprietatem ęccleſię multiſ anniſ fratrum ſeruierat neceſſitatibus impulſatum; hoc inquam exceptiſ duobus beneficiiſ cuidam tunc engilſcalco a fratribus uel abbate conceſſiſ ſuſcepto ipſe e contra predium ſitum *Francheberge* dictum cum mancipiiſ ibidem manentibus et manſum unum iuxta *hafelbach* ſitum eiuſdem ęccleſię utilitatibus deſignauit coramque ſubſcriptiſ teſtibus libera traditione confirmauit. Affuerunt *Adelbertus de berge, Adelram de urlle, Adelram de Ôſterriche, Bernger, Otto, Dietmar,* alter *Dietmar, Meginhart de iphe, Rôdolf, Reginhart, Marquart, Berhtold, Adelbreht.*

Kurz. loc. cit. 524, Nr. 41.

CLXXV.

Omnibus chriſti fidelibus deum fide, quę per dilectionem operatur, querentibus tam preſentibus quam futuriſ notificare cupimus,

qualiter quidam *Macelinuſ* nomine tradidit unam (uineam) apud *chremeſe* ęcclefię ſanctę marię Garſte pro remedio animę ſuę. Huius traditionif teſtef ſunt, quof tam ſecundum iuſ loci quam caritatif ſingulof ſub tribus denariis attraximus, Quorum nomina hec ſunt *Mahtfrid, Egilo, Marquart, Eppo, Durinc, Adelbertus, Meinhart, Wicman, Eber.* Hęc nomina teſtium *Offo, Helmpreht, Hageno, Eberleu, Eppo, Berhtolt, Wolfgoz, Heinrich, Engilſcalc, Walter, Hartwic, Gundacher, Vdelrich, Herebort, Heinrich, Walter.*

CLXXVI.

Ne uileſcat in poſterum omnium pateant aureſ fidelium, qualiter *Meginharduſ* uinitor noſter in *chremeſa* uineam unam ſecundum traditionem patriſ et matriſ ęcclefię ſanctę marię Garſte poſt terminum uitę ſuę in preſentiarum matriſ et coniugiſ, fratrum et amicorum ſuorum (tradidit). Hęc traditio tranſmiſſa eſt ad cenobivm Garſte per *marchionem procuratorem* noſtrum coram teſtibus, quorum ſubter notare nomina decreuimus *Hunolt, Rôdolf, Becel, Sigeher, Engilſcalcus.*

CLXXVII.

Omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus notificamus, qualiter quidam nobiliſ uir *Theodericuſ de Adelgerefbach* tradidit ęcclefię ſanctę marię Garſte *ęcclefiam berge* ſitam cum omni iure dotiſ ſcilicet hominum et agrorum ob remedium animę ſuę et parentum ſuorum. Quod autem traditio iſta rata ſit et inconuulſa teſteſ attraximus, quorum nomina ſubter notare decreuimus *Gundacher de ſtyra, Bobbo de Grûninburc, Heinrich bolan, Dieterich, Engilſcalc, Degenhart, Biligrin, Heriman de enſe, Gerhoch* et filius eius, *Engilſcalc, Bernhart, Liutholt, Wernher* et frater eiuſ *Hartman, Rôdiger.*

CLXXVIII.

Notum ſit omnibus chriſti cultoribus, qualiter *Dietmaruſ halmile* per manus *Gundacher de ſtyra* tradidit ęcclefię ſanctę marię Garſte predium *eicha in enſetal* ſitum, quę traditio pul-

ſata eſt a quodam *Gebolfo* et a fratribus Garſtenſibus per ſuſceptionem pueri prenominati Gebolfi ſoluta. Et ut imperpetuum ſit inconuulſa, hiſ teſtibuſ eſt confirmata *Adelbero, Gebolf, Walcôn, Gerloch, Hademar, Gerrich, Bero, Meginhart, Eberhart, Cûnrat*, alter *Cônrat.*

CLXXIX.

Omneſ chriſti fideleſ ſcire cupimuſ tam preſenteſ quam futuroſ, qualiter quidam *Fridericuſ* nomine inbeneficiatus marca una et dimidia delegauit ęcclesię ſanctę marię Garſte prediolum in *enſetal* ſitum ſub teſtimonio teſtium ſubſcriptorum *Hademar, Gerrich, Heinrich, Bero, Diebarh* (sic), *Zverich, Reginhalm, Rôdiger.*

CLXXX.

Nouerint cuncti uniuerſaliſ matriſ ęcclesię filii, qualiter quędam matrona *Hiltegardis* nomine et filius eiuſ *Vdalricuſ de Iphe* tradiderit pro remedio animarum ſuarum omniumque parentum ſuorum curtim ſubſellii ſui in *iphe* uilla per manum domnę *marchioniſſę* filiique eiuſ ad altare ſanctę marię in Garſtenſi cenobio fratribus inibi deo famulantibus cum pratiſ et molendino et ſiluarum arbuſtiſ ceteriſque appendiciiſ longe uel prope poſitiſ. In *auſtria* uero ex una parte riui *Golſena* nomine dicti curtim unam et ex altera parte eiuſdem riui curtim alteram cum nouem beneficiiſ ſuiſque appendiciiſ, infra *ſuarcenbach* et *búchenbach* uſque ad *petroſum parietem* longe uel prope poſitis nec non et uineam apud *willehalmeſburch* et duaſ uineaſ in monte *eichberc.* Teſteſ autem traditioniſ huius per aurem attracti ſunt ſubſcripti Scilicet *Marchio diepolduſ de voheburc, Albertus comeſ de Rebowe* (sic), *Berngerus de capella, Gundacher de ſtyra, Billunc, Ludewic de ſlierbach, Reinheruſ, Otto de uolchenſdorf, Berhtoldus de Gluniche, Dietmaruſ de cherſberc, Degenhart, Liutoldus de hohenſtôf, Otto, ortholfuſ* fratreſ *de Grieskirchen, Marquarduſ de Rôtengrûben, Meinharduſ camerarius, Adelbero* et *Heinricuſ de domechenſtein* et alii quam plurimi.

Conf. Nr. 20.

CLXXXI.

Notum facimus omnibus chriſti fidelibus concambium, quod noſ fratreſ Garſtenſeſ fecimuſ cum quodam nobili homine *marquardo* cognomine *ſtaco*. Dedit enim nobiſ duaſ curteſ apud *Rôcelendorf* per manum cuiusdam nobiliſ hominiſ nomine *Biligrimi* perpetim delegataſ. Noſ uero apud *Rôdolfeſſteten* curtim unam et beneficium ſibi contradidimuſ ſimiliter per manum *marchioniſſę* delegata.

CLXXXII.

Eodem die et tempore quidam de miniſterialibus marchioniſ *Dietmaruſ* nomine *de cherſberc* dedit ad altare ſanctę marię predium quoddam apud *wolfarin* ſcilicet curtem unam et duo beneficia poſt obitum ſuum ęccleſię perpetim permanſura. Teſteſ traditioniſ huius ſunt *Gundacher de ſtyra, Reinher de lapide, Otto et Ortolfuſ fratreſ de Griezchirchen, Bertholdus de Gluniche, Dietmaruſ de cherſberc, Deginhart, Ortolf de waltenſtein, Durinc, Bilgrin, Marquart de bôſenwanc, Werigant de aſcha, Engelfcalc de hucingen, Dietericus de berge* et alii quam plurimi.

CLXXXIII.

Significandum dignum duximuſ chriſti fidelibus uniuerſiſ tam preſentibus quam futuriſ, qualiter matrona *Hiltigardiſ* cum filio *waltero* et filiabus *Merigarde* et *Hadewige* tradiderit predium ſuum ęccleſię ſanctę marię Garſte pro remedio animarum ſuarum et parentum ſuorum abſque omni contradictione ipſi e conuerſo inbeneficiati decem et octo talentiſ. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Walter* filius prefatę *hiltigardiſ* cum *Dietmaro* fratre prefatę matronę, *Degenhart, Engilbreht, Heinrich, Eberhart, Richart, Richmar*. Ex familia *Sigeboto, Richer, Carle, Heinrich*.

CLXXXIV.

Ne uileſcat in poſterum notificamus uniuerſitati fidelium, qualiter *Fridericuſ monachus* delegauit prediolum per manuſ cuiusdam liberi uocabulo *Erneſt* ęccleſię ſanctę marię Garſte pro

remedio animę ſuę. Huius rei ſunt teſtes *Gundacher de ſtyra*, *Berngер de capella*, *Heinricus pincerna*, *Heinricus*, item *heinrich*, *Cůnrat*, *Durinc dernberc*, *Ortolf*, *Durinc*, *Arnhalm dapifer*, *Friderich*, *Richer*.

CLXXXV.

Item eiuſdem predicti predioli ſecunda traditio facta eſt per manus *heinrici de lanzenberc* ſub teſtibus *Biligrimo*, *Degenhardo*, *Werigant*, *Heinrich*, *Bernhart*, *Liutolt*, *Meginhart*, *Reginher*.

CLXXXVI.

Scire uolumus quoſque fideleſ tam futuroſ quam preſenteſ concambium, quod factum eſt inter fratreſ Garſtenſeſ et inter *Botonem* marchioniſ miniſterialem datiſ ipſe (sic) duobus in *enſewalt* prediiſ et e contra duobus ipſe (sic) receptiſ. Huius ſic determinatę cauſę teſteſ ſunt *Gundacher de ſtyra*, *Degenhart*, *Hartlieb*, *Sigehart*, *Adelbreht*, *Heinrich pincerna*, *Vdelger*, *Wernhart*, *Engilbreht*, *Berwin*, *Goteſcalc*, *Friderich*, *Wernhart de rurib*, *Durinc*.

CLXXXVII.

Notificamus cunctiſ chriſti fidelibus, qualiter *Reginhardus de bůſenwanc* per manuſ *Marquardi* fratriſ ſui tradidit predium apud *Brunnar* ſitum ęccleſię ſanctę marię Garſte abſque omni contradictione pro remedio animę ſuę. Huius traditioniſ ſunt teſteſ *Růdolf*, *Durinc*, *Dietmar* fratreſ prefati *Reginhardi*, *Dietmar* auunculus eius, *Durinc*, *Berhtolt*, *Etich*, *Marquart*, *Gotefrit*, *Rathalm*, *Wielant*.

CLXXXVIII.

Significamus cunctiſ criſti fidelibus predium quoddam in *nezilbach Arnoldi* uidelicet et ſororiſ ſuę *Gerdrudiſ* diu a monaſterio Garſtenſi uiolenter ablatum tandem iudiciario ordine per *Rődegerum*, qui id manu tenuerat, prefato monaſterio traditum cum prefatiſ hominibus Arnoldo et Gerdrude. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Durinc schecco*, *Adelbero Briuh̃ (aven?)* *Liudolt de bongart*, *Erchinger*, *Hartniht de dalarn*, *Friderich*, *Dieterich*, *Gerunc*, *Rődeger*, *Wichart*, *Henrich*.

CLXXXIX.

Noſcant cuncti fideleſ tam preſenteſ quam futuri, quod *wezilo de ſtyra* tradidit domum in *ſtyra* ſancto Johanni ad *hoſpitale iheruſalem* ob cenſum auri preponderanſ denarium unum. Huius traditionis teſtes ſunt *Hiltebrant*, *Henricus*, alter *Heinricus*, *Rôdolf*, *Macelin*, *Adelhart*, *Rôdeger*, *Engilſcalc*, *Heriman*, *Dieterich*, *Ortwin*, *Marquart*.

CXC.

Notum ſit cunctiſ chriſtianę religioniſ cultoribus, qualiter quidam de miniſterialibus Otacheri marchioniſ uocabulo *Heinricus de domechenſtaine* et uxor eius *Liutgart* tradiderunt deo et ſanctę marię Garſten predium, quale apud *rûthe* et *Grôbe* et ſupra montem *Engenſtetin* unius hominiſ beneficivm habuerunt ob remedium animarum eorum. Tradiderunt quoque curtem apud *engenſtetin* eidem cenobio et manſum atque molendinum eo tenore, uti in uſum eiuſdem *Heinrici* cedat quoad uſque ipſe uiuat, poſtea fratreſ uſum habeant. Huius rei teſteſ ſunt *Werigant de aſcha*, *Hartman de adelharteſberc*, *Rôdolf ſlame*, *Dieterich de ſcellinſtaine*, *Durinc minor de dernberc*, *Durinc ſchegge* et frater eiuſ *Marquart*, *Ortolf de loſinſtein*, *Wecil de ſtyra*, *Biligrim de vrle*, *Rôdolf in de garſte* et frater eiuſ *Wernh*, *Vdalrich de duncingen*, *Cônrat de wiztra*, *Trutman de Rôbinic*, *Gerhoch*, *Reginold* mercator, *Dieterich*, *Alram*, *Rôdiger*, *Sifrit*, *Herrant*, *Heinrich chobel*, *Wichart*, *Richmar*.

CXCI.

Predicta quoque domna *Liutgart* filia *Reginheri de ſteine* poſtmodum dedit potenti manu deo et ſanctę marię Garſten predium apud *werde* et predium *zeigneulife* et omnia, quę habuit apud *Engenſtetin* poſt mortem domni *heinrici* mariti ſui, ut ipſe uſum inde habeat quoad uſque uiuat. Huius traditionis teſteſ ſunt eiuſdem cenobii familiareſ *Richmar*, *Dietericus*, *Alram*, *Eberhart*, *Herwich*, *Richer*, *Siboto*, *Diepold*, *Wichart*, alter *Wichard*, *Herrandus*, *Liutpold*, *Arnolt*, *Sigeboto*, *Richeruſ*,

Marquart, Engilbertus, Berhtolt, berwind, Vdalricus de dun cingen, Walchůn de engenſteten famuluſ eiuſdem domnę Luitgardiſ.

CXCII.

Intimamus cunctiſ chriſti fidelibus tam ſucceſſuriſ quam moderniſ, qualiter temporibus domni *Iſinrici ademundenſiſ abbatiſ* et domni *Marquardi Garſtenſiſ abbatiſ* terminata et ſedata ſit liſ, quę aliquando habita eſt inter duo monaſteria ademundenſe ſcilicet et Garſtenſe pro predio, quod attinet patinę ad conficiendum ſal. Nam conuenientibus utriusque loci miniſterialibus electi ſunt XII. ex ademundenſibus et babenbergenſibus, qui diſcretiſſimi habebantur, quorum fidei utrinque conſenſum eſt, quatinus ipſi ſecundum rei ueritatem dirimerent. Qui fideliſſime terminoſ ſiluę demonſtranteſ per iuſiurandum ſecreuerunt utrique loco partem ſuam. Huius diremptionis teſteſ *Rôdeger de arnicehe, Gundacher, Enzo, Rathold, Svicgeruſ, Liupman, Swarzman, Friderich, Rôdolf* et illi ipſi omneſ, qui terminoſ demonſtrauerunt.

Kurz. l. c. p. 533, Nr. 60.

CXCIII.

Notum ſit uniuerſiſ tam preſentibus quam futurę poſteritatiſ nepotibus, qualiter quoddam predium in *rietmarch* ſitum a quodam *Arnoldo* cognomento *grezcinc* miniſteriali ducif ſtirenſiſ uiginti talentiſ conparauimus, Cui defuncto ſucceſſit hęreſ filius ſuuſ *Rôdolf* cognomen patriſ ſortienſ ſimiliter *grezcinc* cognominatus. Hic cupiditate rerum ductus animę patriſ ſui oblitus predictum predium a nobis ut dictum eſt emptum ſibi uiolenter uendicauit, hęreditario iure poſſidere uoluit, uenditioniſ patratę ſe inſcium confirmauit, Cuius uiolentiam noſ deo aduocato ſummo et iudicibus terrę illius conquerenteſ ab illius peruaſione eximi obnixius expetiuimus et etiam exauditi ſumus. Nam iudicum cenſura et nichilominus dei nutu per ęgritudiniſ moleſtiam coactu ſreſipuit et idem predium ſuper reliquiaſ ſanctę marię *in cimiterio in noua eccleſia ſancti Galli* preſente abbate noſtro *Marquardo* ceteriſque teſtibus ualde ueridiciſ preſentibus delegauit. Horum nomina fideliter ſunt hic annotata, ne poſterorum

recedant a memoria, *Boto* iudiciarius, *Henricus*, *Withmaruſ* et filius eius *withmaruſ*, *Liupoldus*, *Reinbertus*, *Siboto*, *Dietmaruſ*, *Izo*, *Odalricus*, *Jordan*.

CXCIV.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuriſ chriſti fidelibus, qualiter quędam femina *otilia* nomine delegauit curtim prope *Rubinic* ſitam ſuper altare ſanctę marię pro curti *tuncingen* ſibi collata; inſuper contulit ęcclefię duo talenta et quicquid iuriſ hęriditarii habuit in alio predio tranſ flumen *Rubinic*. Concambium confirmauit dux styrenſiſ preſentibus hiſ, quorum nomina hęc ſunt, *Boto* et filiuſ eius *Gunterus*, *Wernhardus*, *Gotefcalc dernberc*, *Rôdolf*, *Vdalricus*.

CXCV.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, qualiter quidam *Dieterichus* nomine de *wicherſdorf* tradidit duaſ uineaſ ſuper altare ſanctę marię pro remedio animę ſuę et uenditione inter ſe et fratreſ Garſtenſeſ facta uidelicet nouem marcarum, ſet filii eius *Dietericuſ* et *Eggewarduſ* et ſororeſ eorum *Mahtilt*, *Berhta*, *Eberlint*, *Hazacha*, *Adelheit* et filii illorum huic traditioni contradixerunt. Denuo fratreſ cum contradictoribus in unum conueneinteſ dederunt eiſ ſeptem talenta, paruulif et mulieribus dimidium talentum. Ob quod ipſi conſentienteſ traditionem patriſ ratam ſtatuerunt. Inſuper prepoſitiſ montani iuriſ duo talenta et ſexaginta denarioſ dederunt. Huius rei teſteſ ſunt *Durinc de trauſteinen*, *Vdalricuſ de ſtarchenberc*, *Engelſcalc de traiſe* et filius eiuſ *Liutoldus de Rotengrûbe*, *Duo hainrici prepoſiti iuriſ montani et heinricus hoſterman*, *Berhtoldus*, *Witel*, *Alram*, *Bernger*, *Eggewart*, *Einricuſ*, *Otwin*, *Gunter*, *Gozbreht*, *Woluolt*, *Heinrich*, *Alram* de ipſo loco, *Liupold cellerarius de wulfingeſtein*, *Beruuolf*, *Adelbreht*, *Sifrid*.

CXCVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *aneſenſivm conciuiſ* nomine *Engilſcalc* domum delegauerit ſanctę marię

in Garſte, quam pridem ſuſceperat in fide ſua a muliere quadam nomine *Acela* in *enſe* delegandam quocunque ipſa peteret, quod et ipſe fatiſ fideliter conpleuit. Huius teſteſ ſunt *Gundacher* aduocatus eiuſdem loci, *Heinricus de Adelwanc*, *Wernhardus firniſ*, *Hainbarn* et fratreſ ſui *Arbo* et *Rôdeger*, *Vdalrich de enſe*, *Wielant de enſe*, *Engilſcalc hiuzingare*.

CXCVII.

Notum eſſe uolumus omnibus chriſti noſtriſque fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, qualiter domnuſ *marquarduſ abbaſ Garſtenſiſ* conparauerit uineam *chremeſe* a quodam *cadelhoho* monetario et uxore ſua uiginti quinque talentiſ et dimidio eiuſdem ciuitatiſ monetę prepoſitiſ preſentibus montani iuriſ fratre *Gotefcalco de berhteresgademe* et *otachero de niuendorf* procuratore *cônradi de Rôtele*. Cuius rei teſteſ ſunt *Adelbertus* et filius eiuſ *Adelbertus*, *Liutoldus*, *Heinricus comeſ*, *Rimunt* monetarius, *Helet* et *Ortwinus* urbani, *Wolfger*, *Richer* et *Dietmar* uinitores. Qui *cadelhoh* depoſuit aliam uineam *radendorf* ea conditione, ut ſi ulluſ propinquorum eius pulſaret noſ pro empta uinea aut ipſe queſtionem ſolueret uel uineam *radendorf* in proprioſ reditus legitime haberemus et inſuper ipſe nobis decem talenta conferret. Huius traditioniſ teſteſ ſunt *Adelbertus*, *Rimunt*, *Wichart*, *Reinpertus*. Conuentione autem hac facta ſoror eius ſuperuenit iuſ hereditarium in emptam uineam proclamanſ; Cui ipſe danſ decem et octo ſolidoſ ipſam cum marito ac filiiſ a proclamatione ceſſare fecit et ipſa denuo ſuam uineam hereditariam tradenſ, ut ſi poſteritaſ eius ex ſe nata querimoniam ferat ad uineam ſupradictam, ſine omni contradictione uinea, quam tradidit, noſtra conſiſtat. Huic pacto marituſ cum filiiſ eius conſenſit accepitque iuſ uenditioniſ quinque uidelicet denarioſ ſet et paruulorum quiſque duos. Cuius facti teſteſ ſunt *Iſenbert*, *Wicnant*, *Liupoldus*, *Adelbertuſ*, *Dietmar tencwiz*, *Karolo*, *Siboto*. Omnibus, quę ſupra diximuſ, pactiſ debitum noſ uenditori perſoluimus in domo *Henrici bruggenare* preſentibus hiſ, quorum nomina hec ſunt *Rimunt*, *Helet*, *Bernolt*, *Henrich*, *Eberhart*.

CXCVIII.

Notificamuſ in chriſto renatiſ preſentibus et futuriſ, quod quidam milef *de bûſenwanc Dietmarus* nomine attactus infirmitate nimia cenobium noſtrum intrauit ac intra paucoſ dieſ obiit. Hic pro remedio animę ſuę delegauit predivm ſitum apud *Brunnare* ad altare ſanctę marię nemine contradicente. Huius delegationiſ teſteſ ſunt *Durinc* frater ipſiuſ, *Etich* uicinus eius, *Reinpertus, Siboto, Heinrich.*

CXCIX.

Nouerint omneſ chriſtianę religioniſ cultoreſ, qualiter quidam *Rumoldus* ciſ danubium habitanſ quoddam predium ſuper altare ſanctę marię potenti manu delegauit. Huius rei teſteſ ſunt *Rôdolf, Liutolt, Acicho, Ratzo de aſcha, Moricho.*

CC.

Item notum ſit cunctiſ fidelibus, quod quidam nomine *Centopor* ſuper altare ſanctę dei genetriciſ marię partem agri potenti manu tradidit. Huius rei teſteſ ſunt *Adelrammus coquus, Herwicuſ, Wirint* adiutor camerarii, *helmhardus* et frater eius *Sigifriduſ, Rupertuſ ſutor, Heremannus ſtruma.*

CCI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, qualiter quidam nomine *wicilo* partem agri ſuper altare ſanctę marię delegauit. Ad hoc confirmandum hi attracti ſunt in teſtimonium videlicet *Adelrammus coquus, Wirint de camera, Herimannus ſtruma, Rôpertus ſutor, Dietericuſ coppo.*

CCII.

Noſcant tam preſenteſ quam futuri, quod quidam *Berhtoldus* delegauit predium quoddam ſitum *Lôb* ſuper altare ſanctę marię. Huius rei teſteſ ſunt *Gundacher de ſtira, Bernger de*

cappelle, Ortolf de tolet, Boppo de vrahe, Engilfcalch de huzinbach, Hartwic de lenginowe, Albreht hůfloc, Dietmar de ſtaphelarn, Heinrich ſtaifchezze, Leo de brunnaren, Hugo paruus, Eberhardus de Dernberc. Wecel de ſtyra, Alrammus de Lôbe, Truhtlieb, Diemo, Gerolt.

CCIII.

Nouerint cuncti uniuerſalif ęcclefię matrif filii, qualiter quędam matrona *Hiltegardif* nomine et filius eiuf *vôdalricus de ipffe* etc. Wiederholung von Nr. CLXXX, mit folgenden Abweichungen, nach „Marchioniffę" ſteht: filiique eius otachari; ſtatt „*eichberc*" *echber*. Unter den Zeugen ſtatt „*Albertus comef de Rebowe*" — *Comef adelbertuf de Rebegŏwe*. Nach „et alii quam plurimi" folget hier:

CCIV.

Item eiufdem traditionif confirmatio. *Erchengeruf de Nitberc* querimoniam tulit ſuper ipſa traditione, quam idem *vôdalricus* delegator prefatę traditionif annichilauit publica uoce apud *willehelmefburc* in prefentia domni *Othacari ducif ſtirenſif*, per cuius manum ſupradicta delegatio facta eſt. Huius rei teſtef ſunt *Rŏdolf ſtubich, Babo et Dietericus* frater eiuf *de hohenſtŏph, Richerus de marchburc, Dietmarus dapifer de bŏtenowa, Heinricus de hophowa, Liutoldus de bonfcah, Rŏdegerus de Planchenwart, Heinricus et Dietmarus et Cŏnraduf fratref, qui dicuntur chullen, Imbriccho de ſtira, Arnoldus de wartenburc, Helmhardus et Otto fratref de wartenowe, Dietericus de chrebezbach, Wernhardus de Hirzberc.* Hominef ęcclefię *Otto et Liutolduf, Reimbertus, Alrammus* et alii quam pluref.

CCV.

Noſcat poſteritaf et preſenf quelibet ętaf *Gerungum de ſtrechowa* predium unum iuxta fluuivm *iedeniche* ſitum potenti manu tradidiſſe ſuper altare ſanctę marię in garſten tali iure, ut uocem aduocati uel alicuius iudicif non audiat preter abbatif garſtenſif ſeu eiuf prouiſorif. Inſuper liberum iter prebuit omnibus

noſtriſ abſque omni contradictione per omnia ſua tam per terram quam per aquam. Huius rei teſteſ ſunt *Gotefcalcus, Duringuſ, Duringuſ schecge, Marquardus, Wecilo, Diepreht, Vdalricuſ, Rudolf, Wernhardus, Etich.*

CCVI *).

Pateat cunctiſ chriſti fidelibus, quod *Wernhardus* cognomento *viernif* predium ſuum duo uidelicet beneficia apud *Wiztra* tradidit ad altare sanctę dei genitricis Marię in Garſten poteſtatiua manu pro remedio animę ſuę in extremiſ agenſ. Huius delegationis teſtes sunt *Wecil de ſtyre, Walbrun* diſpenſator domni *Gundacari de ſtyre, Durinch ſchecche, Marquardus* frater eius, *Dietmarus de ſtafilarn, Hartwich* frater eius, *Nythardus de Erla, Ölricus iudex de Styre, Gotfrit et Heinrich* proprii *Wernhardi, Gundacher* ſeruus ipſius W. Idem predium predictus *Wernhardus* emerat a *Botone* miniſteriali ducis Styrenſis XI. talentiſ cum manu et traditione omnium filiorum eiusdem B. exceptiſ duobus tamen minimiſ filiis ipſius, qui non sunt adhibiti, quia nondum annoſ diſcretioniſ intrauerant. Ad horum autem duorum aſſenſum futurum confirmandum pater *Boto* predium ſuum ad *Eich* prefato W. inpignorauit pro X. talentiſ, ut ſi hij duo filii eius poſtmodum predium a patre ueditum uellent impetere, wernhardus predij *Eich* inpignorationem haberet pro X. talentis et hoc ipſum ivſ inpignorationis (ſazzunge) idem W. monaſterio Garſtenſi tradendo confirmauit. Supra ſcripte inpignorationis *Botonis* erga *Wernhardum* iſti teſteſ acceſſerunt *Wecil de ſtyre, Durinch* et frater eius *Gotſcalcus de Therinperge, Eberhardus de terinperge.*

CCVII.

Notum facimus futuriſ et preſentibus, quod *Hermannus de Modrich* miniſterialis duciſ de Styra graui infirmitate de-

*) Von hier an folgt eine jüngere Hand aus dem Anfange des 13. Jahrhunderts.

tentuſ ad monaſterium ſanctę dei genitricif Marię Gærſten uenit prediumque ſuum *Horen* ſitum eidem monaſterio prepoteſtiua (sic) manu dedit ipſeque uſque ad finem uitę inibi permanſit. Aliud quoque allodium *modrich* ſitum prefato monaſterio ſub tali conditione delegauit, ut ſi ſororius eius *Otto* conparem ſibi coniugem acciperet, idem predium uſque ad finem uitę poſſideret et poſtmodum iam fato monaſterio ſubeſſet. Quicunque ergo hoc predium iam dicto monaſterio abſtulerit, deo et eius genitrici rationem ſe inde redditurum nouerit. Preterea quandam feminam *Iſingart* cum ſororibus ſuiſ et poſterif eidem loco ad cenſum V. nummorum contulit. Huius rei teſtef idonei in hac pagina sunt ſubſcripti *Otto de molte, Chůnraduf de Rietenburch, Otto de Uucula, Pette de Horn, Hettilo de wiztrah, Sigboto, Richeruf.*

CCVIII.

Notum facimus chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Rôdwinus de geuelli* miniſterialis ducis auſtrię curtile, in qua domus noſtra ſita eſt *chremiſi*, pro remedio animę ſuę monaſterio ſanctę Marię garſti dedit, ut abſque cenſuali ſeruitio fratribus inibi degentibus deſeruiat. Huius rei idoneoſ teſteſ ſubſcripſimus *Liutoldus thot, Adelbertus* et filius eius A. *de chremis, Hartmannus, Sigeboto, Richerus, Hettilo, Bero, Richerus* et filii eius, *Liupoldus* proprii ęccleſię huius.

CCIX.

Omnibus chriſti fidelibus preſentibus quam in futurum aduenientibus notum facimus, quod *Popo de Grŏniburc* miniſterialis ducif bawarię predium ſuum apud fluuium *Erla* ſitum ęccleſię sanctę Marię garſte dedit. Verum quum abſque preſentia coniugis ſuę et filiorum hoc fecerat, infirmatus et a uenerabili *Marcwardo* eiusdem loci abbate oleo infirmorum perunctus manu uxoriſ et filiorum ſuorum traditionem, quam ipſe prius per ſe ſolum fecerat, ſecundo confirmauit. Harum rerum idoneoſ teſteſ ſubſcripſimus in teſtimonium *Heinricus* filius ſuuſ *parrochianus de Hedirhſhouin, Marcwardus de Nezzilbach, Cŏnradus de gŏſin* et filius eius *Wernhardus, Ôdalricus* et frater eius *de*

Erla, Wicmannus de Hedirhſhouin, Hartunc, Sigeboto, Ödalricus proprii huius ęcclesię.

CCX.

Auribus presentium et futurorum notificamus, quod *Waltherus de Wazzinchilcha* allodium suum in eodem loco situm, quod ipse hereditario iure possederat, ęcclesię sanctę Marię garsta dedit. Huius traditionis idoneos testes descripsimus *Gundachir de styra, Helmhardus de stainbach, Otto sagittarius, Ödalricus birchhan, Gotscalcus* et frater eius *Gerungus* et alii plures, qui tunc apud *steinbach* fuerunt.

CCXI.

Notum sit omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter quedam nobilis matrona *de steinbach richeza* nomine uxor domni *Gundakkarii* aduocati nostri predium tradidit super altare sancte Marie Garsten apud *Chubiliz* situm ob remedium anime sue per manus filiorum suorum *Gundacharii* et *Duringi.* De quo predio dari iussa sunt quatuor talenta quatuor cenobis (sic), de quibus domnus *abbas Marquardus* unum dedit et *arnoldus de styra* tria dedit ob educatum (sic) filii sui, quem obtulit deo et sanctis eius inibi usque ad finem vitę eius seruiturum. Huius rei testes sunt ipse aduocatus noster *Gundacher* et Predicti filii eius *Gundacher et Duringus, Marquardus gekke, Pernhardus de Welse, Gotifridus* et frater suus *Otäker, Heinricus* et frater eius *Hugo de Pvchenloe. Wezil de styra, Albero* et filius suus *Fridericus, Otto scekke, Duringus de Pusiwanc, Eberhardus* et frater eius *Rudolfus,* alius *Rudolfus de Růstorf.*

CCXII.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Ego *Otakarus* diuina largiente gratia dux *styrensis*, quicquid ob dei amorem locis sanctorum beniuola deliberatione concedimus vel donamus, hoc ad saluationem corporis et anime nostre fore liquido

creditur, ut, qui in dei laude iugiter perſiſtunt, exinde ſepius et deuotius in noſtra poſſint memoria permanere. Icirco notum ſit omnibus noſtriſ ſucceſſoribus et ſancte dei eccleſie fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter noſ iuxta fluuium *gabelenz* duos manſuſ cum nemore ad locum ſancte dei genitriciſ marie *Garſten* fratribus inibi deo famulantibus propter remedium anime noſtre et omnium parentum noſtrorum, quorum traditione et auxilio idem locus conſtructus eſſe cernitur, cum omni iure, quo ad noſtrum pertinebant ſeruicium, tradidimus, uenationibus, piſcationibus, cultiſ et incultiſ, mobilibus et inmobilibus, queſtiſ et inquirendiſ, exitibus, et reditibus, et ut fratreſ liberam poteſtatem habeant faciendi, quicquid ob eccleſie conmoditatem ex illiſ elegerint, nullo contradicente et inquietante. Inſuper unum manſum *Vhſenberch*, quem treſ incolunt uiri, ob dei amorem et anime matris noſtre redemptionem cum omnibus illuc rite pertinentibus ſuper reliquias ſanctorum iam dicti cenobii nos delegaſſe ſub teſtimonio conprobatur. Alium uero iuxta eccleſiam *hus*, quem quedam nobilis femina domna *Giſla de euſſar* pro eterne remunerationiſ premio eidem loco libera manu contulit, hunc in uſum fratrum rediſſe conceſſimus. Huius autem tradicioniſ aduocatiam uel nobis uel alicui ſucceſſori noſtro quempiam inbeneficiare non liceat. Siquiſ uero tocius facti tranſgreſſor extiterit, delictorum noſtrorum coram deo reuſ teneatur. Et ut hec noſtre largitioniſ auctoritas ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo et nullus aliquid de boniſ prefate eccleſie auferre atque ab eodem loco alienare poteſtatem habeat, hoc priuilegium precepto noſtro conſcriptum propria manu corroborantes ſigilli noſtri inpreſſione et *Lvipoldi duciſ auſtrie* noſtri cognati iuſſimus inſigniri. Pro hiſ et pro ceteriſ boniſ, que prenominatiſ fratribus conferre debemus, jter noſtrum *ierofolimam* cum una miſſa de S. Maria per unius anni ſpatium domino cottidie conmendant et aliam poſt noſtrum de hac luce diſceſſum pro defunctis ob ſalutem anime noſtre ſinguliſ diebus celebrabunt ac uelud uni eorum prebendam nobis in euum preſtabunt. Huius rei teſteſ sunt, *Erchinbertus de haginuwe, Fridericus de berge, herrandus de wildonie, Richerus de marchpurch, Dietricus de hohenſtöphe, Arnoldus de wartenburch, Erneſt de trun, Dietricus de pollenhaim, Fridericus de mi-*

girſdorf, Heinricus de hofuwe, Albero de lohhuſe, Dietmarus tapiuer et frater eius Vlricus de butenuwe, Wolfger de pernrute et frater eius Ortolphus, Wolfingus camerarius, Wolfpreht, Vlrich preco, Alram, Hartunch, Herrant, dietmar, Gerunc de ſtutaren, Cunradus Herſchaph, Fridericus de ſchatowe, fridericus de pettowe, Heberhardus de pernowe, Herchingerus de landeſere, Heinricus de Treiſen, Imbriccus magiſter cellarii.

Ludwig. Reliqq. IV. 196. — Fröhlich. Diplom. garsten. 57. Siehe Kurz. Beitr. II. 519.

CCXIII.

Notum eſſe uolumus cunctiſ chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Hermannus de moderich* miniſterialis duciſ de ſtyra allodium ſitum *moderich*, quod hereditario iure ſibi ſucceſſit, ad locum *garſten*, ubi monaſtice religioniſ profeſſorem ſe fecit, ea conditione tradidit, ut quamdiu *Chunradus* ſororius eius ſuperſteſ eſſet, in beneficio haberet et poſt dieſ illius nullo contradicente in perpetuam eidem eccleſie rediret proprietatem. Poſtquam autem idem *Chunradus* de hac luce migrauit, domnus *Liupoldus comes de plegen* contra iuſticiam illud tamdiu tenuit, quo uſque dei nutu pro ſex talentis ab eo noſ redimenteſ ſuper altare ſancte marie predicti cenobii delegauit. Quibus ita peractis *Otto* prenominati *Hermanni* ſororius a nobis duobus talentis acceptis quicquid iuris in eodem allodio habuit, in iuſ noſtrum tranſſudit tali pactione, ut ſiquis fratrum ſuorum a prefato loco deincepſ hoc alienauerit et ab eius infeſtatione defendere non potuerit, medietatem curtiſ ſue *Moderich* pro octo talentis, cui uelimus, obpignorandi poteſtatem habeamus. Ad hanc rem teſtificandam et conprobandam adhibiti ſunt teſteſ idonei *Liupolduſ comeſ, Hortlieb de fuchala, chuno de ſteueningin, Chuno de imrinſpach, Tietmar de ſcelle, Alber de pulka, Hiltiprant de ioheningen, Wergant, liutolt, Otto de moderich, Chadoloch de dietrichiſtorf, Chadelharth de tya, Heinric de chio, Chunradus Eichhorn.*

CCXIV.

Vniuerſis chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus notvm facimus, quod mulier quedam de libera conditioue *eruntrôt*

nomine obtulit ſe ipſam ad altare beate Marie in garſten cum *Gedruda* filia eius et pueris eiusdem *henrico* uidelicet et *Berhta* et tota ſucceſſione eorundem ad cenſum V. denariorum eidem eccleſie annuatim perſoluendvm. Cuius rei teſtes sunt *Marquardus* et *Chunradus de prato*, *Otto et duringus et Otacher fratres von* (sic) *holze*, *heinricus dornator*, *Otto et Marquardus Coci* et alii quam plures.

CCXV.

Noſcat poſteritaſ et preſenſ quelibet etaſ, quod quedam nobiliſ matrona nomine *Gerdruth* et uir eius *Rudigeruſ de terin* dimidium manſum in eadem uilla cum omni iure ſuo ſuper reliquiaſ ſanctorum ad monaſterium ſanctiſſime dei genitriciſ Marie Garſtein in proprietatem fratrum inibi deo famulantium interuentu domni *Ódalrici* prefate domine germani, qui tempore illo eiusdem loci prior exſtitit, nullo contradicente delegauerunt ob amorem *ſancti Pertholdi*, ubi uenerabile corpus eius ſigniſ declareſcentibus requieſcit et pro remedio anime ſue ac omnium parentum ſuorum ſalute ſub teſtium aſtipulatione, qui eidem traditioni preſenteſ affuerunt, quorum nomina hec ſunt *Hartmannus* eiusdem domine mileſ, *Engilſcalcuſ*, *Heinricus* filiuſ eiuſ *herinch*, *Waldmannuſ*, *Hiltibranduſ*, *Seyfriduſ de Terin*.

CCXVI.

Proinde concipiat dei fidelium uniuerſitas, quod poſt amborum de hac luce diſceſſum eorum filia domna *Alheith* de prefata uilla *Terin* eaſdem reſ contra iuſticiam ſibi uendicauit. Quo facto cum ego *Marquardus* licet indignuſ ſeruorum dei *Garſtenſiſ abbaſ* pro talibuſ boniſ querimoniam mouimus, obnixiſ precibus noſ adiit, quatenus prenominata bona diebuſ uitę ſuę pro v. talentiſ ei concederemus et poſt dieſ eius, ſi domnus *Meinharduſ* uir illius ſuperſteſ fuerit uel ſi heredem habuerit et bona predicta habere petierit, totidem talenta noſtre eccleſie perſoluat et eaſdem reſ, quamdiu in preſenti uita fuerit, poſſideat. Illi vero, poſtquam de hac luce migrauerint, abſque ullius obſtaculo perſonę in noſtram perpetuo iure redeat poteſtatem, niſi quiſ equali concambio pro utilitate noſtrę eccleſie uelit conmutare. Cuius

deprecationi annuenteſ idoneoſ teſteſ huius rei adhibuimus *Hartmannvm* Militem, *Ottonem, Duringum, heinricum* filium eiusdem.

CCXVII.

Nouerit uniuerſitaſ fidelium chriſti tam preſentiſ eui quam eorum ſucceſſione affuturi, qualiter uenerabilis *abbatiſſa de Trûnchirchen* uiolentia aduocati ſui uidelicet Domni *Arnoldi de Wartimburc* aliquando uexata obpreſſione quoque et calamitate infracta preſentiam illuſtriſ *ducif Styrię* adiit querimoniamque ipſius cum fletu et ſingultu expoſuit. Predictus uero dux preſentibus miniſterialibus ſuiſ nobilioreſ eorum de iure aduocatię ſupra memoratę diligenter requiſiuit ipſisque ſeriatim diſſerentibus, ſicut antiquitus ſtatutum fuerat, poſtmodum diligenter firmauit, ubi et domnus *Gvndackarus* miniſterialis eiusdem ducis propria deliberatione inter cetera colloquia aduocatiam Garſtenſis eccleſię ſe non hereditario iure, ſed quaſi ad tempus ſibi conmiſſam ſuſcepiſſe manifeſtauit. Huiuſ rei teſteſ ſunt *Herrandus de wildonia, Richerus de marbvrc, Hartnidus de Horte, Hartnidus de huſe, Pillungus de Pernſten* (sic), *Dietricus de hohenſtofen, Dietmarus de putinhowe, Otto de Volchenſtorf, Ludiwicus de Slirbach et duo filii eius Gotfridus et Otacharus, Eberhardus de derimberc et frater eius Rudolfus, Marquardus et Otto ſcekke, Chunradus cellærarius.*

CCXVIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, qualiter domnus *Marquardus* uenerabilis *Garſtensium abbaſ* uineam quandam apud *Cremiſiam* ſitam a quodam *Chunrado Leûſar* pro duobus talentiſ emit ipſamque in iuſ eccleſie ſuę adtraxit. Cuius rei teſteſ ſunt *Liutpoldus, Gerhardus, Liutoldus, Purchardus uinitor, Fridericus et filius eius Fridericus, Hartungus, Werinhardus, Waltherus, Guntherus, Dietmarus.*

CCXIX.

Memorię fidelium ſollerter cenſuimus conmendandum, qualiter quidam nomine *Vdalricus krage* et uxor eius *Gerbirc de*

Guſim XII. ſolidiſ a domno *Marchwardo abbate* Garſtenſium conducti allodium quoddam cum aſſenſu filiorum eius ac filiarum ſuper altare ſancte Marię in predicto cenobio delegauerunt ſub confirmatione iuramenti pollicenteſ eandem delegationem omnibus diebus uitę ſuę ex defenſione ipſorum ratam et inconuulſam permanſuram. Huius rei teſteſ ſunt *Ulricus* filius ipſius, *Otto, Arbo, Rudolfus, Werinhardus, Chunradus, Dietwinus, Liupoldus* et filius eius *Liutpoldus, Dietmarus, Walchûno.*

CCXX.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuriſ in chriſtum credentibus, quod quędam nobiliſ matrona *Giſila* nomine *de Hafelbach* delegauit duo predia et duaſ uineaſ *(Winzurl)* apud *Heſpineſhoven* ſuper altare ſanctę Marię garſten ob remedium animę dilecti fili ſui *Ottonis* et ſuę ſuorumque parentum. Quę predia et uineas duo de familiaribus domni *Ottonis de lengenbach* ſuo dominio ſubdiderunt et per annoſ aliquot iure hereditario poſſederunt, ſed domno *Marquardo abbate garſtenſi* uerbis diuinis eoſ ammonente ſimulque ſeptem talenta dante uni tria alteri quatuor ab hac iniuſta dominatione reflexit. Vnde in unum ambo conſentienteſ reſignauerunt, ſi quid iuriſ uidebantur habere, vdalricus preſente domno ſuo Ottone, Alrammus preſente filio predicti Ottonis Hartwico. Huius reſignationiſ teſteſ ſunt *Rudolfus wirſinch, Vdalricus dapifer, Gotfridus et Sifridus de tozenbach, Heinricus de turſendorf, Vlricus et frater eius de Gruneburch, Fridericus de Cremiſe.*

CCXXI.

Notificamus uniuerſitati fidelium, qualiter nobilis quidam *Hekkericus de* ..... manſum apud *ſuſenpach*, quem a quodam *walthero unſcvlde* in extremis agente ad altare ſanctę Marię in gærſten offerendum manu fidei ſuſcepit ſub aſtipulatione teſtium ſubſcriptorum ſine obſtaculo aut contradictione cuiuslibet perſonę deuote delegauit. Teſteſ *Gundacher de ſtiria* et filius eius *Durinc, Ortolfus de tegrenpach, Dietmarus dapifer, Rudolfus de Ruſpach, Otto de puchowe, Otto ameiz.*

CCXXII.

A progenie in progenies timentibus deum notum ſit, quod quidam *V̊dalricus* cognomento *ſtozzel* miniſterialiſ marchioniſ ſtyrie predium, quod propriiſ expenſis a quodam *Herbordo* conparauit, uniuerſę carniſ extrema agenſ in manus uxoriſ ſuę *Perhtę* tradidit delegandum ſuper altare s. Marię in Garſten ad uſum fratrum inibi deo ſeruientium. Euolutis autem pluribus anniſ duo filii eiusdem *Herbordi* ad maturam ętatem prouecti exheriditari ſe cauſantes fratreſ prefati cenobii pro ablato patrimonio coram iudicio propulſarunt. De qua ſe conuentione cum eis habita conſilio conprouincialium mediante filii predicti *Herbordi* acceptiſ quinque talentis, omnem ipſius predii repetitionem abdicarunt et patriſ priſtinam delegationem confirmarunt ſubter notatiſ teſtibus, quorum hec ſunt nomina, *Dvringus prepoſitus*, *V̊lricus de Grŏburch* (sic), *Heinricus* et frater eius *Erneſt de Egilbach*, *Chunradus cellerarius*, *V̊lricus de Patinanger*, *Fridericus de ſcatowe*, *Ekkefridus*, *Otacher priwhaven*, *Reinher de tane*, *V̊lricus preco*, *Heinricus rvzel* et alii quam plureſ. *Walchůn* et fratreſ eius *Chónrat*, *Heinrich*, et ſoror eius *Riza*.

CCXXIII *).

Nos *Vlricuſ dei gratia Gerſtenſis Abbaſ* Totuſque Conuentuſ ibidem preſentibus litteriſ proteſtamur, Quod *Rudolfus ciuiſ de waidhofen cognomine Motzo* quondam ab anteceſſore noſtro pię memorię abbate friderico decem domoſ decimaleſ ſitaſ in *Gavlentz* iuxta fluuium, qui eodem nomine dicitur Gavlentz, Chvnegundi uxori ſuę et alteri Chvnigundi et Alhaidi filiabus ſuiſ ad dieſ filiarum vitę ipſarum iure, quod leibgedinge dicitur, impetrauerat, quarum vna filia prius prenominata Chvnigundiſ proch dolor viam adijt vniuerſe carniſ. Item uir Rudolfus Motzo diuina inſpiracione conpunctuſ, Jvs vxoriſ ſue ea viuente propria voluntate ipſiuſ vxoriſ dictę eccleſię abſque omni exactione libere reſignauit tali forma, quod noſ omni anno in octaua ſancti Martini in ſecunda veſpera placebo et vigiliaſ ob remedium animę

*) Von hier an eine Hand des XIV. Jahrhunderts.

ſuę et vxorif et omnibus heredibuf ſuif a toto conuentu decantare debemus et in ſequenti mane miſſam pro defunctif cum conpulſacione campanarum et eodem die debet vnicuique ſacerdoti potuf augmentari per menſuram propriam, que prebenda eorum dicitur, et ut hec inconuulſa et rata permaneant, has litteraf ſibi dedimus noſtrorum ſigillorum munimine roboratas. Datum et actum Anno domini M. CCC. vi. Iduf Mai. Huiuf rei teſtef ſunt. *Richeruf prior, Chunradus vbelman, Chvno plebanus, Heinricus cuſtoſ, Lipkerus plebanus in Gavlentz, Ditmaruf ſchahner, Erchengeruf ſulzer, duringuf chlevber* et alii quam pluref.

CCXXIV.

Wir *apt Ott* von Gotef gnaden vnd die Sampnvng def Gotfhauf ze *Geſten* tun chunt allen den, di diſen prif horent oder leſent, di nv lebent vnd noch chumpftig ſint. Daz vnſer Herren gemainchleichen alt vnd iunge, ſwi ſi genant ſint, zv vnſ chomen vnd vnſ poten gar innerchlich vmb vnſern bruder Heinrich, daz wir den begnaten vnd ſein Hauſvrowen Jevten mit dem anſidl *datz Grub*. def war wir vnſern Herren lange wider vnd ſein niht geſtatten wolten. da iach di gemain def Conuentz, iz wer ſein erſtev gepet vnd mehten den Convent niht entwern ſiner erſten pet vnd gewerten vnſer herren der pet vnd vragten alle vnſer herren alt vnd Junge iſleichen beſunders, ob iz ſein pet vnd ſin wille wer, def iach ir iſleicher, iz wer ſein guter wille. Nv hab wir vnſerm bruder Heinrich vnd ſiner Hauſvrowen Jevten ze ir baider tagen vnd niht ir erben verlihen daz anſidel datz Grub alſo, daz Heinrich vnſer bruder oder ſein Hauſvrowe Jevt alle Jar da von geben ſol zv einem vrchunde an vnſer vrowen tag ze dinſt zit vierzich phenning wienner mvnz, vnd hab wir daz dinſt von Grub ab lazzen, diweil vnſer bruder Heinrich vnd ſein Hauſvrowe Jevt lebent, vnd noch ir baider tod ſo iſt daz Gůt ledich dem Gotſhauſ ze Geſten. Daz di ſach ſtet vnd vnuerchert vnſerm bruder Heinrich vnd ſeiner hauſvrowe Jevten beleib, geb wir in diſen prif zv einem ewigen vrchunde verſigelt mit vnſerm inſigel vnd mit vnſers Conuenteſ inſigel, vnd iſt daz geſchechen noch Chriſtef gepurde vber drevzehent hundert Jar vnd darnach in dem Sibenzehenten Jar an ſand Peterſ tag do er zu dem ſtul faz.

CCXXV.

Wir *Ott van Gotef gnaden apt ze Gerften* vnd die fampnvnge deffelben Gotfhaus tvn chvnt vnd veriehen an difem prif allen den, di in fehent, horent oder lefent, di nv lebent vnd noch chvnftig fint, Daz wir mit gemainen rat vnd mit verdachtem mvt den hof auf dem *vintzguetefperge* vnd di hub ze *Leuntingen*, die vnf ledich warten fint van *Heinrichen dem Harbrunner* vnd van finen gerben mit alle dev vnd darzv gehort ze velde vnd ze dorf verlihen haben dem erbern Mann *Ditmarn vlreichef fvn def Mauter van Lintz* und feiner Haufvrowen vren *Margreten, hern Herbotef tohter van der vreinftat* vnd ir paider tohter Katereyn zv ir dreier leib alfo befchaidenlich, daz man vnf van demfelben gůt alle Jar an vnfer vrowen tag ze dinftzit dienen fol dritthalb phunt newer phenning wiener mvnz, vnd ift daz, daz man denfelben zinf an dem vorgenanten tag niht geit, fo gewechfet daz wandel darauf ze drin vierzehen tagen, alf lantzrecht ift, immer vber vierzehen tag fehzich phenning, ftet iz aber vber Jar, fo fol daz wandl zwivaltig fein. An dem dritten Jar, ob man daz wandel niht geit, fo hat fich daz gvt vervallen ledichleichen mit allem reht in vnfern gewalt vnd auch alfo, fwenne Ditmar vnd fein haufvrowe vnd ir tohter Katrey di vorgenanten abfterbent, fo fol daz vorgenant gůt mit alle dev vnd darzv gehort, gepavnf vnd vngepaunf, ledichlichen fein an allen chriege vnd an alle fůrziht def vorgenanten Gotfhauf vnd der fampnunge ze Gerften, vnd ift der prif darvber geben nach chriftef geburde, da ergangen waren taufent Jar, drev hundert Jar, darnach in dem fehf vnd zwainzigiften Jar, an fant chunigunten tag in der vaften ze Gerften.

CCXXVI.

.... *Otte von gotes genaden* vnd die Erber fampnunge dez.... *ze Gerften, Her Vlrich Prior* mit allem Conuent vergehen vnd tuen chůnt allen den, die nvn lebent vnd noch chůnftig fint, die disen brief lefent, hôrent oder fehent, daz wir mit gemainem rat vnd mit betrahtum vnfers gůten willen Janfen venfers herren abt Otten pruder daz gůt *an dem aigen* verleichen haben zv fein

alaines tagen alſo, daz er alle iar do von dienn ſchol zv ainem vrchûnd an vnſer vrawen tag ze dienſtzeit ſehczich phenning wienner mûnſſe, vnd ſwan er nicht eniſt, ſo iſt daz vorgenant gût ledichleich dez Goczhauſſe alz ez e geweſen iſt vnd ſind geziug *Her Vlrich prior, her chunrat vbelman, her Reycher guſter, Her Hartlieb, her Herting mit dem ganczen Conuent, her Heinrich vnd her Marichart prevhauen, Dietreich von Volkhenſtorf, Peter Ponhalm, Philip ſein prûder, Heinrich vnſers heren abt Otten prûder, Heinrich liepger Heinrich Enſer, Perichtolt amman* vnd ander erber leût. Daz die red vnd die wandelumb ſtat vnd vnzerbrochen beleib, geb wir diſen prief zv ainem ewigen vrchûnde verſigelt mit vnſerm inſigel vnd mit vnſers Conventz inſigel, vnd iſt daz geſchehen nach Chriſtes gepûrt vber druzehenhundert iar darnach in dem ahzehendem iar an dem Prehentag ze Gerſten.

CCXXVII.

Nos *fridericus dei gratia Gerſtenſis Eccleſie Abbas* et Conuentus preſentibus litteris proteſtamur, quod domno *wernhardo de Lerpûhel*, vxori ſue ac omnibus heredibus ſuis eorundem predium noſtrum *an der Oed iuxta Cherpach* locauimus iure perpetuo poſſidendum. Qui dictus wernhardus vel quicunque ſuus heres dictum iam predium pro tempore habuerit lx. denarios conſwete monete in Natiuitate beate virginis Monaſterio noſtro per manus *officialis noſtri de perbind* inde perſoluat, ſed xxx denarii de premiſſis proueniunt de quodam alio predio, quod idem prefatus W. et progenitores ipſius ab Eccleſia diu antea poſſiderunt (sic). Quod ſi pretaxatum cenſum uidelicet denariorum xxx. preſcripto termino perſoluere neglexerint, tunc ſemper ad xiiij. dies, donec ſex perficiantur ebdomade ad penam lx^{a}. denariorum ſupercreſcant, ſed ſi vltra in perſoluendo fuerint negligentes, quod tunc iuris ſententia dictauerit, ſubſequatur nec ad manus alienas extra hereditatem ipſorum ſine noſtris manibus nullatenus tranſeant predia memorata. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſibi damus noſtrorum ſigillorum munimine roboratas. Datum in Gerſten Anno domini M°. cc°. lxx°. viij°. xiiij°. Kalendaſ Junij.

CCXXVIII.

Ich Vlreich in gotes genaden abte ze Gerſten tvn chvnt allen den, di diſen brief ſehent oder horent leſen, daz ich vnd div ſampnunge mit gvten willen haben vns des verdachte vnd daz wir erchant haben di groſſe trev an im, di vnſe ditreiche vnſer diner hat gezaiget, dar vmbe haben wir im den hoff gelichen *ze aigloren* vnd das lechen, daz im dem hof leit, davon ſol er vns geben alle iar zechen pfenningen vnd ſiben ſchilligen an ſand Mertinztag, vnd nach ſeinem tôt ſchol noch ſeine havſfrou noch ſeine chint gechaine recht haben an dem hof ze aigloren, vnd darvber geb wir im ze ſtetem vrchvnde diſen brief mit vnſener inſigeln vnd der ſampnunge inſigeln, des ſinde gezevge, *her Richer der prior vnd der cuſter vnd der chvnrat der vbelman vnd her perchtolt, vnd der chvnrat von volchenſtorf vnd div prevhafen van ſteir vnd der ſchachner.*

CCXXIX.

Ich Vlreich in gotes genaden abte ze Gerſten tvne chvnt allen den, di diſen brief horent leſen, das ich vnd div ſampnunge mit guten willen haben vns des verdachte vnd das Wir erchant haben di groſſe trev an *ditreichen ampman mair von aigloren* darvmb haben Wir im vnd ſeiner hauſſrowe gedravten vnd ſeiner tochter gedrauten gelichen vnze an ir ende di hvbe *ze gvlnich* alſo, das ſi vnſe alle iar da von ſchvlne dinen Trei ſchillingen pfenningen an ſand Mertinztag. vnd dar vber geb Wir in ze ſtetim vrchvnde diſen brief mit vnſener inſigeln vnd mit der ſampnvnge. des ſinde zevge *her Richer der prior, vnd der cuſter vnd der chvnrat der vbelman vnd her perchtolt vnd der chvnrat von volchenſtorf vnd div prevhafen von ſteir vnd der ſchachner.* Div zwo hantfeſt ſint gegeben be abts friderichs zeiten vnd ſint be abts Vlreichs zeiten genevt.

CCXXX.

Nos fridericus dei gratia Gerſtenſis Abbas et conventus preſentibus litteris proteſtamur, quod inſtante nobis neceſſitate penurie temporalis *per deſolacionem a bohemis peractam* quinque virorum reſidencias *In viting* tres et *ſuper haida* vnam et

althamarij quintam *circa caſtrum Trunam*, que ſoluerunt nobis ſeptem ſolidos annuatim, *Domno ottoni de Franſen* et vxori ſue domne Elyſabeth et Dietmaro ſuo genero nec non et ſue coniugi Offemye locauimus pro frumento ad dies ipſorum quatuor tali iure, quod ipſi, qui pro tempore fuerint, In Natiuitate beate virginis triginta denarios nobis ſingulis annis perſoluere teneantur ad manus officialis noſtri de *perbind* in ſignum iuris antea nominati et poſt mortem quatuor perſonarum ipſarum dicta bona redeant ad monaſterium pleno iure ita, quod ad nullum heredem ipſorum uel perſonam extraneam tranſeat Jvs premiſſum omni occaſione remota. In cuius rei etc. Teſtibus ſubnotatis.

CCXXXI.

Nos fridericus dei gratia Gerſtenſis eccleſie Abbas et conuentus preſentibus litteris proteſtamur, quod decimam noualium, quam Trautmannus diebus ſuis habuerat, et duas domos decimales *In langſtain* vnam et *In Eibenperg* alteram ad nullam decimam pertinentes locauimus *Heinrico dicto Rauſch* et vxori ſue Methildi et Elyſabeth nate ſue ad ſolos dies ipſorum ita quod poſt eorum trium obitum ad eccleſiam libere revertantur, Ac Interim Triginta denarios In Natiuitate beate virginis omni anno perſoluant eccleſie In ſignum locacionis predicte. In cuius rei etc. Teſtibus Subnotatis. Datum anno domini M°. cc. lxx. ſeptimo.

CCXXXII.

Ne geſtarum rerum memoria proceſſu temporiſ evaneſcat, diſcretorum virorum prudencia ſolet eas per litteras eternare. Nos igitur *vlricus dei gratia abbas in Gerſten* notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, Quod cum Wernhardus bone memorie noſter officialis *in perwinde*, qui de vite medio euocatus eſt, nobis et noſtre eccleſie annexus fuerit ſeruituti, quandam ſibi propriam videlicet eccleſie chremſmunſter, neſciente domino ſuo abbate, qui tunc fuit in Gerſten, matrimoniali federe ſociauit cum eadem filios atque filias generando, defuncto vero Wernhardo ſupradicto Heinricus eiuſdem Wernhardi filius et nunc officialis et quedam Agnetis nomine nobis etiam et noſtre eccleſie iure proprietario annexa, matrimoniali federe ſunt coniuncti.

Quapropter Reverendus pater et dominus *fridericus venerabilis abbaſ et dominuſ chremſmunſterenſis eccleſie* et nos *Vlricus* contendebamus contencione divtina, quouſque iſta contencio mediante bonorum virorum et prudentum conſilio et cum communi conſenſu noſtri capituli determinari meruit hoc tenore, quod primus heres predictorum uidelicet heinrici et vxoris ſue Agnetis predicto abbati in chremſmunſter et eccleſie ſue ſit annexuſ, Ceteri vero nati ſiue naſcituri ad utramque eccleſiam pari numero pertinebunt. Inſuper, (ut) res iſta ſtabilis permaneat, cartam noſtram indulſimus eidem domino abbati et ſuo cenobio continentem negocium vt geſtum fuerat et ſignatum, nominibus teſtium et ſigillorum noſtrorum munimine roboratam. Teſtes ſunt *domnus Fridericus plebanus de chemnaten, Marquardus ſchecho mileſ, Heinricus ſtreler mileſ, peter ponhalm, Heinricus lipkorus, Heinricus enſer, perchtoldus officialis* et ceteri probi viri. Actum ab incarnacione domini M°. ccc°. vj°.

CCXXXIII.

Wir abt vlrich von Goteſ genaden vnd die ſampnvnge deſ Gotſhauſ *ze Geſten* tvn chund allen den die diſen prief ſehent oder horent leſen, Daz wir mit verdahtem mût mit gvtem willen loben vnd gelobt haben *den Erbern Purgern deſ Rateſ der ſtat ze wienne*, daz wir daz Halbe havſ, daz *Heinrich der ſchonen Leytgebinn ſvn* dem Got genad vnſerm Gotſhavſ geſchaffet hat nach ſiner Havſvrowen tot, In Jareſ vriſt nach ir Rat einem purger, der damit der ſtat diene alſ zeitlich vnd pillich iſt, ſuln verchavſen an allen auffchvb, tet wir dez niht ſo ſuln ſi ir ſtat frumen damit ſchaffen an alle widerrede, vnd geben In dar vber diſen prif ze einem waren gezevge diſer ſache verſigelten mit vnſern Inſigeln. Diſer prif iſt geben datz Geſten, do von chriſteſ Gepurde ergangen waren drevzehen hvndert Jar, In dem Nevnten Jar darnach an ſand Mathiaſ Tage.

CCXXXIV.

Wir van Gots gnaden apt Ott vnd der Convent des Gotſhaus *ze Gerſten* veriehen offenlich vnd tvn chvnt mit diſem brif allen den, di in horent oder leſent, Daz wir mit ſampt

vnſerm Convent durch Got vnd Sand Ofwalten ze eren vnd ze fůderung den pharlevten *datz Neunſtift* in vnſer Chirichen di gnad getan haben, daz der pharrer, ſwer der iſt vnd pei in geſeſſen iſt, ze rehter zeit vnd weil daz Gotzdinſt begen vnd ſingen ſol als gewonlich alſwo in andern pharren iſt, vnd vmb di ſelben gnad habent ſich di pharrleut verhaizzen vnd verlubt alle Jar ze geben dem pharrer ze hilf ein iſlich man geſeſſen mit aigen Ruchk in der vorgenanten pharr ein halben metzen chorns an ſand Michels tag oder da für als daz chorn ganch hat, vnd fueter alſ ſi mit alter gewonhait habent her praht. Swenn aber ſi daran ſavmich wern vnd daz reht, daz ſi gelvbt habent, niht geben, ſo hieten ſi ſo zehant ir reht verlorn, daz in van vnſ iſt gelubt vnd ginge in daz ab. Daz in daz ſtet vnd vnverchert van vnſ beleib, geben wir in diſen brif ze vrchunde verſigelten mit vnſerm vnd mit vnſerſ Conventz Inſigeln, Der iſt geben da man zalt van chriſtef geburde dreuzehen hundert Jar darnach in dem ein und dreizzigiſten Jar an Sand Gorgen tage.

CCXXXV.

Wir van Gotz gnaden Apt Heinrich vnd die Sampnunge vnſers Gantzen Conventz alt vnd Junge *ze Gerſten* tvn chunt vnd vergehen an diſem brif allen den, di in leſent, horent oder ſehent, di nv lebent vnd nah chvmſtig ſind: Daz *der Hof zwiſchen den Wazzern*, der da haizzet *an der Prantſtat*, daz der *Chvnrat der Chamerer* mit ſinem phenning zv dem Gotſhaus hintz Gerſten gechauft hat, Den leichen wir im vnd ſeiner Haufvrowen vren Agneſen vnd di Hůb *datz Grub* mit allev vnd darzv gehoret mit wol verdahtem mvt vnd mit gutlichem willen an allen chrige zv ir baider tagen Chvnrat vnd Agneſen ſeiner Haufvrowen, vnd ſwelichs ê ſtirbt, ſo ſol daz ander di vorgenanten gůt habn vntzen an ſinen tode an allen chrige. Darzv ſol man raichen von den vorgenanten guten ze einem vrchvnde alle Jar an Sand Gőrgen tag ein halb phunt phenning weiner (sic) den Convent, daz man begen ſol ſeiner mv̊ter Jartag vren Giſiln vnd aller ſeiner vodern mit vigil vnd mit einer ſelmeſſ, vnd ſwenn di zwen leib niht ſint, ſo ſol der apt van Gerſten daz halb phvnt den herren geben van dem hof an der prant-

ſtat. Daz di red vnd di ſach vnuerchert vnd ſtet beleib Chvnraten vnd ſeiner Hauſvrowen vren agneſen, geben wir in diſen brif zv einer beſtetigvn vnd vrchunde verſigelt mit vnſerm Inſigel vnd mit vnſers Conventz Inſigel. Der brif iſt geben da van Chriſtes geburde ergangen waren drevzehen hundert Jar, dar nach in dem drev vnd dreizigiſten Jar an Sand Thomas abent.

CCXXXVI.

. . . . . .

. . . . des Gotſhaus datz *Gerſten* Tvn chvnd allen den, die diſen brief anſechent oder noch chvnſtige werdent, daz zv vns iſt chomen *vnſers ammannes hauffrowe von weicherſtorf div albers*, daz vns div hat ermanet mit abte frideriches brifen, daz ſi vnd alle ir erben ſhol haben den weingarten, der da haizzet der ſhelle ze rechtem purchrecht zwaintzge pfenninge an ſand Michelstage ze geben. Swenne ſi des nicht enteten ſi oder ir erben, ſo ſhol ſi geben div wandel, div der berch ze recht hat, da der weingart leit, vnd daz ſi ſhol irn frum ſhaffen da mit ze verchauffen oder ze verſetzen, alſo purchrecht recht hat, mit vnſer hant. Daz im daz ſtete beleibe vnd vnverchert, des geben wir im diſen brife verſigelt mit vnſerm inſigel vnd mit vnſers Conventz vnd diſe erber gezevge *Hern Chunrat von hauſpach. Hern vlrich Shechen. Her Dietmar von ſhachen, Hern Chunrat von volchenſtorf, Hern Otten von hauſpach, den Richter Leben von der Newenſtat, Rudolfen Maurer, Dietreich eiſenein, Leutolt pucker* vnd ander erber purger. Daz daz geſhehen iſt, des ſint von Chriſtes gebůrt Tausent iar, zwai hvndert iar, Nevnzige iar vnd in dem zehenten iar.

CCXXXVII.

Wir abte vlrich von Gotes genaden ze Gærſten mit ſampt der gemain vnſers Conuentef tvn chvnt allen den, di diſen brief horen, leſen oder anſehen, daz di Erbærge frowe *die edele witwe fro Gæifel div priwehafninne ze Stæier geſeſſen* durch ir trive vnd ir rechte beſchaidenhait vnd ouch voderlichen durch irez lieben wirtef ſele willen heren Hainriches des priwehavens ſæliger gehvge in Got vnſerem Goteſhovse ze einem ſelgræitte le-

dichlichen vnd fvr aigen gegeben hat ir aigen gvt *daz fwambaren*, da vlrich der ſchiſtringær vffizzet, di giltet alle iar ein Swæin, daz einef halben pfvndef wert ſol ſin, vnd ein halbef fvder pirz mit ſolher beſchaidenhait vnd gedingen, daz vnſerre herren ainer ein priſter, ſwer der ſi, alle wochen ze einem tage alain heren Hainriches def vor benanten priwehavenf ſele *in fand Laurenzen Chappel*, da er beſtattet iſt, mit einer ſelmeſſe gedenchen ſol. Darvber ſvlen ovch wir alle ze ieglichem Jar ſinen jærlichen tachk gemainlichen mit gelævt, mit vigilie, mit gemainer Selmeſſe begen, alz vmb di toten ſittlich und gewenlich iſt. Deſſelben tageſ ſvlen wir vnſere ſamnvnge oder ſwer herre vnd pfleger vnfers Gotefhovſes nach vnſ iſt, ein halbef pfvnt pfenninge geben, daz ir pfrvnt peſſert werde vnd ovch fvr ir arbait. Der rehte alz hie geſchriben iſt, ſin wir der ſele ewichlichen ſchuldich. Swo auer wir die ſele bechrenchen wolden vnd den andaht niht volfvrten, ſo ſol ſi die genant frowe fro Giſel an gevære ſich def gvteſ vnderwinden wider vnd ſol ir ſin aigenlichen alz ê. Daz vnſ vnd ovch ſi nieman fvrbaz bechrenchen mvge, alz hie geſchriben iſt, def Geb wir ir vnſer paidiv Inſidel ze warem vrchvnde. Der taiding ſint ziwch *her Richer der prior*, *her Chunrat*, *her Chunrat der vbelman*, *her Hainrich der Gvſter*, *her Johanſ der priwehaven*, *der Liepker*, *der pharrer ze ſtæyre*, vnd alle vnfers Gotefhovſes priſter und herren. Darvber ſint zivge von Layen: *her Chunrat von volchenſtorf*, *her hainrich der priwehaven herren perhtoldef ſvn*, *der vlrich vnd der dietmar ſin brvder von Tvſendorf*, *her Hainrich der Strælær*, *her dietmar der ſchachner*, *her marguart der ſcheche*, *Haïnrich der Stadlær vnd der ott ſin brvder*, *Erchenger der ſvlzer*, *Hainrich der widmær*, *Imbrinch ſin brvder*, *Erhart*, *Wolfhart*. *Hainrich liepkær* vnſer dienær vnd andere biderber lævt vil vnd genvch. Daz iſt geſchehen, do von Chriſtef burte waſ tovſent jar vnd driwe hundert jar.

Codex Traditionum

Monasterii Ranshofensis

Ordinis canon. regul. S. Augustini.

Das Kloster Ranshofen verwahrte unter seinen zahlreichen Archivalien zwei *codices traditionum* auf Pergament aus dem XII. und XIII. Jahrhunderte, aus denen die Herausgeber der *Monumenta boica* im dritten Bande dieses Werkes (erschienen im Jahre 1764) 184 einzelne Traditionen bekannt machten. — Beide codices sind jedoch seit der im Jahre 1811 erfolgten Aufhebung des Klosters Ranshofen verschollen. Ein in der k. bairischen Staatsbibliothek zu München gegenwärtig noch vorhandenes Copialbuch von Ranshofen vom Ende des XIII. Jahrhunderts enthält keine Traditionen, sondern nur Notizen über die Einweihungen verschiedener Kirchen, und einzelne Urkunden. Unter diesen Umständen musste man sich auf den Wiederabdruck der in den Monumentis boicis mitgetheilten Traditionen des Klosters Ranshofen beschränken.

Codex Traditionum

Monasterii Ranshofensis.

In Isto Libro Continentur Predia et Capite Census huius Ecclesie.

I.

Notum ſit S. Eccleſie, quod quidam nobilis vir nomine *Udalrich de Wengi* ſuper altare S. Pancratii Gottam poſteritatemque eius ad annualem cenſum V. denariorum tradidit, iubente *Imperatore Heinrico* et in conſpectu *advocati Kadelhohi*, in cuius donatione, ſi quis fraudem aut aliquid conſequens faciat, cum eo, cui data eſt. in iudicium veniat. Huius rei teſtes ſunt *Raffoldus et frater eius Adalhardus. Ouzi.* (c. 1070.)

II.

Notum ſit omnibus Chriſtianis, quod quedam femina nomine *Sigeburch* ſub teſtamento denegavit ſe predii quod dicitur *Haſilbach* omnibusque prediis et mancipiis fratris ſui nomine *Erinberti* in conſpectu Patroni ſui, nomine *Potonis*. Huius rei teſtes ſunt *Hartwich, Diemo, Adalman* etc. (c. 1085.)

III.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod quidam S. Pancratii capite cenſuum, *Heinricus nomine de Richkersdorf* potenti manu ſuper altare S. Pancratii tradidit predium ſuum, quod eſt in predicta villa *Richkersdorf* Dei famulis ibi degentibus in ſervitium: niſi famulam aliquam S. Pancratii, ſi nubere vellet, in uxorem duxerit, vel ſorori ſue dederit. Huius rei teſtes ſunt *Adelperth* de predicta villa etc. Et eadem conditione quendam ſervum ſuum nomine Lanchonem illuc tradidit. (c. 1090.)

IV.

Notificamus omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Heinricus liber homo de Honhard* potenti manu tradidit mancipium Adelpertum ad cenſum V. denariorum: quod ſi tribus annis dare neglexerit, et non emendaverit proprius ſervus erit S. Pancratii. Huius rei teſtes ſunt *Oethpreth. Walchun* etc. (c. 1090.)

V.

Inſinuamus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter duo fratres nomine *Rudegerus* et *Chunradus de Winchelfaz* denegaverint ſe predii *Aſpach* cauſa noſtri Theſauri; tractis teſtibus, quorum nomina ſunt hec; *Comes Gebehardus de Sulzpach, Hartwich Comes de Bogen, Erchenbret de Stirn, Sibot cognomine Louze de Sulzbach. Chadelhoh de Ror. Hartwich. Brunerus. Gozberht frater eius de Winchelfacze.* (c. 1150.)

VI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Sigihardus de Pyrcha* tradidit predium ſuum, quod eſt in *Pyrcha* potenti manu ſuper aram S. Pancratii in proprium. Huius rei teſtes ſunt *Eberhardus de Prunou. Otperht Walther Germani, et Heimo de Haſilpach. Peringerus et Rapoto dü Prounou. Ylfunch. Reinpercht de Haſilpach et Liudwin. Dietpold et Kerhardus,* et alii plurimi; aſtante etiam Prepoſito eiusdem loci *Ranshoven,* magiſtro venerabili nomine *Manegoldo* clericis quoque aſtantibus, quos per nomina longum eſt deſcribere. Actum eſt in die barnabe Apoſtoli, cuius feſtum eo anno fuit in dominico die. (1150. 11. Juni.)

VII.

Notum ſit omnibus Chriſtianis, quod quidam nobilis homo nomine *Adalman de Haſilruida* tradidit ancillam ſuam nomine Luizewibh pro redemptione anime ſue ad Ranshoven ſuper altare S. Pancratii Martiris Chriſti, ſe, ſuamque poſteritatem inde per ſingulos annos quinque denariis ſolvendam. Et ſi dimiſerit illa

aut aliquis ſobolorum eius unum, ſecundum, tertium, annum, in quarto cuncta pleniter impleviſſet, aut poſtea in ſervitio ſacerdotis ipſius altaris conſtitiſſet. Huius rei teſtes ſunt Gerhard. Didemar etc. (c. 1085.)

VIII.

In Chriſti nomine eadem lege et conditione tradidit quidam liber homo nomine *Andrich de Verpretishemun* duo mancipia nomine Gezonem et Gepam pro petitione Luipoldis et Gundramis et adhibuit teſtes, quorum nomina ſunt *Adelbero Chuno* etc. (c. 1085.)

IX.

Notum ſit omnibus Chriſtianis, quod quidam nobilis homo nomine *Chounrad* tradidit duo mancipia ſcilicet marem et feminam, nomine Adelbero et Trutta ſuper altare S. Pancratii Martiris pro redemptione animarum parentum ſuorum; ea ratione ut ſe inde annuali cenſu, id eſt V. denariis redimerent. Et ſi neglexiſſent hoc uno, qui ſecundo aut in tertio anno, et ſi niſi pleniter totum quarto impleviſſent, poſtea in ſervitio ſacerdotis ipſius altaris adeſſent. Huius rei teſtes ſunt *Gerhard. Adelbero* etc. (c. 1090.)

X.

Notificamus cunctis Chriſti fidelibus qualiter *Chounradus de Mathicha* cum duobus filiis tale predium quale habuit, dedit ſuper aram S. Pancratii pro remedio anime ſue parentumque ſuorum.

XI.

Notificamus tam futuris quam preſentibus Chriſti fidelibus quod *frater Pernhardus* antequam frater fuerat dedit ſuper altare S. Pancratii cognatam ſuam nomine Herhilam V. denariorum cenſu annuatim ſe ſolvendam, et hoc *Pernhard* confecit rogatu eiusdem femine.

XII.

Notum ſit omnibus Chriſtianis quod quidam nobilis homo nomine *Adelman* ancillam ſuam nomine Luczewiba et cunctas

poſteritates eius ſuper altare S. Pancratii Martiris ad *Ranshoven* per ſingulos annos V. denariis perſolvendas tradidit atque teſtibus confirmavit: ita tamen, ut ſi hoc aliquis ex iſtis dimitteret in ſecundo aut in tertio anno, totum in quarto impleret, aut poſtea in ſervitio ſacerdotis altaris illius ſuiſſet. (c. 1090.)

XIII.

Notum ſit omnibus Chriſtianis, quod quidam nobilis homo nomine *Reinpertus* tradidit quedam mancipia ſibi conceſſa ab *Uodalrico nobili viro,* nomine Richpurch et filios nomine Hartwich Rudolf. Enwich ſuper altare S. Pancratii Martiris *Ranshoven*, in conſpectu ducis illius temporis nomine *Welfardi* et principum eius ea ratione et confirmatione, quod ipſi et poſteri eius ſe inde redimerent annuali cenſu, id eſt V. denariis. (c. 1090.)

XIV.

Notum ſit cunctis mortalibus Chriſtiane profeſſionis qualiter *Erimbertus Canonicus S. Pancratii Martiris* quoddam predium nomine *Phaffiginh* ſuper altare eiusdem predicti martiris cultum et incultum cum omnibus appendiciis ſuis in proprium tradendo firmavit pro redemptione anime ſue parentumque ſuorum ſine ulla contradictione. (c. 1110.)

XV.

Omnibus chriſtianis pateat, quod nobilis Domina nomine *Litticha de Uberek* preſentibus duobus filiis ſuis *Hartmanno et Hertwico* pro remedio anime Coniugis ſui nuper defuncti vineam in *Winchellern* iacentem ſuper aram S. Pancratii potenti manu ſine ulla contradictione fratribus inibi degentibus in ſervitium, ſicut adhuc vivens maritus rogaverat, benigne tradidit. Huius rei teſtes ſunt *Hertwicus et Hartmannus. Raffoldus de Schovenberch. Eberhart de Prunowe. Wernchere de Oettendorf.* (c. 1125.)

XVI.

Gundacher et *Adelbret* nobili genere orti dederunt ſuper aram S. Pancratii Martiris Chriſti ad V. denariorum cenſum Regenbertum et Otonem. Huius rei teſtes ſunt *Hartwicus de Uberach, Adelhart de Houtte, Dietmar, Gerhart de Winchelhaim.* (c. 1120.)

XVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus qualiter *Hadwich* denegaverit ſe predii *Purperch* altari delegato ſancti Pancratii Martiris, et V. mancipiorum, ſuſcipiente ſacerdote eiusdem altaris *Erinberto* et *advocato Gebhardo*, aſtante omni familia ſua. Huius rei teſtes ſunt *Rapoto de Truna. Wichart de Idina. Pruno de Perhah.* et alii multi. (c. 1120.)

XVIII.

Notum ſit cunctis mortalibus chriſtiane profeſſionis, quod quedam mulier privata marito nomine *Geba* cum filio ſuo *Chuno* in conſpectu et conſenſu filiarum ſuarum tradidit predium ſuum quod habuit in loco qui dicitur *Gundherisſpac* cultum et incultum cum omnibus appendiciis ſuis cuidam clerico nomine *Erinpreth* ſine ulla contradictione omnium viventium proteſtatione. (c. 1110.)

XIX.

Notificamus omni populo recte fidei comprehenſo qualiter *Reinperth de Purmanniſperc* conſenſu Domini ſui *Rafoldi* et preſente eo tradit ſuper altare S. Pancracii propriam ancillam cum duobus filiis et cum omni poſteritate ſua, cauſa Dei et familiarium rerum *Hugonis* mariti eiusdem femine. Fecit hoc *Rempertus* in conſpectu horum teſtium. *Raffold de Planchenpach. Idem Rempertus. Perthold de Planchenpach.* (c. 1120.)

XX.

Ozza libera femina pro remedio anime ſue parentumque ſuorum ſuper aram S. Pancratii Martiris Chriſti ſe cum omni-

bus ſui generis ſequacibus tradidit ad V. denariorum cenſum ſingulis annis perſolvendum. Et huius rei teſtes ſunt *Senex Gumbo de Hochperch Perhtold ſenex de Tarſtorf. Dives Dietmarus* et frater eius *Udalſcalcus de Shitere. Germund de Raneshoven. Altmanus miniſterialis. Herigolt de Ertnide. Perngcrus de Tarſtorf. Aciman de Geroltesperg,* et alii quam plures. (c. 1120.)

XXI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Eberhardus Miniſter Regni* delegaverit poteſtativa manu tale predium quale *Erimbertus de Gundramishuſin* habebat *Purchperich* ipſius rogatu ſuper altare S. Pancratii Martiris pro remedio anime illius. (c. 1120.)

XXII.

Notum ſit omni populo chriſtiano, quod quedam nobilis mulier nomine *Anaſtaſia* tradidit potenti manu propriam ancillam ſuam nomine Riekart ſuper altare S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis*, ea ratione et confirmatione, ut ſe inde redimeret, et omnes poſteri eius annuali cenſu, videlicet V. denariis. (c. 1120.)

XXIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Alwich* per ſingulos annos quinque denariis cenſu perſolvi deberet et ſingulos homines poſteritates eius ipſum cenſum ad *Ranshoven* creditori perſolvimus. Et ſi neglectus fuerit in uno aut ſecundo anno, in tertio anno totum impleretur. Quod cum *ignito ferro* firmatum fuit. (c. 1120.)

XXIV.

Pezelain nobilem et liberam feminam ſuper aram Chriſti Martiris Pancratii ad V. denariorum cenſum ſingulis annis ſolvendum cum omnibus ſui generis ſequacibus notificamus eſſe traditam ipſius rogatu. Et huius rei teſtes ſunt *Zophilus. Adel-*

perth de Hafalpach. Germunt et ſenior Dietmarus de Ranshoven. et liberi et alii multi. (c. 1120.)

XXV.

Notificamus tam futuris quam preſentibus chriſtianis, quod *Aringos, Germundi filius,* poteſtativa manu cauſa Dei et pro requie anime coniugis ſue nuper defuncte tradidit ancillam propriam nomine Gerlint ſuper altare S. Pancratii ut ſingulis annis redimeret ſe V. nummis. Et ſi hoc tribus annis negligeret, et in quarto non adimpleret, ut propria ancilla fratribus inibi Deo militantibus cottidie ſerviret. Huius rei teſtes ſunt *Germund. Dietmar de Ranshofen.* (c. 1125.)

XXVI.

Notum ſit omnibus fidelibus chriſtianis quomodo quidam iuvenis nomine *Eberwinus* inpetraviſſet a domino ſuo nomine *Hertwico,* ut delegaret ſuper altare S. Pancratii Martiris, quod et factum eſt. Poſtea enim idem *Hertwich* delegavit eundem iuvenem *Eberwinum* in manum cuiusdam militis nomine *Reinperti de Echinaha* ad delegandum ſuper altare S. Pancratii Martiris ad *Ranshoven* quod ipſe libenter perfecit ſub his teſtibus *Raffold de Planchenpach. Eberhard de Prunou. Udalric de Echina. Rempert de Lachin. Reimpert delegator.* (c. 1115.)

XXVII.

Notum ſit cunctis fidelibus in Chriſto, quod quidam liber homo nomine *Otto de Uberachin* tradidit Sigeburch filiam Meintgardis ad *Ranshoven* ſuper altare S. Pancratii Martiris ea lege et conditione, ut in illo altare annuali tempore quinque denarios imponeret. Huius rei teſtes ſunt *Ditmar, Germund de Ranshoven.* (c. 1110.)

XXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo nomine *Pertolt de Planchenbach* tradidit famulum ſuum Otto

vocatum ſuper altare S. Pancratii Martiris pro quinque denariis annuo ſolvendis. (c. 1120.)

XXIX.

Pateat omnibus catholice et apoſtolice fidei cultoribus quod quidam nobilis vir nomine *Eberhart* genuit de nobili coniuge ſua filiam *Roecila* nominatam, que valde diu egrotabat et ideo patrem obnixe rogabat, ut in die ſolempnitatis S. Pancratii illam coram eius altari appenderet, confidens, quod priſtine ſanitati eius obtentu reſtitui valeret. Igitur fide ſua ſtatim ſalva facta eſt. Illa autem ut ſenſit ſe ſalvatam patrem ac matrem multis precibus efflagitabat, ut ad itidem altare pro quinque denariis annuatim ea loci ſolvendis mox eam traderet. Quod et ita factum eſt, aſtante et accipiente eam pro potente advocato *Roudpertus* nomine *de Maticha* et Parrochiano nomine *Hanto,* tempore Ducis nomine *Otto.* Huius rei teſtes ſunt *Wichart de Idina. Friderich de Noſpach. Stephin de Vucchingen* et frater eius *Adalpert. Salo de Wanimſtorf* eiusque filius *Egino. Raffolt de Scoemperc* et eius milites quam plures. (c. 1070.)

XXX.

Omnibus tam futuris quam preſentibus Chriſti notum eſſe volumus qualiter quedam femina *Fromutt* nomine marito privata mater fratris noſtri *Etici* adhuc pueri, predium quod eſt in loco qui dicitur *Eremittingin* cauſa Dei ſueque anime Deo et ſancto Pancratio tradidit et quatuor mancipia II. in cottidianis ſerviciis videlicet Henricum et Heburgam, II. ad V. denariorum cenſum. (c. 1130.)

XXXI.

Quia miniſtri altaris rebus Eccleſie tuendis ipſi vigiles iure extant per literas has populis adhuc longe naſcituris inſinuari cupimus, que mancipia Eccleſiam contingant. Bertha filia cuiuspam Diedrami fuit ancilla *Rampoldi,* qui rogatu *Diedrami* eandem cum omni ſue poſteritatis homine commendavit nobili viro nomine *Roudperto* altari S. Pancratii delegandum V. numis

annuo dandis. Quod *Roudpertus* aſtantibus firmavit teſtibus his. Nomina. *Alpertus. Luidram de Haſilbach. Ditmarus de Schittiri. Dietmar, Germund de Ranshoven. Pertholt Heribort de Planchenpach. Dietricus longus de Oeſteirperge. Syfridus nobilis de Itingin.* et alii quam plures. (c. 1110.)

XXXII.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod *Imperator Heinricus,* cuius predium erat, qui *Ranshovin* vocatur, tradidit ſuper altare S. Pancratii ancillam quandam Lancware cum filiabus ſuis, et cum omni poſteritate ſua, ut ſingulis annis perſolvant cenſum quinque denariorum, et ſi tribus annis non ſolverint, perpetualiter ut proprie ancille deſerviant altario S. Pancratii. Huius traditionis teſtes extitere. *Erneſt Marchio. Adalpero Marchio. Rapoto comes de Rœtelnperge. Gebehardus comes de Vorenpach. Sarchilo comes de Moſepach. Aribo comes de Hegirmos, et frater eius Poto comes de Botenſteine. Sigihart de Tenclingin* et alii multi. (c. 1070.)

XXXIII.

Kernundus Ducis Camerarius vir ſatis probus cognomine *albus* pro redemptione parentum ſuorum et fratris ſui in itinere ad *Jeroſolimam* defuncti tradidit ſuper aram S. Pancratii Adelheidam ad cenſum V. denariorum, quem ſi quatuor annis dare negligeret, et in quinto non perſolverit, aut aliquis etiam ſue poſteritatis, deinceps perpetuo ſubiugaretur ſervitio. Huius rei teſtes ſunt *Helmpreht de Ror. Otperht et Walther fratres de Haſelpach. Kerhard de Piubenpach. Kerhard de Schitere. Kermund de Enchinaha. Altman de Prunov.* (c. 1110.)

XXXIV.

Notum ſit omnibus Chriſtianis tam futuris quam preſentibus quod *Heinricus Dux Bawariorum* tradidit S. Pancratio *Ranshovin* beneficium cum mancipiis et cum omni iure cuiusdam mulieris nomine *Irmingarde,* et filii ſui *Rafoldi* in ſervitium fra-

tribus, qui inibi ſunt communis vite. Et quia *Heinricus Dux* Deo et ſancto Pancratio tradidit iſta beneficia, ea de cauſa tradiderunt et ipſi *Raffolt* ſcilicet et mater eius *Irmingart* predia ſua in loco qui dicitur *Afpach* et mancipia ſua numero XXI. pro V. denariis. Cetera tradiderunt Eccleſie in diurnum ſervitium excepto uno die. Huius rei teſtes ſunt *Wernhart, Adalhard, Hartwic, Eberhard* etc. (c. 1125.)

XXXV.

Notificamus cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nomine *Gerold*, deceptore ſcilicet diabolo ſuadente deceptus, quedam mancipia a ſervitio S. Pancratii nitebatur avellere, quos divino auxilio coram advocato iure noſtro liberavimus: alios quoque quos *wtto* per fraudem male ſuadentis inimici perſuaſus ſibi ſubiecerat; ſcilicet Dietricum, Adelheidam, Gotelindam; ſimili modo liberatos pronunciamus.

XXXVI.

Notum ſit omnibus Chriſtianis tam abſentibus quam preſentibus quod nobis (nobilis) homo nomine *Otto de Tampach* famulam ſuam nomine Hezillam tradidit ſuper altare S. Pancratii martyris per ſingulos annos quinque denariis ſolvendos cauſa anime ſue. Huius rei teſtes ſunt *Wernhart de Idina. Adalpertus de Fucingin. Engildeide de Gundrammeshuſin. Adelram frater eius. Outto Patruus eius de Heſſinreini. Oezi et frater eius. Mahtino. Antrich. Pertoldus de Tarſtorf. Oudalrich de Ittingen. Salcho de Matichi*, et hoc in preſentia *Hanti ſacerdotis* illius loci factum eſt. (c. 1070.)

XXXVII.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod traditione nobilis viri nomine *Oudalrici de villa que Wengi* nuncupatur iubente *Imperatore Heinrico* ad altare S. Pancratii martiris tradita eſt Gotta cum pueris ſuis ad annualem cenſum id eſt V. denariorum in preſentia *Altmanni advocati de Matiche. Raf-*

foldi procuratoris de Scoeniperc ea videlicet traditione, ut nullus ſucceſſorum inde preſumeret eripere ſub fiſco Imperatoris. Huius rei teſtes ſunt *Oezi de Pouchi*, *Erchinger de Ellingin* etc. et alii multi. (c. 1070.)

XXXVIII.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quedam mulier *Wirat* nomine *de Lanshem* tradidit ſuper altare S. Pancratii in *Ranshoven* per manus *Arnoldi* quandam mulierem Helicam et liberos eius ad V. (denariorum) cenſum. Huius rei teſtes ſunt *Walther de Hafilpach*, *Heimo de Ranshofen*, *Friderich*, *Irmfrid de Moringin*. etc. (c. 1110.)

XXXIX.

Notum ſit omnibus Chriſtianis, quod quidam miniſterialis nomine *Raffolt* tradidit ancillam ſuam Ittam cum Richero filio ſuo in manus *Hartwici* ea lege et confirmatione, ut ſuper altare S. Pancratii martiris daretur. Hoc perfecit *Hartwicus de Uberachin*, ſcilicet dedit ſupradictam Itam ſine alicuius contradictione ad altare S. Pancratii ſitum in loco, qui dicitur *Ranshovin*, ſe redimendam inde annuali cenſu id eſt V. denariis. Et ſi hoc dimitteret annum unum, duos aut tres, et in quarto non adimpleret, poſtea cum poſteris ſuis in ſervitio ſacerdotis ea loci Deo militantis maneret. (c. 1120.)

XL.

Cognoſcant univerſi Eccleſie filii, quod quidam *Ducis Heinrici Camerarius nomine Reginpertus* tradidit quendam Heinricum ad altare S. Pancratii ea conditione, qua ſibi erat traditus a quadam muliere N. vocata, ſcilicet, ut annualiter ad itidem altare V. ſolvat denarios, quod ſi tres annos dare neglexerit, et in quarto non ſupleat, prebendarius ſit deinceps fratrum inibi Deo ſervientium. (c. 1125.)

XLI.

Katholice fidei filiis in hac carta intimare non piget quam futuris quam prefentibus: Quia *Dietricus de Uorbach* filius fenis *Dietrici* cognomento *dives de Enchinaha* in manum *Eberhardi de Prunov* commendavit predium fuum, quod eft in predicta villa *Uorbach*, ut fuper altare S. Pancratii delegaret fimiliter et duo mancipia ad V. numos, quod quia *Eberhardus* de utroque *Prepofito Manegoldo* aftante perfolvit. Huius rei teftes funt *Heimo de Hafilpach, Reinperth de Echinaha, Perngerus de Chrigilbah, Friderich de Perchen, et Chunigunt.* (c. 1150.)

XLII.

Nouerit omnis homo, qui Chriftiano cenfetur vocabulo, quod quedam domina *Yrmgard* nomine uxor Domini *Alberti de Hutte* denegavit fe predii, quod eft in loco *Mofaha*, aftante marito fuo *Alberto* fuper aram S. Pancratii, dans illud in proprium, confentiente et fecum dante viro fuo *Alberto*, fufcepitque venerabilis eiusdem loci Prepofitus nomine *Manegoldus* et his teftibus confirmatum. *Eberhard de Prunou et frater eius Fridericus de Prechenpach, Fridericus predicti Eberhardi filius, Tiemo et frater eius Walchund de Ranshoven, Outperht et frater eius Waltherus uterque de Hafilpach, Heinrich de Hutte* et Chorus affuit tempore tertie. (c. 1150.)

XLIII.

Notum fit omnibus fidelibus Chrifti, quod quedam nobilis mulier nomine *Waltrat* tradidit femetipfam et omnem eius pofteritatem, ob fpem perpetue libertatis tam fue quam toti (sic) fue pofteritatis pro quinque denariis ad altare S. Pancratii martiris fitum in loco, qui dicitur *Ranshovin*, annuatim id loci folvendis. Quod fi tribus annis fubfederit, et in quarto non emendaverit, prebendarius fit fratrum inibi Deo militantium, quicunque fit ille ex hac progenie; et ut hec noftra traditio fit firma et inconvulfa, his teftibus eft corroborata. *Wichart, Friderich* etc. (c. 1150.)

XLIV.

Noverit omnis homo, qui Chriſtiano cenſetur vocabulo, quod quedam mulier nomine *Hemma* tradidit poteſtativa manu tale predium, quale habuit in loco, qui dicitur *Zamingen,* ad altare S. Pancratii in loco *Ranshovin* ea conditione, ut poſt obitum ſuum pro remedio animarum illius et omnium ſuorum debitorum fratribus inibi Deo famulantibus ſerviat. (c. 1150.)

XLV.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod quidam *Udalricus de villa Hennigebel* tradidit ſuper altare S. Pancratii Mahtildam cum omni poſteritate ſua. Huius rei teſtes ſunt *Salcho de Oſterperc, Ilfunch de Phaſingen* et ceteri quam plures. (c. 1150.)

XLVI.

Veraciter noſſe debent omnes, qui Chriſtianem fidem tenent, qualiter duo viri *Iſinpero* et *Chadalhoh* nominati ſorores duas Väſtmet et Eberlint vocatas tradiderunt, cum omni poſteritate ſua ad altare S. Pancratii apud *Ranishovin* pro quinque denariis annuatim illo perſolvendis. Quod ſi prefatum cenſum tribus annis ſuperſederint et in quarto non compleverint, prebendarii fratrum inibi Deo militantium deinceps exiſtant. Huius rei teſtes ſunt *Dietmar, Germund.* (c. 1125.)

XLVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam vir *Gunthere* nomine et eius filia nomine *Hemma* cum collaudatione filii ſui, *Gunther* vocatus, qui teſtis etiam exſtitit cum aliis, tradiderunt proprium ſervum Durinc nomine in manum cuiusdam nobilis viri, cui nomen erat *Erchinger,* tradendum ad quamcumque libertatem ipſe peteret. Quod et ita factum eſt. Nam isdem *Erchinger* tradidit eundem Duringin, ut petebat, ad altare S. Pancratii pro quinque denariis annuo illuc perſolvendis. Quod ſi ſuperſederet tres annos et in quarto non emendaret, prebendarius

exiſteret fratrum inibi Deo militantium. Hoc factum eſt tempore *Ducis Welfonis et Comitis Heinrici advocati.* (c. 1120.)

XLVIII.

Notum ſit populo Chriſtiano, quod quidam homo *Wolvold* nomine tradidit tria mancipia ſua Rachman, Liuchan, Ruochilam per manum cuiusdam liberi hominis *Andrici* ſuper altare S. Pancratii martiris ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Germunt Camerarius*, *Dietmart de Ranshoven*, *Opreht de Haſelpach*, *Leupol Smelchare*, *Reinpreth Camerarius*, *Guanelo de Angern*, *Wolvold de Skitere*, *Arngoth de Lindach*, *Dieprech de Crigelbuch* etc. (c. 1130.)

XLIX.

Notum ſit Eccleſie quod *Gertrudis vidua Wichardi de Hutte* cum filiam ſuam *Gedrudim* traderet in Monaſterium feminarum in *Ranshoven*, obtulit pro illa partem predii ſui, quod habuit in *Bichelingen*, quod filius eius *Adelhardus* frater puelle poteſtativa manu delegavit ſuper altare S. Pancratii. Teſtes ſunt *Fridericus et frater eius Eberhardus de Brunove*, *Germunt Prepoſitus* etc. (c. 1150.)

L.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Eberhardus de Brunowe* remiſit S. Pancratio filias Helerberti, quas ſuo mancipaverat ſervitio. Teſtes ſunt *Altman de Brunowe et gener eius Berngerus*, *Leupold Camerarius noſter.* (c. 1150.)

LI.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod quedam libera mulier nomine *Engeburc de Enkina* biennio antequam virum ſuum *Willehelmum* accepit, tradidit ſe S. Pancratio ad cenſum V. denariorum per manum *Epponis ſacerdotis de Luoſin.* Teſtes ſunt *Eberhardus de Brounowe et filius eius Fridericus, Germund prepoſitus et gener eius Arnoldus, Adelram et frater eius Dietricus de Gunzemannigen.* (c. 1150.)

LII.

Noverit Plebs chriſtiana, quod *Engelſchalh de Boubenhoven* predium ſuum in eadem villa ſitum II. talentis a nobis comparatum poteſtativa manu S. Pancratio delegavit. Teſtes ſunt *Walter fratres eius, Volcholt de Hachingen, Rudpertus faber, Gerhart Haningehil.* (c. 1130.)

LIII.

Notum eſſe volumus tam futuris quam preſentibus, quod quidam *miles Wicpoto* nomine *de Loufen* tradidit ſuper aram S. Pancratii *in Ranshoven* tria mancipia Heilkam et filiam eius Bertam et ſororem eius Juttam cum omni poſteritate eorum ad cenſum V. denariorum perſolvendum et hoc fecit pro redemptione anime ſue parentumque ſuorum. Huius rei teſtes ſunt *Germundus officialis Domini ducis, Siglacus de Loufen.* (c. 1130.)

LIV.

Notificamus Eccleſie, quod duo germani fratres *Grifo et Roudegerus* vendiderunt fratribus in *Ranshoven* octo talentis tale predium, quale habuerunt *Grube et Windeberc* iuxta *Nofpach. Roudegerus* renuncians parti predii, quam vendiderat, delegavit eam in manum fratris ſui *Grifonis*, ut eam S. Pancratio pro ſe delegaret. *Grifo* itaque tam partem fratris, quam ſuam, cui et ipſe pro venditione renunciavit, poteſtativa manu S. Pancratio delegavit. Teſtes ſunt *Wolfgrimus de Roudibac et filii eius Gerhardus et Leutoldus de Loufilsberc, Hainricus Stemphare, Pertholdus Villicus et Leuger de Ranshoven.* Notum ſit Eccleſie, quod quedam libera mulier nomine *Chunigunt ... de Gurde* tradidit ſe ipſam potenti manu et omnem poſteritatem ſuam ſuper altare S. Pancratii ad cenſum quinque denariorum. (c. 1130.)

LV.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Folcoldus* quidam liber homo et uxor eius *Reigart* cenſualis noſter tradiderunt S. Pan-

cratio predium ſuum in *Hazingen* renuntiantibus prius eidem predio filiis *Folcoldi*, quos ex altera habuit uxore. Quorum nomina ſunt Sigebreth, Godeſcalh, Hainrich, Adelhart. Teſtes huius renunciationis et traditionis ſunt predicti pueri. *Gerhart et Richper* frater eius *de Enkenhac* et *Gerhart* et *Oulrich* filii fratris et ſororis eorum. *Hainrich de Oſtriberc, Eberhart de Radinbuch, Duo Reinperti de Ranshovene, Dietricus de Matiche, Adelman de Hazelbac.* (c. 1140.)

LVI.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Perhtoldus de Lewenſtaine miniſterialis regni* tradidit S. Pancratio martiri gurtim ſuam in *Sulzbach* et colonum eiusdem predii nomine Arnoldum et uxorem eius Ittam et filios eorum ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Gotfridus de Radinbuh, Otto de Haroz, Eberhard preco de Honehart, Ouze et Harwic omnes iſti de Hohenhart, Rapout de Prunowe.* Igitur ipſo *Perchtoldo* ex hac vita decedente, et traditione Arnoldi et puerorum eius S. Pancratio facta accidit, ut Dominus *Warmundus* proxima linea ſibi coniunctus eosdem ſibi vendicaret. A quo tribus talentis ſeſe redimerunt. Hoc novit *Aigelbertus de Swainpach, Albertus Houtſtouc.* (c. 1140.)

LVII.

Notificamus Eccleſie, quod duo germani fratres *Chunradus et Luita* ex libera conditione tradiderunt ſe S. Pancratio martiri ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Germund Prepoſitus, Hartmannus de Raiſtorf, Otto Claviger, Dietmart Preco, Eberhart de Radinpuc, Aſchuvin de Aſinchaim.* Sub eisdem teſtibus tradidit *Hainricus carnifex* ſuper altare S. Pancratii martiris ad ſervitium pauperum ius, quod habuit in mancipio ſuo Eggehardo, *ſervitutem videlicet IV. in ebdomate dierum.* (c. 1140.)

LVIII.

Eccleſie Chriſti notificamus, quod *Imma de Aphetal* tradidit partem predii ſui ad menſuram unius iugeris ſuper altare

S. Martini in *Hantinperch*. Teſtes ſunt *Chuno maritus eius, Ulricus et Megengotus filii eius et Albero gener eius*. (c. 1140.)

LIX.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Dietmarus Eccleſie Ratiſponenſis miniſterialis* potenti manu tradidit IV. mancipia ſuper altare S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Eberhardus de Prunowe, Perhtoldus de Chrigelbouch, Diemarus de Sifrideſtorf traditor mancipiorum, Hartmannus de Jarreſtorf, Chalhoch de Winchelheim, Rouperht de Sifrideſtorf, Hainricus Stemphar, Luipoldus preco*. (c. 1140.)

LX.

Cunctis Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, qualiter *Ernuſtus de Gurte* tradidit mancipium unum Reimbertum nomine ſuperaltare S. Pancratii Martiris ad cenſum V. (denariorum) annuatim perſolvendum pro remedio anime ſue ſuorumque parentum. Teſtes ſunt *Germundus proprius Ducis, Lietmœrus, Ulrich Heitel* etc. et alii quam plures.

Traditioni predicte filii eius conſenſerunt ſub teſtibus iisdem. (c. 1140.)

LXI.

Univerſitati Eccleſie cupimus notificare, qualiter femina quedam *Mathildis* nomine cum filio ſuo *Heinrico* et filia *Rihiza*, cum eſſent conditionis libere, tradiderunt ſe ſuper altare S. Pancratii Martiris voluntarie ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Huius rei teſtes ſunt *Eberhard de Brunowe et filius eius Chunradus, Heinricus Stemphar, Chuno de Apheltal, Albertus de Oſterberge*. (c. 1150.)

LXII.

Notum volumus eſſe generali fidelium Eccleſie, qualiter quidam *Sahſo* cum filio ſuo *Adilhalmo* fratribus *Ranshovenſibus*

inpignoravit predium, quod habuit in *Richherſtorf*, Juſta hinc inde conventionis mercede compenſata. Teſtes huius rei ſunt Subter Annotati *Adilramus de Utendorf*, *Walker de Megenhartingen*, *Herman de Lorecheim*, *Herrant de Phaffleten*, *Otto de Salharin*, *Erchenger de Routhaueſperg*, *Gerhart de Pibenbach*, *Rudtger de Macklant*, *Diepolt de Gundrammeshuſen*, *Ulrich de Chilbach*, *Chunrat de Walchinſingen*, *Arnold de Frenchelineſpach*, *Hertinch ſervus Herrandi*, *Dietmar ſervus Ottonis*.

Ut autem perpetua maneat huiusmodi conventio, taliter placuit fieri obſirmatio: Ut ſi aut hii aut illi ſua recipere querant, datis decem talentis id faciendi poteſtatem habeant. (c. 1150.)

LXIII.

Notificamus fidelibus Chriſti, quod quidam *Rudbertus* nomine *de Sifrideſtorf* matertere ſue *Hailikin* mancipium unum Hartwic nomine petitione eiusdem matertere ſue ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum iuxta morem donavit. Huius donationis teſtes ſunt *Eberhardus de Brunowe*. *Albertus de Huta*, *Wolfkrimus et Rudolfus de Julbach*, *Helimpreht Villicrs de Ranshoven*, *Luipold de Brumin*, *Dietricus*, *Heinricus de Ranshoven* et alii quam plures. (c. 1150.)

LXIV.

Univerſali Eccleſie notificamus, ut eius videlicet Teſtimonium nunc et ſemper habeamus, qualiter quidam libere conditionis homo *Heinricus de Iden* tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris homines infra nominatos Reginfridi filios etc. Omnes iſtos ſimul et omnem illorum poſteritatem tradidit ſupra dictus *Heinricus* ad cenſum V. denariorum predicto Altari perſolvendum. Quod ſi duobus vel tribus annis neglexerint nec quarto correxerint, dotales ſint familie *Ranshovenſis* Eccleſie. Teſtis eſt ipſemet, qui tradidit. *Otto de Wald*, *Chunradus de Rut*, *Ulricus et Luipoldus filius eius de Frenchelingen*, *Gerlochus de Walde* et de familia Ducis *Germundus prepoſitus*. (c. 1150.)

LXV.

Univerſe Chriſti Eccleſie cupimus inſinuare. Qualiter homo quidam *Ulricus* nomine *miniſterialis regni* tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris predium ſuum in *Niunchirchen* noſtro ibi dem predio conterminum. Teſtes ſunt frater eiusdem *Chunradus de Luſendorf parochianus*, *Eberhardus de Brunowe et filii eius tres Fridericus*, *Eberhardus*, *Chunradus. Rudpertus et Heinricus Lambel de Tardeſtorf.* (c. 1150.)

LXVI.

Noverit omnis homo, qui chriſtiano cenſetur vocabulo, qualiter homo quidam nobilis, *regni* ſcilicet *miniſterialis*, *Fridericus* nomine *de Brunowe* tradidit predium in *Bexenperch* ſitum ſuper altare S. Pancratii Martiris ſuum duntaxat poſt obitum; ea tamen conditione, ut uxor ſua *Adalheidis* cum filiabus ſuis *Mahthilde* et *Adalhaidie Friderico* obeunte predictum predium ad cenſum XII. denariorum ab Eccleſia in beneficio habeat. Illis vero vita decedentibus poteſtative illud Eccleſia poſſideat; ita nimirum, ut preter predictas filias duas *Adalhaidis* nemo ultra ſue ſobolis poſcere habeat beneficium. Sed neque quis fratrum vel filiorum *Friderici* ullum inibi exerceat Dominium. Huius rei teſtes ſunt *Ulricus de Arbingen, ipſemet Fridericus et Chunradus frater eius de Brunowe, Albertus et Chunradus homo eius de Hutta, Germund propoſitus* etc. et alii quam plures. (c.1150.)

LXVII.

Noverint omnes chriſtiani nominis conſortes, Qualiter quidam ex miniſterialibus *Patavienſis Eccleſie Siboto nomine de Tanberch* inpignoravit predium in *Moſen* ſitum fratribus *Ranshovenſibus* mercede competente recepta. Teſtis eſt ipſe *Sigboto* predicti depoſitor predii, *Eberhart de Brunowe.* Ut autem inſolubilis maneat huiusmodi conventio, talis placuit fieri obfirmatio, ut ſiquis redimere querat, X. talenta Eccleſie donare debeat. (c. 1150.)

LXVIII.

Notum eſſe volumus cunctis Eccleſie fidelibus, qualiter homo quidam libere conditionis *Heinricus de Iden* tradidit octo mancipia, filios et nepotes Rahewini, ſuper altare S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum pro remedio anime ſue ſuorumque parentum. Huius rei teſtes ſunt *Reimbertus de Ovenwanch, Fridericus, Ulricus de Frenkelingen, Helimpreht de Schitere, Otto et Engelbertus de Rute* etc. alii quam plures. (c. 1150.)

LXIX.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus S. Eccleſie filiis, quod quidam liber homo nomine *Udelfcalcus* tradidit ſe ipſum ſuper altare S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes ſunt *Eberhardus de Brunowe et filii eius Fridericus et Eberhardus, Luipoldus de Harberc, Luipoldus de Brunne, Reinbertus ſuper Harſtbiunt.* (c. 1150.)

LXX.

Notificamus Eccleſie, qualiter quidam libere conditionis homo *Walchun de Steine* tradidit per manum hominis ſui Friderici mancipium Rihka nomine ſuper altare S. Pancratii Martiris ad annualem cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Ulrich de Rutte, Aribo de Linthah, Sifridus de Dorfen, Gerhart de Odingen, Chuno de Metemah, Gotfridus, Heinrich de Rihſchah,* et alii quam plures. (c. 1150.)

LXXI.

Notificamus Eccleſie poſterorum videlicet tradendum memorie, qualiter predium in *Lintahe* ſitum Eccleſie S. Pancratii a filiabus Domini *Raffoldi de Blankenbach* eſt poteſtativa manu traditum in die, quam *Adelheidis* ſoror eorum ſeculum relinquens intravit inibi clauſtrum converſarum. Huius rei teſtes ſunt *Otte de Rore patruus puelle, Eberhardus et Chunradus filius*

eius de Brunowe, Hartman de Jattesdorf, Fridericus Germundi filius, Alkewin de Aſenchaim, Popo filius Ottonis de Rore, Heinrich de Blankenbach, et alii quam plures. (c. 1150.)

LXXII.

Memoriter tenendum notificamus Eccleſie, qualiter fratres *Ranshovenſes* emerunt predium in *Aichperch* ſecus *Nosbach* ſitum a *Gerhardo de Angere* filiis ipſius et uxore proprietatem eiusdem predii abdicantibus; idem predium traditum eſt a *Gerhardo* in manus *Chunradi* et a *Chunrado* ſuper altare S. Pancratii nemine contradicente. Teſtes ſunt *Luipolt de Brunne, Arnolt de Wilhart, ipſe Chunradus de Angere, Fridericus de Angere,* et alii quam plures. (c. 1150.)

LXXIII.

Scriptis mandare curavimus. Quod quedam nobilis femina *Ita de Leruingen* et maritus eius *Ditmarus* tradiderunt ſuper aram S. Pancratii V. mancipia. Et ego *Perhtoldus de Nospach* cum coniuge mea *Weilburch* tradidi me cum filiis meis ſuper altare S. Pancratii Martiris. Teſtes ſunt hi. *Luipolt de Prunowe* etc. Scriptis preſentibus cunctis Chriſti fidelibus notificamus, quod ego *Haziga uxor Perhtoldi de Helphowe* tradidi me ſuper aram S. Pancratii cum omni poſteritate mea. (c. 1150.)

LXXIV.

Ego *Ulricus de Franchingen* pro remedio anime mee parentumque meorum tradidi ſuper aram S. Pancratii predium meum ad *Celle* plus quam dimidium manſum. Teſtes ſunt hi *Duo filii mei Luipoldus et Ulricus, Heinricus Stemphare, Albertus Judex, Hartmannus de Jateſtorf, Luipoldus camerarius,* et ceteri quam plures. (c. 1150.)

LXXV.

Cunctis Eccleſie filiis notificare cupimus, qualiter fratres in *Ranshoven* acceperunt a *Reginhardo de Riede et uxore ſua*

Adelheide et filiis ſuis Eppone et Eberhardo et ceteris filiis ſuis predium in *Sahſingen;* alio nimirum predio in *Roſpach* in concambium tradito, et inſuper additis X. talentis et propterea talento uno filiis pro abdicatione predii dato. Teſtes ſunt hi. *Reginhardus de Riede et filii eius Eberhardus, Reginhardus. Herman, et frater eius Arnoldus de Roſpach, Hertnidus de Aſpach, Wisgir de Aichahe, Albero* et frater eius *de Talheimen, Adelpreht et filius eius nomine de Puratingen.* (c. 1150.)

LXXVI.

Notum ſit Eccleſie, quod quedam puella libere conditionis *de Arinberge* nomine *Mathilt* tradidit ſe ipſam in manum cuiusdam liberi hominis *Aſcwini de Aſenhem* hac de cauſa, ut traderet eam ſuper altare S. Pancratii ad cenſum quinque denariorum, quod et ipſe ſtatim perſolvit. Huius rei teſtes ſunt *Adel, Rudegerus de Haſelpach, Gebhart de Nvivarn,* et alii quam plures. (c. 1150.)

LXXVII.

Cunctis Chriſti fidelibus notum facimus, quod quedam femina *Richkardis* nomine *de Mangelberch* tradidit duo mancipia Chunigunt et filiam eius Gertrudem ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum filiis et filiabus ſuis abdicantibus. Huius rei teſtes ſunt *Otto de Ruith, Engelbertus de Schitere, Hartmannus de Jaterſtorf, Chunradus de Brunowe,* et alii quam plures. (c. 1150.)

LXXVIII.

Notificamus populo chriſtiano, quod *Tiemo de Lengenmuos* quidam homo nobilis tradidit V. mancipia ſuper aram S. Pancratii poteſtativa manu ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Hartman de Jattesdorf, dominus Babo et dominus Albertus Judex, dominus Fridericus et Chunradus frater eius de Brunowe,* et alii quam plures. (c. 1160.)

LXXIX.

Notificamus Chriſti fidelibus, qualiter *Oulricus de Lampach* tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris quoddam mancipium Adalbertum nomine ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt idem *Oulricus*, *Otpertus gener eius*, *Oulricus de Rattenbuech*, et alii quam plures. Notum facimus cunctis Eccleſie fidelibus, qualiter *Ulricus de Lambach* tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris poteſtativa manu IV. Jugera agri ex predii ſui proprietate, quorum duo ſita ſunt in loco, qui dicitur *Hanengebel*, II. duo (sic) in loco, qui dicitur *Lengenmos*. Preterea predictus homo tradidit predicto Martiri aliud predium ſitum in loco, qui dicitur *Rute*. Teſtes ſunt *Ipſe Ulricus delegator predii*, *Rutpertus cognatus eius*, *Engelſcalcus gener eius*, *Hartman de Jattesdorf*, et alii quam plures. Sub eisdem teſtibus tradidit ſe eidem Eccleſie *Walther* ad cenſum V. denariorum perſolvendum. (c. 1160.)

LXXX.

Notum facimus cunctis fidelibus, qualiter *Dietricus de Otingen* tradidit benedictam familiam ſuam in manum domini *Alberti Judicis*, ut ipſe traderet eandem ſuper altare S. Pancratii cenſualem. Quod et ipſe protinus executus eſt. (c. 1170.)

LXXXI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Otto de Rore* iniuſte ſibi vendicavit homines Eccleſie Mazelin, Udalſchal, et alios cognatos eorum, ſed commonitus et correctus reſipuit. Teſtes ſunt ipſe *Otto*, *filius eius Otto*, *Otto Val*, *Otto de Urahe*, *Diepolt de Urahe* et alii quam plures. (c. 1170.)

LXXXII.

Pateat Chriſti fidelibus, quod homo quidam *Heinricus* nomine *de Hiltrichingen* tradidit predium ſuum in manum liberi hominis *Luipoldi de Oſterpergen* ad delegandum ſuper altare

S. Pancratii. Quod factum atteſtantur *Engilſchalh de Ratenpuch et filius ſuus Chunradus, Eberhart et frater ſuus Chunradus de Brunowe, Chotſchalcus de Urofingen et Alram, et frater ſuus Dietricus de Gunzmanigen,* et alii quam plures. (c. 1170.)

LXXXIII.

Cognoſcant omnes fideles, quod *Otto iunior de Rore* pro remedio anime patris ſui delegavit duo mancipia Reinbertum et Richilt ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. nummorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt Ipſe delegator, *Panto de Maslingen, Ulricus de Dorfeu, Otto et Poppo et Engelſchalcus de Urahe, Chunradus de Blanchinbach, Alramus de Yberache,* et alii multi. (c. 1170.)

LXXXIV.

Notum ſit omnibus, quod quidam *Eberhard in dem Bach* in extremis ſuis ſtatuit delegari agrum predii ſui ad altare S. Pancratii pro anime ſue ac fidelium ſuorum remedio, ea tamen ratione, ut, ſi quis eundem agrum pretio VI. ſolidorum ſolvat, ipſum iuris proprietate poſſideat. Teſtes ſunt *Friderich de Suarzgrebin et filii ſui Albero, Friderich, Dietrich, et cognatus ſuus Dietrich, Eberhard de Wolzingen, Chunradus filius ſuus, Eberhard de Chriherhaimen, Oulricus et Ulric frater ſuus, Friderich Vorſtarius,* et alii multi. (c. 1170.)

LXXXV.

Notificamus tam futuris quam preſentibus, quod femina quedam *chriſtiana* nomine *de Helphowe* vendidit predium ſuum *Sighartingen* in ius poſſeſſionis hoſpitalis S. Pancratii. Predictum autem predium *frater Derinwicus proviſor hoſpitalis* tradidit in manus *Hartwic de Apheltal* ad ſervandum in fide in uſum pauperum. Huius venditionis et traditionis teſtes ſunt ſubſcripti *Germund vorſtariorum Magiſter, Wolfrimus de Apheltal,* et alii multi. (c. 1170.)

LXXXVI.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, hominem quendam *Ditmarum* nomine cognomento *mit dem Barte de Bruntal* ſe feciſſe iuris Eccleſie S. Pancratii in *Ranshoven* cum omnibus, que poſſidet. Hic adhuc iuvenis inſtituit ſub gratia ſuorum dominorum tres filios ſuos *Albonem, Marcholdum, Richerum* predium ſuum pro cenſu decem numorum annuatim eidem Eccleſie perſolvendo habituros, et eiusdem cognationis quisquis proximus extitit, eadem inſtitutionis mercede deinceps et in reliquum poſſeſſurum. Huius inſtitutionis factum novit ipſe dominus *Alhardus prepoſitus*. Nonnulli quoque congregationis ſacerdotes. *Richerus, Chunradus, Albertus* etc. *Albertus et Adalhardus de Hutte, Chunradus de Brunowe,* et alii multi. (c. 1180.)

LXXXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod domina *Adelhaidis de Uberachen* tradidit predium quoddam ſitum in loco, qui dicitur *Wenge,* per manum *Adelhardi de Hutte* ſuper aram S. Pancratii Martiris in uſum congregationi Deo illic ſervienti. Traditio autem hec confirmata eſt conſenſu et teſtimonio generis ſui *Rapotonis de Locichirchen et uxoris ſue Leukardis atque filii ſui Poubonis,* et teſtimonio *Adelberti de Purchſteten, et predicti Adelhardi, Heinrici de Viſſe, Dietrici nigri,* et aliorum plurium. (c. 1180.)

LXXXVIII.

Omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quod quedam mulier libera nomine *Leupirn de Baldlingen* predium quoddam in eodem loco ſitum tradidit ſuper altare S. Pancratii Mertiris *Ranshovenſis* et congregationi Deo ibidem famulanti pro adeptione celeſtium premiorum. Huius rei teſtes ſunt *Chunradus de Gislingen, Eberhardus de Brunowe, Hainricus de Stuthaim, Gebehardus de Apheltal* etc. (c. 1170.)

LXXXIX.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Adalbertus* cum filiis ſuis *Chunrado et Rudperto de Yskingin* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* per manum *Udalrici de Hoberch* Adelbertum videlicet Richkart Irmgart cum omni poſteritate eorum ad annualem cenſum V. nummorum pro ſalute animarum ſuarum. Tali ſcilicet conditione, ut ſi tribus annis cenſum eundem neglexerint, et in quarto non emendaverint, ſervilis conditionis omnibus diebus vite ſue ſint eidem Eccleſie. Teſtes ſunt *Gerhardus de Criegelbuch, Udalricus predictus*, et alii. (c. 1170.)

XC.

Notificamus omnibus Chriſti filiis, quod *Udalricus de Wercingen,* et *Otacher* frater eius et ſorores eorum *Fromut* et *Perhta* et filii fratris prenotati *Udalrici*, videlicet *Otacher, Heinricus* cum omni poſteritate eorum tradiderunt ſe poteſtativa manu ſuper aram S. Pancratii Martiris et Deo illic ſervientibus ad annualem cenſum V. denariorum pro remedio animarum ſuarum, et parentum ſuorum. Teſtes ſunt *Eberhardus, Chunradus de Prounowe, Wolferinus de Apheltall, Adelramus de Uberachen,* et alii. (c. 1170.)

XCI.

Notum eſſe cupimus, quod quidam homo nomine *Chuno et uxor eius Himizele* tradiderunt ancillam ſuam nomine Perhtam cum omni poſteritate ſua ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad annualem cenſum V. denariorum perſolvendum pro ſalute animarum ſuarum: ea lege, ut ſi tribus annis neglexerit, et in quarto non emendaverit, propria ſit eiusdem Eccleſie. Teſtes ſunt *Rudegerus, Lembert, Chuno de Lengenmos, Chuno de Magerhoven,* et alii. (c. 1180.)

XCII.

Notum eſſe volumus, quod *Perngerus de Planchheim* tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad annualem

cenſum V. denariorum XI. mancipia cum poſteritate eorum. Teſtes ſunt *Hartwic de Hutte. Winherus de Rinbach. Bero de Mulhaim* et alii. (c. 1180.)

XCIII.

Notificamus omnibus Eccleſie Chriſti filiis quod *Dietricus et Meinhardus* et *uxor eius Leugart de Etihſtetin* cum pueris ſuis *Chunrado. Gunthero. Perhden. Diemut* cum poſteritate ſua tradiderunt ſe poteſtatiua manu ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad annualem cenſum V. denariorum perſolvendum: conditione tali, ut ſi eundem cenſum tribus neglexerint annis et in quarto non emendaverint proprii ipſius Eccleſie ambo ſint ſervi. Huius rei teſtes ſunt *Hartmannus de Jatſtorf. Hainricus Chappart. Lutrich, et frater eius Perhtoldus de Noſpac,* et alii. (c. 1180.)

XCIV.

Omnibus Chriſti fidelibus notificamus, quod *Sigehardus de Scider,* et tres ſorores ſue *Diemut. Mahthilt. Adelbert* tradiderunt mancipia VI. ſuper aram S. Pancratii *Ranshovenſis* ad V. denariorum cenſum perſolvendum. Ita ut ſi tribus annis cenſum neglexerint, et in quarto non emendaverint, proprii ſint eiusdem altaris. Teſtes ſunt *Pilgrimus de Plazenberc. Dietricus Salzman. Dietricus de Nivenkirgen. Chunradus de Hopherſpac. Pilgrimus de Sconenberc,* et alii. (c. 1180.)

XCV.

Notificamus omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Eberhardus* tradidit predium ſuum in loco qui dicitur *Zeledingen* ſuper aram S. Pancratii Martiris pro remedio anime ſue, et parentum ſuorum, tali conditione, ut poſt obitum ſuum uxor eius et pueri ſui ad poſſidendum illud omnibus diebus vite ſue perſolvant cenſum V. denariorum. Item *Rudolf de Atenberc* tradidit predium quoddam in loco eodem ſitum ſuper aram S. Pancratii Martiris pro ſalute anime ſue et parentum ſuorum ea con-

ditione, ut eo obeunte uxor eius et pueri ſui in vita ſua poſſideant illud ad cenſum VI. denariorum. Teſtes ſunt *Lanfridus de Brunetal. Perhtoldus camerarius. Arnoldus de Pibenpach, Sifridus de Goulchenberc.* (c. 1180.)

XCVI.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, quod *Fridericus de Vilmousbach* tradidit poteſtativa manu ſe ipſum ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* ad cenſum V. denariorum perſolvendum; ea conditione, ut ſi eundem cenſum tribus neglexerit annis et in quarto non emendaverit, ammodo proprius predicti altaris ſit ſervus. (c. 1180.)

XCVII.

Cunctis Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus, quod quedam femina nomine *Gifila ee Route* tradidit predium ſuum in eodem loco ſitum per manum *Eberwini de Kaſtingen* petitione viri ſui *Rudberti* et conſenſu puerorum ſuorum pro remedio animarum ſuarum ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshofen* et fratribus illic ſervientibus Deo. Teſtes ſunt *Erkenbertus de Hagenowe. Fridericus et frater ſuus Chunradus de Brunowe. Friderich de Lezenpach. Eberwinus predictus. Ulricus de Rore. Udalricus de Brunowe. Arbo de Gugilingen.* et alii. (c. 1180.)

XCVIII.

Omnibus Eccleſie filiis notificamus quod *Irnoldus et Herandus* et femina quedam nomine *Gertrud* tradiderunt ſe poteſtativa manu ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* ad annualem cenſum V. denariorum tali conditione, ut ſi eundem cenſum tribus annis neglexerint, et in quarto non emendaverint ſervi proprii eiusdem ſint altaris. Teſtes ſunt *Megengoz de Ougingen. Waltherus de Vilmusbach. Marquardus de Hohenberc,* et alii. (c. 1180.)

XCIX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Albertus de Holzhouſen* et filie ſororis eius *Gotelint* et *Albert* tradiderunt predium quoddam in loco qui dicitur *Haimingen* ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* pro ſalute animarum ſuarum. Teſtes ſunt *Lanfridus de Pruntal. Arbo de Gugilingen. Dietpoldus et frater eius Merbot. Renwardus de Haimingen,* et alii. (c. 1180.)

C.

Pateat Chriſti fidelibus quod *Udalricus de Lantrichingen* tradidit predium ſuum ſuper aram S. Pancratii in *Ranshoven* pro ſalute anime ſue et parentum ſuorum. Teſtes ſunt *Ulricus de Brunowe* etc. et alii. Omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quod *Wolfkrimus de Apheltal* in extremis ſuis tradidit per manum filii ſui *Hartwici* predium in loco qui dicitur *Erlahe* ſuper aram S. Pancratii Martiris pro salute anime ſue. Pateat Eccleſie Chriſti fidelibus, quod *Adelbertus de Hute* predium quod habuit *Rorbach* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris et fratribus inibi famulantibus pro remedio anime ſue et puerorum ſuorum. Teſtes ſunt *Pabo de Eringen. Otto de Ybrahe et fratres eius. Ortolf de Paerchuſen. Chunradus de Brunowe,* et alii. (c. 1180.)

CI.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod domina *Hildegardis de Altendorf* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris Waltherum Calcificem annuentibus viro ſuo et domino *Erkenberto de Hagenowe.* Teſtes ſunt *Warmund de Zierberch. Albertus de Otingen. Gotſcalcus de Ouheberch.* Notum ſit Chriſti fidelibus quod *Reginbertus* et uxor eius *Juditta* tradiderunt Chunradum ſuper aram S. Pancratii Martiris. Teſtes ſunt *Pilgrimus de Ratinperch. Eberhard de Vilhart.* Notum eſſe volumus quod *Wolfcrimus* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris Gebehardum et ſororem ſuam Leukardam. Teſtes ſunt *Lantfridus de Pruntal. Sifridus et Mangoldus de Dorf.* Chriſti fidelibus

notificamus quod *Reinbertus* et uxor eius *Juditta* tradiderunt Chunradum ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Eberhardus Pilcrimus de Raitenbach. Eberhardus de Wilehart,* et alii. (c. 1180.)

CII.

Notificamus Chriſti fidelibus quod *Engilla de Grabehaim* et pueri eius *Hainricus, Gedrut, Perhta, Irmgart* tradiderunt ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Alramus de Hafelbac, Leupoldus Bickenare, Dietricus de Plankenpac, Arnoldus de Nospac* et alii. Cunctis Chriſti fidelibus notificamus, quod femina quedam nomine *Richart* tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris ad V. denarios. Teſtes ſunt *Hartwicus de Uberaken, Leupoldus camerarius,* et alii. Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Hailica* tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Eberhardus de Brunowe. Eberhardus de Purcſteten.* etc. (c. 1180.)

CIII.

Pateat populis chriſtianis, quod *Gebolfus de Wagenhaim* tradidit Fridericum et Regeherum ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Fridericus et Ulricus de Brunowe, Mengo de Apheltal, Heinricus de Jatesdorf, Gerhart de Krigelbuc,* et alii. (c. 1180.)

CIV.

Scriptis preſentibus cunctis Chriſti fidelibus notificamus, quod *Herandus de Husruke* et uxor eius *Chunigunt miniſterialis Regni* delegaverunt predium ſuum *Lutingen* in manus *Erkenberti de Hagenowe* eo pacto, ut idem predium traderet, quocunque ipſi petiſſent. Petierunt autem, ut in manus *Ducis Hainrici Bawarie* et *Saxonie* poneret ſimili ratione, qua *Erkenbertus de Hagenowe* tenuerat. Factum eſt ergo, ut ipſum predium ſuper aram S. Pancratii Martiris delegaret dominus

Dux Heinricus ipſis petentibus, et filio eius *Wernhardo clerico* preſente annuente et ſorore eius fine omni contradictione. Huius rei teſtes ſunt *Otto Palatinus ſenior, Hainricus de Stoufe, Gebehardus de Jugelbac, Pabo de Eringen, Walchunus de Steinpach, Eberhardus de Meiſa, Fridericus de Brunowe, Rudpertus et frater eius Stal, Eberhardus de Hannenberc, Adelhardus de Huite.* Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam *Lutwicus de Wochingen* tradidit duo mancipia Hainricum et Adelhaidem ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Gotſcalcus preco de Hoberc, Pertholdus de Guntramhuſen, Herlub de Amperc, Leuze de Kirdorf, Ekkehard de Hower.* (c. 1170.)

CV.

Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus quam futnris, quod quidam liber homo nomine *Aſcwinus de Aſenhaim* tradidit V. mancipia ſuper aram S. Pancratii Martiris eo pacto, ut ſi tres annos ſuperſederint et quarto non emendaverint proprie ditioni prefate Eccleſie ſubiaceant. Huius rei teſtes ſunt *Gerhardus de Khrigilbuc et filius eius Gerhardus, Luipold de Laiſtorf,* et alii quam plures. *Gerdrut de Amoltingen* tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris. Teſtes ſunt *Udalricus de Pfaffingen, Fridericus de Lengindorf. Alpurch de Senuttenbac* tradidit duo mancipia ſuper aram S. Pancratii pro remedio anime ſue et parentum ſuorum ad cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvendum. Teſtes ſunt *Hawart de Senuttenbach,* et alii. *Enzwip* et filii eius *Eberhardus, Fridericus, Walchunus* tradiderunt ancillam ſuam Chunigunt ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Dietricus de Matich, Fridericus de Vorſtarn, frater eiusdem Enzwip, Dietricus de Vorſtarn, Duringus, Engilſcalc de Vilzmoſen.* (c. 1180.)

CVI.

Cunctis Chriſti fidelibus notificamus, qualiter *Meinhardus et Ulricus ſilii Ulrici de Rute* hominis Eccleſie noſtre tradiderint predium patris ſui in *Rute* ſuper aram S. Pancratii Mar-

tiris *Ranshoven* et fratribus Deo inibi ſervientibus per manum *Erchengari de Untelingen*, qui eius delegator fuit predii poteſtativa manu absque omni aſtantium contradictione. Huius traditionis teſtes ſunt *Uraherus de Rintpach*, et alii quam plures. Et ego *Siboto de Outendorf* cuncta videns preſens aderam et partem agri mei, quam in *Aichelperc* habebam ſuper hoc ipſum altare tradidi pro remedio anime mee, et parentum meorum in proprietatem huic Eccleſie et fratribus illic Deo ſervientibus. Quod factum ut ratum permaneat et nemo retractare audeat teſtimonio ſubſcriptorum conprobatur. *Azelinus de Urbach*, *Siboto de Outendorf*, *Heroldus de Vogingen*, *Hartwicus de Uberachen*, et alii quam plures. Scire volumus cunctos Chriſti (fideles), qualiter *Luipoldus de Rute* tradidit tale predium, quale in *Rute* habuit ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* et fratribus Deo illic ſervientibus. Hoc teſtantur *Gebehardus de Apheltal*, *Albertus de Strale*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CVII.

Inſinuamus cunctis Chriſti fidelibus, quod *Albertus de Sul* tradidit predium ſuum in *Rute* ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* pro remedio uxoris ſue ſuorumque parentum, quod ne forte aliquis prefate Eccleſie violenter diſtrahere ſtudeat, ſubſcripti hoc teſtes teſtantur. *Fridericus Judex*, *Eberhardus de Lureſtetten*, *Gerhardus de Krigelbuch*, *Heinricus de Wilratesdorf*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CVIII.

Univerſitati chriſtiane notificamus, quod ego frater *Albertus de Lureſteten* empto predio in *Moſenheim* tradidi illud ſuper aram S. Pancratii eo pacto, ut in uſus pauperum redigatur, quidquid utilitatis ullo modo inde provenire poterit. Et ut hec traditio ſtabilis, et inconvulſa permaneat, teſtimonio ſubſcriptorum confirmatur. *Albertus de Satelbogen*, *Fridericus de Schatenecke*, *Pertoldus de Krigelbuch*, *Hartwicus de Uberachen*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CIX.

Notum fit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Sifridus de Lachen* tradidit predium ſuum in *Tubolfingen* ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* Deo et fratribus ſanctis illic militantibus ob remedium anime ſue parentumque ſuorum; qua de cauſa, ne quis ſucceſſor(um) ſuorum predictum predium vendicare ſibi preſumat, teſtimonio ſubſcriptorum confirmamus. *Otto de Walde*, *Reinbertus de Lachen*, *Wernhardus de Totenbach*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CX.

Mulier quedam *Wirat* dedit predium ſuum, quod dicitur *Oede*, ſuper aram S. Pancratii in *Ranshoven* marito eius defuncto. Teſtes huius rei *Otto de Renenpuch*, *Haffoldus de Plankenpach*, *Eberhardus de Prounowe*, et alii quam plures. Omnibus S. Eccleſie filiis notificamus, qualiter *Heinricus de Puchkyrchen* homo libere conditionis tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvendum. Quod ſi duobus aut tribus dare neglexerit et quarto hoc non ſuppleverit, proprius deinceps habebitur. Inſuper predium ſuum in *Rute* poſitum eidem martiri delegavit. His teſtibus aſſiſtentibus *Hartwicus de Uberachen*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CXI.

Omnibus S. Ecclefie filiis notificamus, qualiter *Ulricus in Frenchingen* peracto huius vite termino tradidit ſuper aram ſancti Pancratii Martiris *Ranshovenſis* per manum *Pertholdi, ducis Camerarii* predium tale, quale in *Mulberch* habebat, ſimul cum duobus mancipiis Perhta videlicet et Mahthilt predium ad proprietatem mancipia ad cenſum V. denariorum. Hoc teſtatur ipſe *Perhtoldus predii delegator*, *Perhtoldus de Krigelbuch*, *Albero de Selheim*, *Engelbertus de Rute*, *Wernhardus de Iden*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CXII.

Univerſali Eccleſie ſcriptis notificamus, quod *Alheidis* quedam libere conditionis femina ſpontanee tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum, ſe videlicet et *Perhtam* filiam eius ſingulis annis perſolvendum, ea conditione, ut ſi tribus annis dare illum neglexerit, et quarto hoc non ſuppleverit, propria eiusdem Eccleſie ancilla habeatur. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus de Berbobingen*, *Wernhardus de Guhesheim*, *Heldof de Althaim*, et alii quam plures. Item *Yrmgardis de Mumenowe* tradidit ſe eadem die poteſtativa manu ad idem altare. Huius rei teſtes ſunt *Chuonradus de Prunowe*, *Albo de Jarſtorff* et *filius eius Fridericus*. (c. 1180.)

CXIII.

Cunctis Chriſti fidelibus preſenti pagina notificamus, quod *Alheidis de Hohenſtaine uxor Reinberti* dimidium manſum unum potenti manu tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovensis* ob remedium anime ſue parentumque ſuorum nullo contradicente in *Ekendorf* ſitum. Huius rei teſtes ſunt *Warmundus de Hohenſteine*, *Arnoldus de Suchpach*. (c. 1180.)

CXIV.

Pateat cunctis Chriſti fidelibus, quod *Sophia de Purchuſen* pariter cum genero ſuo *Luitoldo de Plaigen* rogatu ipſius coniugis *Gebehardi* in extremis ſuis laborantis tradiderunt ſuper altare S. Pancratii Martiris *Ranshovensis* et fratribus illic Deo militantibus predium unum *Remſarn* poſitum ob remedium anime ſue parentumque ſuorum. Teſtes ſunt iſti *Luitoldus Comes*, *Sifridus Comes de Liubenowe*, *Fridericus Judex et fratres ſui Eberhardus et Chunradus de Prunowe*, *Pabo de Eringen*, *Otto de Steveningen*, *Marchwardus Prepoſitus*, et alii quam plures. (c. 1170.)

CXV.

Notum facimus Chriſti fidelibus, quod *Wernhardus de Husrukke* tradidit Richilt famulam ſuam cum IV. liberis ſuis, ad

cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Marchwardus et filius eius Albero de Augea, Heinricus de Chremſe, Heinricus de Sippach* et alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod filii *Gotſcalci de Miterdorf*, *Hainricus* videlicet et *Gotſcalcus* rogatu Patris eorum tradiderunt predium ſuum ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovensis* in *Merchenmos* ſitum ob remedium anime ſue parentumque ſuorum. Teſtes ſunt *Chunradus de Blanchenpach*, *Engerus miles eius*, *Pilgrimus et Ekkehardus de Reitenbuch*, et alii quam plures. Sciat omnis Chriſtiana religio, quod quidam *Eberhardus de Vorſtarn* tradidit mancipium ſuum Utacher ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Pabo de Eringen*, *Chunradus de Prunowe*, *Meingotus de Apheltal*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CXVI.

Scripto annotabimus, qualiter *Lantfridus de Pruntal* rogatu cuiusdam *Friderici* Amici ſui tradidit predium ſuum in *Atenberch* poſitum ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovensis*. Huius rei teſtes ſunt *Marchwardus Prepoſitus*, *Hoccho de Wilhart*, et alii quam plures. Notum ſit omni populo Chriſtiano, quod mulier quedam *Helcha* nomine tradidit mancipium ſuum ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum quinque denariorum. Teſtes ſunt *Chunradus et Rudegerus de Purcſteten*. Omni populo Chriſtiano ſcriptis notificamus, qualiter duo fratres *Perngerus* et *Reinhardus* tradiderunt Rudolfum ſervum ſuum per manum *Udelſcalci* liberi hominis ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Eberhardus de Purchſteten*, *Ulricus de Rore*, et alii. Omnibus fidelibus Chriſti notificamus, quod *Albero de Amphenwanc* rogatu *Marchwardi* Amici ſui delegavit predium ſuum in *Sinerlingen* ſuper aram S. Pancratii Martiris, quod in manu ipſius *Alberonis* illuc delegandum poſitum fuit. (c. 1180.)

CXVII.

Omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris notum facimus, quod *Rudgerus de Chalcharn* tradidit predium

unum in *Erlæ* ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovensis*. Teſtes ſunt *Alhardus de Hutte, Richerus avunculus eiusdem Rudgeri*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CXVIII.

Notificamus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod ego *Wernhardus et frater meus Richerus*, cum ſeculo renuntiaremus, predium noſtrum in *Wirntesperch* ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovensis* delegavimus et nos ipſos fraternitati eorum omni relicta proprietate aſſociavimus; ut autem traditio firma hec et irretractabilis iugiter permaneat, preſente Domino *duce Luidwico in inferiori Halle* habita et confirmata eſt. *Dominus Warmundus de Zierperch preſens aderat, Dominus Otto de Rore, Poppo frater eius, Otto vale, Pruno de Iphe, Dietmarus de Harrouche, Gotſcalcus frater eius, Hezilo de Wizenperch et frater eius Wernhardus, Fridericus de Prunowe et frater eius Chunradus, Eberhardus de Purchſteten*, et alii plurimi. (c. 1195.)

CXIX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quedam Matrona honeſta *Luikardis* nomine de *miniſterialibus regni* cum in clauſtrum feminarum apud nos ſe transferret, tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris tale predium, quale habebat in *Uberachen*, molendinum videlicet vicinum noſtro molendino, quod itidem antea nos habebamus. Teſtes ſunt *Puobo de Lozenchirchen filius eius et qui cum eo erant duo milites Chunradus et Wirintho, Chunradus et Eberhardus fratres de Brunowe, Bertoldus Stemphar, Fridericus tunc Vorſtmeiſter, Eppo Zolnar* etc., *Sifridus de Wenge, Chunradus de Uberachen* et alii quam plures. Noverint omnes chriſtiani, qualiter *Dietmarus de Rute* nomine adhuc vivens precepit filio ſuo, ut poſt eius obitum delegaret ſuper altare S. Pancratii Martiris predium ſuum, quod ipſe habebat in *Lintale*, quod et filius eius ſtrenue complevit etc. (c. 1175.)

CXX.

Monemus ſcire univerſos Chriſti amicos, qualiter *Chunradus de Chalbrinoſe et uxor eius Methilt* tradiderunt ſuper aram S. Pancratii Martiris Ottonem et Matrem eius Diemoude ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, quem ſi tribus annis ſuperſederint, nec quarto emendaverint, ſerviant Eccleſie ex propriis. Notum ſit omnibus Chriſtum colentibus, qualiter *Siboto et uxor ſua Liukart* tradiderunt mancipium Hailicam nomine ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt Dominus *Chunradus de Prunowe*, et alii innumerabiles. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Hainricus de Reitenbache* libera manu tradidit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovensis* ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes ſunt *Chunradus de Prunowe*, *Hartmannus de Niuvenchirchen*, *Eberwinus de Rattenbache*, et alii quam plures. (c. 1180.)

CXXI.

Univerſitati Eccleſie inſinuamus, ut eius videlicet teſtimonium nunc et ſemper habeamus, qualiter *Wipoto et uxor eius Judita* nullo contradicente libera manu tradiderunt Dietricum ſuper aram S. Pancratii Martiris, et Dominis illic Deo ſervientibus ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Hunc vero ſi tribus annis non persolverit, in quarto pro proprio huic loco et Dominis illic Deo ſervientibus famularetur. Huius rei teſtes ſunt *Alhardus de Hutte*, *Chunradus et frater ſuus Eberhardus de Prunou*, *Rudegerus de Slatheim*, *Purchardus de Gremiling*, *Meingotus de Hagenaue*, et alii quam plures. (c. 1190.)

CXXII.

Notificamus cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam vir nomine *Gerohus* teſtamentum in termino vite ſue ſtatuit quoddam predium, quod habebat in *Ellingen* pro remedio anime ſue, parentumque ſuorum fratribus *Ranshovensis Eccleſie*, quod uxor ſua ipſo defuncto, et ipſo ſepelito fideliter complevit, delegans illud in proprium ſuper altare beati Pancratii Patroni eiusdem

Ecclefie. Et hii ſunt teſtes eiusdem delegationis *Dominus Chunradus de Retenpach*, *Reinhardus de Noheim*, *Rudiger de Kirichtorf*, *Haidfolcus frater eius*, *qui dedit predium*, et alii quam plures. (c. 1190.)

CXXIII.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter homines ſubternotati *Rudiger et Rentwich filii Chunradi* etc. antiquitus extiterunt cenſuales S. Pancratii Martiris in *Ranshoven*. Contigit autem alio tempore, quod pace fugata de terra quidam *miles Cholo* nomine per rapinam et violentiam invadens eos ſuis ſervitiis iniuſte addixit. Cumque nimiis abuteretur inſolentiis, permittente Deo gladio occiſus eſt et eodem tempore vir venerabilis *Wichardus* nomine *Prepoſitus in Ranshoven* nobiliſſimos *Duces Luduvicum Bawarie et Leupoldum Auſtrie* non ſegniter adiit et homines aliquandiu iniuſte ſubtractos ad cenſum V. denariorum S. Pancratio deinceps libere ſervituros coram prefatis ducibus et magna militia ſtrenue obtinuit et eos per manum *Ludwici* in manum Domini *Gundageri de Stiria* protegendos comendavit. (c. 1215.)

CXXIV.

Notum ſit, qualiter *Otto de Grimm* miles honeſtatis petente ſorore ſua *Girbirge* apud nos in extremis laborante et ſepulta tradidit mancipium Methildem uxorem ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum preſente Domino *Chunrado de Prunowe*, *et Ottone Martire*, et aliis innumerabilibus. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod homines ſubſcripti *Mehtildis* etc. cum omni poſteritate ſua libera manu tradiderunt ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris *in Ranshoven* ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum, quem ſi tribus annis ſuperſederint et quarto non emendaverint, in famulos redigantur. Teſtes ſunt Dominus *Fridericus foreſte Magiſter*, *Chunradus de Wolteingingen* etc. et eodem die delegavit ſe quidam *Chunradus* homo libere conditionis cum teſtibus ſuper notatis. (c. 1200.)

CXXV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam frater pro remedio anime parentum ſuorum annuentibus fratribus ſuis *Heinrico, et Ortolfo* tradidit duo mancipia videlicet Hailcam et filium eius Chunradum cum omni poſteritate ſua ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Dominus Chunradus de Prunowe, et Dominus Chunradus de Ratenpach, et ipſe qui tradidit, et Dominus Oulricus, et Diepoldus de Prunowe*, et alii quam plures. (c. 1200.)

CXXVI.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Fridericus, Rudigerus et Otto* tres fratres cum ſororibus ſuis *Elifabetha et Alheide, filii Epponis Theolenarii (Theloneárii)* in *Ranshoven* cum matre ſua *Hailca* poteſtativa manu tradiderunt ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* tale predium, quale habebant in *Hartperch*, quod colebat *Heinricus de familia Ducis*. Affirmavit et tradidit pariter *Alheidis uxor Friderici*, cui prius pars eiusdem predii in dotem donata erat. Cauſa eiusdem traditionis hec erat, quod predicti fratres *Fridericus et Otto* duos homines Eccleſie *Heinricum et Wernherum* innocentes aggreſſi vulneraverunt, et occiderunt. Inſuper in bonis Eccleſie incendium comiſerunt; et ideo a domino Duce proſcripti, et a fratrum iudice ſimiliter proſcripti, et denunciati fuerunt. Taliter arcati et penitentia ducti hanc traditionem ad recompenſandum dampnum Eccleſie cum ſupra ſcriptis teſtibus publice perfecerunt. Preterea ut firmior ſit traditio, exhibita ſunt eis VI. talenta ex parte Eccleſie tunc ad hoc deſignata, ut puelle, que tunc minima erat, deberent in parte ſua pervenire. Teſtes ſunt *Dominus Chunradus de Prunowe, Dominus Wernherus pe Purchuſen, et Dominus Leupoldus de Frenchingen, Dominus Chunradus de Geroltsberge, Sifridus de Hohbercha Ammannus Ducis in Ranshoven*, et alii quam plures. (c. 1210.)

CXXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Chunradus de Rattenbach miniſterialis Regni* tradidit Luitam cum filiis earum

ſuper altare S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum ea conditione, ut ſi duobus annis ſuperſederint et tertio non correxerint, ſint de familia eccleſie propria. Teſtes ſunt *ipſe Chunradus, qui tradidit, et Chunradus de Brunowe fororius eius. Heinricus Widmer* accepit de comuni conſilio conventus hanc conceſſionem, ut eo obeunte uxori et filiis eius detur panis unus de Hoſpitali noſtro per annum unum. Eadem die, et ſub eisdem teſtibus renunciavit pro remedio ſuo, quod habuit iuxta *Ratenpach, et Rintpach et Pramperch* ſub tali conditione, ut redditus, qui de eodem predio pervenire potuerint, ei ſolvantur a camerario noſtro, dum vivit. (c. 1210.)

CXXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Chunradus de Uberache* tradidit Heilcam ſuper aram S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum, ea conditione, ut ſi duobus annis ſuperſederit, et tertio non correxerit, ſit de familia Eccleſie propria. Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Mahthildis* etc. homines libere conditionis tradiderunt ſe ipſos ſuper aram S. Pancratii Martiris in Ranshoven ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Chunradus de Wolzingen*, *Leutoldus de Erchmutingen*, et alii quam plures. (c. 1210.)

CXXIX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Ulricus de Gouchsheim miles ſtrenuus* tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* et fratribus illic Deo ſervientibus mancipia in poteſtativa manu ad cenſum V. denariorum, et hoc factum eſt ex teſtamento patris ſui *Roudolfi de Gouchsheim*, qui de prefatis in extremis ſuis hoc ſtatuit, ut delegari ab ipſo *Ulrico* deberent, quocunque peterent. Erant enim ab ipſo *Ulrico* infeodati cuidam *Wolframo cellerario de Caſtro*, quod tunc fuit *Graben*, a quo redemti ipſo prefente et conſentiente S. Pancratio Martiri et fratribus in *Ranshoven* ſervientibus ſunt delegati. Huius traditionis teſtes ſunt *ipſe Ulricus*, *qui delegavit et filius*

fuus Rudegerus et Wolframmus prefatus, a quo redempti ſunt, *et Wichero de Hutta miniſterialis Ducis Bawarie, Wicherus de Sureſteten*, et alii quam plures. (c. 1220.)

CXXX.

Notum eſſe volumus ſcire volentibus, qualiter *Luipoldus et Chunradus homines regni* ſuper quadam lite cuiusdam predii S. Pancratii a domino *Wichero venerabili prepoſito* ante Judicem proclamati multociens ſuam eſſe litem predii affirmabant. Tandem ſe recognoſcentes tradiderunt predium in *Hamegebl*, de quo lis fuit, ſuper aram S. Pancratii tali conditione, ut ſi fine heredibus tranſirent de hoc ſeculo, in proprium eſſet donatio. Sin autem Heredes, ad annuatim perſolvendum cenſum V. denariorum usque ad mortem ipſorum et tunc in proprium eſſet Eccleſie. Teſtes ſunt *ipſe Chunradus et Luipoldus, qui tradiderunt, Chunradus de Wolzingen, Luipoldus de Lengenmoſe, Grumbaldus de Route*, et alii. Ipſo die delegavit ſe ſuper aram S. Pancratii Martiris *Luikardis* cum pueris ſuis libere conditionis ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Ulricus de Gouchheim*, et alii quam plures. (c. 1220.)

CXXXI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Pubo de Locenkirchen miniſterialis regni* tradidit Juttam ſuper altare S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum, ea conditione, ut ſi duobus annis ſuperſederit, et tertio non compleverit, ſit Eccleſie propria. (c. 1220.)

CXXXII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo *Altmannus* nomine in extremo vite ſue tradidit S. Pancratio predium ſuum, quale habuit in *Lauwe*, ad cenſum XV. denariorum annuatim perſolvendum, quod et uxor ſua fideliter inplevit ea conditione, ut ipſa et Nepos eius habeant ad terminum vite ſue. Teſtes ſunt *Dominus Chunradus de Prunowe*, *Chunradus de Selheim*, *Heinricus de Apheltal*, *Heïnricus villicus de Prun-*

owe, et alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quedam Matrona nomine *Jutta* pro remedio anime ſue parentumque ſuorum tradidit S. Pancratio in *Ranshoven* tria mancipia ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum, quod ſi duobus annis ſuperſederint et tertio anno non emendaverint, ſint de familia Eccleſie propria. Teſtes ſunt *Gebehardus de Neuvarn*, *Chunradus de Eiſenhube*, *Fridericus de Otendorf*, et alii. (c. 1220.)

CXXXIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Walkerus de Meinhertingen* adhuc vivens ſtatuit *Eccleſie Ranshovenſi* predium ſuum, quod habebat in *Ode* iuxta *Gundramshuſen*, pro remedio anime ſue delegandum ſuper altare S. Pancratii Martiris a filiis ſuis *Walkero et Karolo*, quod et ipſi ſtrenue compleverunt, delegantes ambo pariter predium in manus *honorabilis Prepoſiti Wichardi* in *Caſtro Riede* preſente *Amelberto ſtrenuo milite* cum aliis conpluribus. Sed et *Walkerus filius predicti Walkeri Senioris* eandem delegationem poſtmodo ſtrenue complevit Tradens antedictum predium ſuper altare S. Pancratii poteſtativa manu. Huius rei teſtes ſunt *ipse Walkerus*, *qui delegavit predium Gotſcalcus Prepoſitus Ducis*, et homines Eccleſie, et alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam homo *Hœiricus* (sic) nomine tradidit famulum ſuum Ulricum nomine S. Pancratio in *Ranshoven* ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum, quod ſi uno anno ſuperſederit, et tertio non emendaverit, ſit de familia Eccleſie propria. Teſtes ſunt *Dominus Chunradus de Brunowe* etc. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod homines ſubſcripti *Friderich*, *Heinric*, *Diemout*, *Alheit*, *Friderich*, *Alram* tradiderunt S. Pancratio Martiri in *Ranshoven* unum mancipium Chunegunt nomine ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Alramus de Ratenpach*, *Eberwinus de Maticha*, *Chunrat de Afelcheim*, et alii. (c. 1220.)

CXXXIV.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Heinrich de Simelingen*, cum eſſet in extremis, tradidit S. Pancratio Martiri in *Ransho-*

ven duo mancipia Chunegunt, Heilcam cum poſteris eorum ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Chunradus de Prunowe et cognatus eius Eberhart*, *Eberhart de Neuvarn*, *Wernhart de Pouchirchen*, *Ulrich de Mospach*, et alii. Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter miles quidam Dominus *Otto de Erhartſtorf* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* predium ſuum, quale habuit in *Lantrichingen*, pro remedio anime ſue, et uxoris ſue parentumque ſuorum. Huius rei teſtes ſunt *ipse Otto delegator predii Chunradus de Lantriching*, *Perhtoldus Schicho*, *Gebehardus de Dachſperge*, *Pubo de Lozenchirchen*, *Gotſcalcus Prepoſitus Ducis*, *Engelbertus de Geroltſperge*, et alii. (c. 1220.)

CXXXV.

Notum eſſe volumus cunctis fidelibus, quod *Jutta* uxor domini *Marquardi* cum filio eius *Wernhero* tradiderunt predium ſuum, quod habebat in *Urpach*, S. Pancratio Martiri in *Ranshoven*, et hoc factum eſt in ſepultura *Friderici* filii ſui pro remedio anime ſue parentumque ſuorum. Teſtes ſunt *ipſe Wernherus*, *qui tradidit predium*, *Dominus Otto de Erhartsdorf*, *Wichardus de Dorfingen*, *Heinrich de Guntheringen*, *Rudpertus de Foro*, et alii. (c. 1220.)

CXXXVI.

Cautum fuit hactenus a viris prudentibus et proviſum, ut, quod ipſi volebant manere ſtabilius, literarum indiciis perennarent. Sciant ergo preſentes ac poſteri, qualiter dilectus confrater noſter *Chunradus Scolaſticus* pia recordatione anime ſue parentumque ſuorum predium, quod habuit in *Hartperch*, cum omnibus ſuis pertinentiis et adiacentiis queſitis et inquirendis, que dici vel notari poſſunt, tradidit Eccleſie S. Pancratii in *Ranshoven;* tali tamen conditione uſui totius congregationis iugiter profuturum, ut pro petitione ſua ex conſenſu Domini *Wichardi venerabilis Prepoſiti* et conventus diſpenſatio prenotati predii uni canonicorum deputetur; quatenus ipſe uſu fructu tam in Stivra quam in ſervitio annuatim in unum collecto, univerſo

collegio in anniuerſario patris ſui *Hartmanni plebani de Puorkirchen* XV. May unum et ſiquid quoque habuntantius inde prouenire potuerit, amminiſtretur. Quam conſolationem oblationem vite voluit nominari. Hec ita ſe ſuperſtite inviolabiliter diſpenſari placuit, poſt obitum vero eius in depoſitionis ſue diem transferri obnixe petivit. Ut autem pactum huius donationis perenniter inconcuſſum permaneat nec proceſſu temporis poſſit deleri, ſubſcriptione teſtium et ſcripto preſentis pagine roboravimus. Teſtes ſunt *Fridericus Judex*, *Fridericus Zolner*, *Perhtoldus Schiecho, per cuius manus delegatio facta est*, *Sifridus de Hohbercha*, *Gotfcalcus Prepoſitus*, et alii. (c. 1220.)

CXXXVII.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Wichardus de Purchſteten miniſterialis regni Bawarie* iam moriens teſtamentum fecit de predio ſuo beato Pancratio Martiri in loco *Ranshovenſi* ad dimidium talenti pro remedio anime ſue, et hoc aſſignavit in proprio domate (sic) ſuo *Purchſteten;* frater vero ſuus *Albertus miles honeſtus* fratri morienti in hereditate ſuccedens aliud predium non ſine convenientia conventus ſuper altare beati Pancratii delegavit, quod tantumdem ſolvere debet, et appellatur *Saerling*, ea conditione, ut infra tempus anni circa partes noſtras in predio nobis adiacenti prefatum debitum aſſignet. Teſtes ſunt *ipſemet miles frater defuncti, et miles honeſtus de Rocholving Dietricus nomine, et honeſti milites de Julbach Wolframus et frater eius Roudolfus de Winchelheim. Tres fratres Heinricus Marſchalcus, Chunradus, Hugo, Rubertus Stal, Otto de Hizenaw.* Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, quod *Gertrudis de Onfrinding*, et ſorores eius pro remedio anime fratris eorum tradiderunt Mehildim et filium eius Heinricum ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Chunradus de Prunowe*, *Wernhardus de Haimprunne*, et alii. (c. 1220.)

CXXXVIII.

Notum ſit omnibus, quod *Wilehalmus de Troubebach* delegavit predium ſuum, quod habuit ibidem, pro remedio anime

ſue et parentum ſuorum; hec delegatio facta eſt per manum *Friderici antiqui Judicis.* Teſtes ſunt *Otto Judex*, *Walchun de Mutelenefpach*, *Ulrich et Engelbertus de Truebach*, *Chriſtan de Nofpach*, *Dietmar de Eichperch.* Notum ſit omnibus, quod *Gotfridus de Mulheim* homo libere conditionis tradidit ſe ipſum beato Pancratio ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Fridericus de Ottendorf*, *Engelbert de Nofpach*, et alii. (c. 1225.)

CXXXIX.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, quod *Eliſabeth* pro remedio anime ſue, et mariti ſui *Eberhardi* tradidit Chunigundam cum filio ſuo Heinrico et filia ſua Gertrude et Pertoldum famulum eius ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Chuno de Blanchenpach*, *Otto de Uranchinge*, *Gebhardus de Dachſperch*, *Chunradus de Monte*, et alii etc. Notum ſit omnibus, quod *Fridericus Forſtarius* tradidit beato Pancratio virum quendam nomine *Gebhardum* cum duabus ſororibus ſcilicet *Liuharde*, *Mahtild* ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Gebhardus filius eius*, *Fridericus de Honhart*, *Rudiger de Planchenbach* etc. Notum ſit omnibus, quod *Hainricus de Jahansdorf* tradidit beato Pancratio Martiri *Ranshovenſi* duo predia, que habuit in *Berhubing*, unum ad ſolvendam penitentiam ſibi iniunctam, aliud pro remedio anime ſue et parentum ſuorum. Huius rei teſtes ſunt *Chunradus de Prunowe*, *Fridericus de Hute et Chunradus de Piheling* etc. (c. 1230.)

CXL.

Cenſuales facti ſunt S. Pancratii Martiris Chunegunt et ſoror eius Mahtild cum filiis et filiabus, Hailika, Alheit, Wernhardus et Engelpreht. *Heinricus de Haſelrieute*, *Gerhardus et Eberhardus* tradiderunt ſe S. Pancratio Martiri ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Fridericus de Ottendorf*, *Gotfcalcus de Uberachen*, *Hermannus de Purkchirchen. Wernhardus et Gebhardus et Herrich de Herricheim.* Notum eſſe cupimus ſcire volentibus, qualiter dilectus confrater

noſter *Perhtoldus*, cum eſſet Parochianus in Eccleſia noſtra, de portione Elemoſinarum, que ipſum iure ſui laboris contingebat, cum eſſet vir religionis et timens dominum, annuente prepoſito et conventu eiusdem noſtre Eccleſie comparavit in proprium quoddam predium ſitum apud *Uchnpruoke* ultra *Maticham* a quodam *Gerhardo* homine Eccleſie, et filiis ſuis *Friderico et Heinrico* pro XI. libris et LX. denariis bonorum denariorum. Quod et idem predium ſine omni dolo et nullius contradictionis obſtaculo idem *Gerhardus* et filii ſui ſupra dicti *Fridericus et Heinricus* tradiderunt ſuper altare S. Pancratii Martiris ad uſum communem fratrum ibidem Deo ſervientium. Huius Emptionis et traditionis ſubnotati ſunt Teſtes *Ulricus de Prunowe preco, et Wernhardus frater eius, Chunradus de Dietmeringen, Sachſo de Winchelheim, Rudolfus de Otachſtetn, Otto de Wintpozingen*, et alii. Notum eſſe volumus, qualiter tres fratres *Chunradus, Hertingus, Heinricus de Haubnperch* accepta pecunia XX. librarum delegaverunt *Mehtildem uxorem Wilhelmi de Prunowe* cum pueris ſuis *Ottone* filio ſuo et *Alheida* ſorore ſua cum ſua poſteritate ſuper altare S. Pancratii Martiris ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Aderant in eadem delegatione *Rudolfus Stal et Heinricus de Zoutenbach* etc. (c. 1230.)

CXLI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam *Alrammus* nomine *de Haſelpach filius Wernhardi* delegavit predium ſuum, quod habuit in *Linthe*, V. agros Eccleſie noſtre ſuper aram S. Pancratii Martiris pro remedio anime ſue, parentumque ſuorum. Hec delegatio facta eſt ſub domino *prepoſito Perhtoldo*. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus de Aheim, Albero de Prunowe*, et alii. Notum eſſe cupimus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod *Perhtold vitulus de Purchuſen* tradidit ſuper aram S. Marie in capella *Ranshovenſi* predium quoddam in *Rawe*, quod ipſe comparaverat pecunia in proprium a domino *Friderico de Prunowe*, plena donatione pro remedio anime ſue et uxoris ſue, omniumque parentum ſuorum. Compromiſſa fuit et ipſi et uxori ſua plena fraternitas in omnibus miſſis, vigiliis ceterisque divinis ſervitiis.

Teſtes rei huius ſunt *Swikerus notarius domine duciſſe*, *Perhtold de Lindorf*, *miles quidam Hornperch*, et alii etc. Hec acta ſunt ſub venerabili domino *Perhtoldo prepoſito*. (c. 1200.)

CXLII.

Noverint univerſi, quod dominus *Hericus de Wolfsberch* contulit Eccleſie cenſualiter quendam Chunradum nomine ad V. denarios ſerviendum. Anno MCCLVII. V. Kal. Julii. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod *Hainricus de Tiche* contulit S. Pancratio cenſualiter ad V. denarios Jutam et puerum ſuum. Notum ſit omnibus, quod *Wernherus de Heſenlohe* contulit Eccleſie predium. (1257.)

CXLIII.

Notum ſit omnibus, quod dominus *Hainricus de Rore* contulit Eccleſie pro remedio anime ſue curiam, quam habuit in *Raitenpuche*. Huius rei teſtes ſunt *Wernhardus der Mautner*, et alii. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Otto* pie memorie *de Frœnching* legavit Eccleſie S. Pancratii Leudpoldum, Chunigundam et Diemundam et Juttam homines ſuos ad cenſum V. denariorum. (c. 1280.)

CXLIV.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod *Dux Welf* coram principibus, militibus quoque et miniſtris ſuis doti dedit ſuper aram S. Pancratii ad *Hantinperch* omnia ſubiacentia culta et inculta et que prius fuerunt in beneficio, et proprio dedit in honore S. Jacobi Apoſtoli et S. Pancratii Martiris Chriſti petitione *Erimberti ipſius Eccleſie Presbiteri* et pro remedio anime ſue et patris ſui et matris. Huius rei teſtes ſunt *Ottacher Marchio*, *Ekkibreht comes*, *Dietrich comes*, *Sigihard et Heinrich filii Sigihardi comitis*, *Chuonrat de Moricht*, *Otto de Schir*, *Heinrich de Scouvinburche et filius eius Heinricus*, *Udalrich de Willeheringen*, *Reginpreht de Berchaha et filius eius Werinhard*, *Werinhard de Jugelbahe*, *Werinhard de Horbache*, *Alram et frater eius Erchenbreht de Owa*, *Gumbold*, *Raffold*, *Friderich*

et fratres eius Adalhard et Adalpreht, Hertvinchc de Ybereche, Dietmar, Germunt de Raneshoven. Notum ſit populo chriſtiano, quod quidam nobilis homo nomine *Megingoz* tradidit quoddam mancipium ſuum ſine ulla contradictione nomine Dietmar ad altare S. Pancratii Martiris Chriſti apud *Ranshoven*, ut ſe annuali cenſu idem quinque denariis inde redimat. Notum ſit omnibus chriſtianis, quod quidam ſervilis homo nomine *Luipold* per manum liberi hominis nomine *Antrihc* dedit propriam ancillam ſuam Gebam et filium eius ſuper altare ad *Ranshoven* S. Pancratii Martiris Chriſti ea lege, ut ſe inde redimeret V. denariis per ſingulos annos. (c. 1112.)

CXLV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod homo quidam *Herrant miniſterialis regni* delegavit propriam ancillam ſuam nomine Himzilam in manum *Adalberonis* cognomento *Zof* tradendam ſuper aram S. Pancratii pro V. denariis annuatim perſolvendis, ea videlicet conditione, ut ſi in tribus annis eundem cenſum perſolvere neglexerit, et in quarto non emendaverit, prebendaria predicti altaris deinceps habeatur, univerſaque illius poſteritas. Quod idem *Adalbero* cum manu predicti *Herradi*, ut dictum eſt, perfecit preſentibus ac per aures tractis teſtibus hic nominatis *Engildic de Gundrameshuſen, Dietmar et filius eius Dietmar, Germund et filius eius Arngocz, Perhtold de Tarftorf, Perger de Holze, Gerold de Stetepuch, et filius eius Meinhard, Dietmar de Schitri et filius eius Perhtold.* (c. 1112.)

CXLVI.

Richmout nobilis de genere Lancware tradidit ſemet ipſam ad aram S. Pancratii cum omni poſteritate ſua ad cenſum V. denariorum. *Erinhart de Grube* filiam ſuam ex propria ancilla procreatam tradidit ad aram S. Pancratii pro V. denariis annuatim perſolvendis. Cuius nomen Perhta. Hec autem traditio facta eſt ſub *duce Welf* et ſub *comite Sigehardo, parocho eiusdem Eccleſie* nomine *Hanto.* Huius rei teſtes ſunt *Raffold de Sconberch, Raffold de Rore, Friderich de Mospach, Menhart de Erin-*

gen, Wichart de Idin et filius eius Herman, et Wernhart ipſius frater. Roupreht de Matih, et alii. (c. 1090.)

CXLVII.

Notum ſit omnibus chriſtianis, quod quidam nobilis homo nomine *Cunrat* tradidit duo mancipia ſcilicet Marem et feminam nomine Adelbero et Truta ſuper aram S. Pancratii Martiris pro redemptione animarum ſue parentumque ſuorum; ea ratione, ut ſe inde annuali cenſu IV. denariorum redimerent, et ſi neglexiſſent hoc uno vel ſecundo aut in tertio anno et ſi pleniter totum quarto non impleviſſent, poſtea in ſervitio ſacerdotis ipſius altaris adeſſent. (c. 1090.)

CXLVIII.

Anno ab incarnatione Domini MCXXXVIII. acte ſunt ſubſcripte traditiones: *Friderich Miniſterialis Regni de Rore cum Perhta uxore ſua* tradidit potenti manu ad aram S. Pancratii in *Ranshoven* filium ejus *Richerum* ibidem ſpirituali diſciplina nutriendum, et omne predium, quod apud *Rore* habuerant, ſuſcipientibus et banno confirmantibus *Archiepiſcopo Chunrado et Gurcenſi Epiſcopo Romano.* Huius rei teſtes ſunt *Engelpertus Marchio de Chreiburch, Wolferam nobilis, Adalbertus et filius eius Durinch, Megengoz de Surheimen, Wiſen pincerna, Raffold de Sconberge, Raffold de Planchenbach, Eberhart de Prunauwe, et frater eius Oudalrich. Ibrecht de Sceuce* tradidit ad aram S. Pancratii tale predium, quale habuit in *Sceuce.* Huius rei teſtes ſunt *Geroldus de Hutten, Pertold et Roupret de Tarftorf.* Idem *Fridericus de Rore* tradidit ad aram S. Pancratii Adelhardum ad cenſum V. denariorum. *Chadelhoch de Rore* tradidit ad aram S. Pancratii Judittam ad V. denarios et *Perhtold* filius ſororis eius adhuc puer ad eandem aram Trutam ad V. denarios. *Eginhart* frater noſter predicti *Chadelhoh* ſororis filius tradidit ſemet ipſum ad aram S. Pancratii ſecundum regulam communis vite ibidem degendum. Et tradidit tale predium, quale habuit *pila* (?) in *Machilinsdorf,* et tale predium, quale habuit in *Druckerſteten* ſcilicet manſum et mancipia XVII. *Oudalrich*

miniſterialis regni tradidit ad aram S. Pancratii *Widen* ad V. denarios et predium tale, quale habuit *in Ruite*. *Gerhard de Pubenhoven* tradidit ad aram S. Pancratii Wielant ad cottidianum ſervitium redimendo filium ſuum inde. *Fridericus miniſterialis regni* tradidit ad aram S. Pancratii Chunigunt cum omni poſteritate ſua ad V. denarios.

CXLIX.

Omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus notum eſſe cupimus, quod quidam vir *Salcho libere conditionis de Jaidesdorf* Hiltam cum ſequacibus eius ſuper altare S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* ad cenſum V. denariorum poteſtativa manu delegavit, Videlicet *Welfo duce*, *Heinrico advocato*, *Parochiano Herenberto*. Huius rei teſtes ſunt *Adelhardus de Hutte*, *Hartwich Uberachen*, *Rapoldus de Rore*, *Ditmar de Ranshoven*, *Ditmar de Mathec*, *Ditrich de Haſelbach*, *Germunt de Ranshoven*, *Dietrich de Oſterberge*. Quidam nobilis homo *Roudpertus de Steten* tradidit ad aram S. Pancratii Etechen rogatu patris iſtius nomine Friderich ad cenſum V. denariorum. Cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus notificamus, quod quidam nobilis vir nomine *Hermannus de Yden* tradidit *Haeichwin filiam ſuam concubinalem*, poteſtativa manu ſine ulla contradictione ſuper altare S. Pancratii in *Ranshoven* ad retinendam libertatem eius ſolvere V. nummis ſingulis annis cum omnibus ſui generis ſequacibus. Huius rei teſtes ſunt *Roupreht et frater eius Menhard de Yden*, *Timo de Steigen*, *Erchenger de Ellingen*, *Witille de Vutteſtorf*, *Germunt de Ranshoven*, *Raffolt de Rore*, et alii. *Otto nobilis* tradidit ad altare S. Pancratii Meinhart ad V. denarios. Huius rei teſtes ſunt *Heinrich de Ugin*, *Raffold de Planchanbach*, et alii. *Friderich de Pubenhoven* tradidit duo iugera predii ſui, unum ad altare S. Pancratii, aliud ad altare S. Michaelis. Huius rei teſtes ſunt *Sachſe de Richersdorf*, *Ulrich de Lampach*. (c. 1115.)

CL.

Notum ſit omnibus Chriſtianis tam abſentibus quam preſentibus, quod quidam nobilis homo nomine *Gerhardus* famulam

ſuam nomine Hecelam tradidit ſuper altare S. Pancratii per ſingulos annos V. denarios ſolvendos cauſa anime ſue. Huius re teſtes ſunt *Werinhart de Idina*, *Adelpertus de Fucingin*, *Engildie de Gundrameshuſin*, *Adalram frater eius*, *Otto Patruus eius de Heſſenraine*, *Perhtoldus de Tarſtorf*, *Udalricus de Utingin*, *Salcho de Maticho*. Et hoc in preſentia *Hanti ſacerdotis* illius loci. (c. 1090.)

CLI.

Noverit omnis homo, qui Chriſtiano cenſetur vocabulo, quod quidam nomine *Poppo* mancipium ſuum poteſtativa manu Udalſcalcum ſuper aram S. Pancratii pro remedio anime ſue parentumque ſuorum tradidit V. denariis ſingulis annis perſolvendum ſe, et ſi uno vel ſecundo vel tertio anno dare neglexerit et non emendaverit, cottidiani reus erit ſervitii. Huius rei teſtes ſunt *Eberhardus de Prunou*, *et filius Poponis adhuc iuvenculus*, et ceteri etc. (c. 1140.)

CLII.

Quedam nobilis mulier nomine *Hinzila* infirmitati dedita devovit ſe Deo offerendam ad ſervitium S. Pancratii, quod et fecit tradens ſe libera manu in manum *Wichardi de Ernſtigin nobilis viri* ad cenſum V. denariorum tradendam ſuper altare S. Pancratii. Hoc perfecit *Wichardus* in natale ipſius Martiris preſente *comite Sigehardo* tempore *Ducis Welfi prioris*. Huius rei teſtes ſunt *Ditricus de Choching*, *Iſingrim*, *Engen*, *Gerhoh et Perhtold fratres Ambo de Tarſtorf*, *Wichart de Stetpuch*, *Ence de Etnow*. (c. 1090.)

CLIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam *regni miniſterialis* nomine *Chadelhoh* propriam filiam ſuam et ancillam ſuper altare S. Pancratii delegaverit ea ſcilicet conditione, ut ſingulis annis ad predictum altare V. numos perſolvat. Huius rei teſtes ſunt *Pertholt de Owa*, *Chuno de Rora*, *Germunt de Wenigne*, *Reginperht de Enchina*, et alii etc. (c. 1112.)

CLIV.

Omnes filii veritatis prefentis et future etatis hec facta noſcant eſſe conſcripta, ut obſtruatur os loquentium iniqua. Ego frater *Fridericus* me meaque omnia tradens Deo et ſanctis eius pro remedio anime mee et parentum meorum ſuper altare S. Pancratii et Petri Apoſtoli hec novem mancipia de familia poteſtativa manu tradidi, Hezalam etc. Hos omnes delegavi ad legem V. denariorum cum omni poſteritate eorum, quem cenſum ſinguli ſingulis perſolvere debent annis. Quod ſi obmiſerint in uno, emendent in II. ſi in tertio temere ſuperſederint, proprii ſervi huius Eccleſie habendi ſunt. Omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quod quidam *Waltherus* nomine tradidit predium in *Haſelpach* per manum *Raffoldi de Blanchenpach* pretio quinque talentorum. Huius rei teſtes ſunt *Hebhardus de Prunowe*, *Raffoldus de Blanchenbach*, *Wolfrimus et Chuno de Apheltal*, *Reinbertus de Henchena*, *Fridericus de Paſtperge*, *Wernhardus frater eius*, *Leupoldus de Brune*. (c. 1140.)

CLV.

Notum eſſe volumus cunctis chriſtiane profeſſionis, qualiter quidam cenſualis Eccleſie S. Pancratii Martiris delegavit poteſtativa manu ſuper altare eiusdem Eccleſie predium, quod habuit in pago *Puobenhoven*, pro remedio anime ſue, fratris *Friderici* ceterorumque parentum ſuorum. Huius rei teſtes ſunt *Eberhardus de Prunowe*, *Hoto de Raitenpach et Raffoldus frater eius de Blanchpach*, *Wichardus de Grigelbuch*, *Ulricus et filius eius Eberhardus de Lampach*, *Opertus de Haſelpach*, *Menhart frater eius*, *Rapoto de Tale*, *Reimpert de Lache*, *Hilfinch de Haſelſpach*, et alii etc. (c. 1140.)

CLVI.

Noverit tam futura quam preſens etas, quod *Heinricus Dux Bawarie* tradidit ad aram S. Pancratii Martiris locum pomario fratrum contiguum per deſcenſum clivi usque ad rivum, et quantum latitudo pomarii extenditur, pro remedio anime ſue ſuorum-

que parentum. Huius rei teſtes ſunt *comes Luitoldus de Plaien, comes Fridericus de Hohenpurch, Werinhart de Julbach, Adelpero de Stritperch miniſteriales regni, Otto de Raitenpouch et frater eius Raffolt, Eberhart et filius Eberhard de Bruonowe, Engilfcalch de Urahe, Poppo de Grunenpurch, Adelpreht de Minnenpach,* et ceteri etc. (c. 1130.)

CLVII.

Noverit univerſalis Eccleſia, quod preſentis pagine bajoli a *domino Dieterico quondam Halgravio* pro ſervitio impetiti a Domino *Luitoldo* tunc temporis *Ranshovenſi prepoſito* in ea forma ſunt liberati. Dominus quippe pie recordationis *Otto quondam palatinus tunc temporis Dux Bawarie et eiusdem loci advocatus* a prefato prepoſito ſuper gravamine ſibi in ſuis illato per querimoniam eſt conventus: unde, ſicut ſibi ex ſententia iuſticia dictavit, prefatum *Dietricum* legitimis ſcitationibus, quid iuris in eisdem profiteretur, reſpondere poſtulavit. At ille ſe *Salzburga* conteſtatus eſt habere. Cumque neque *Salzburgam* neque eiusdem loci Archiepiſcopum exhiberet, Juſtitia curie ſue dictante, eos ſue advocatie et ſervituti S. Pancratii ad cenſum V. denariorum addixit. Huius rei teſtes ſunt, qui interfuerunt, *Hainricus Purgravius, Otto Lantgravius, Hainricus de Stuof, Chunradus de Dornberch, Erchenbertus de Hagnowe, Gebhardus de Julbahe, Hainricus de Stamhaim, Otto de Rore, Fridericus de Prunowe. et fratres ſui Eberhardus et Chunradus, Warmundus de Cierberhe, Engelfcalcus de Urah et fratres ſui Otto et Eppo, Luitdoldus de Owe et filius ſuus Chalho de Chierberc,* et alii, quorum nomina hic pauca inſcripſimus. (c. 1182.)

CLVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Roudegerus de Imcineſtorf filius Irmfridi de Galcharn* tradidit mancipium ſuper aram S. Pancratii in *Ranshoven* Ekkehardum nomine per manum *Gebehardi de Haslberch.* Huius rei teſtes ſunt *Chunradus de Planchenpach et filius eius Heinricus* etc. (c. 1180.)

CLIX.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobilis homo *Miniſter regni Hartmannus nomine de Radistorf* poteſtativa manu nulla contradictione tradidit predia ſua S. Pancratio in *Ranshoven* fratribus Deo ibidem ſervientibus cum mancipiis ſuis, que in proprietate tenuit ex hereditate videlicet *Raiſtorf et Euchſteten.* Teſtes ſunt *Alramus de Uttendorf, Fridericus de Prunowe et fratres ſui, Eberhardus de Purchſteten, Chunradus de Blanchenbach, Eberhardus et frater ſuus Alrammus de Helphowe, Perhtoldus et Siboto de Chriegelbouch, Fridericus Magiſter Foreſte, Marguardus prepoſitus,* et ceteri. (c. 1190.)

CLX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ex inſtitutione matris *Adelheidis Wernhardus et ſoror eius Bertha de Burchſteten* tradiderunt predium *Studache* ſuper aram S. Pancratii in *Ranshoven.* Huius rei teſtes ſunt *Pabo de Erringen, Otto de Rore, Engelſcalcus de Urache, Fridericus et frater ſuus Chunradus et Eberhardus de Prunowe, Alhardus et frater ſuus Haertwicus de Hutte, Heinricus de Gebeningen, Otto de Steueningen et frater ſuus Chuno, Otto de Eiterpach, Regenmarus de Burchuſen, Chuno de Blanchenbach, Hainricus de Berboubingen, Engelpertus de Geroltesberge, Gebehardus de Niuvarn, Ulricus de Rore, Heinricus de Purchuſen advocatus,* et alii. (c. 1190.)

CLXI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Dominus *Otto de Rore* tradidit predium ſuum *Gewintlingen* ſuper altare S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis.* Huius rei teſtes ſunt *Fridericus et frater ſuus Chunradus de Prunowe, Chunradus de Blanchenbach, Alhardus et frater ſuus Haertwicus de Hutte, Heinricus de Gerbubingen, Poppo de Rore, Pero de Scoetingen, Eberhardus de Witegorute, Ulricus de Gouchesheimen, Megengoz de Apheltal.* Noverint omnes et qui modo ſunt vel poſt

ea futuri ſunt, quod Domina *Chunegundis de Rore* delegavit predium ſuum in *Wigelinſtorf* ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven.* Teſtes ſunt *Eberhardus de Purchſteten*, *Luipoldus de Frenchingen.* (c. 1190.)

CLXII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Gotefridus quondam prepoſitus Ducis in Otingen*, cum ſe ad domum S. Pancratii ſub regulari vita victurum transtuliſſet, adduxit ſimul nepotes ſuos *Fridericum et Adelheidem* ſub eadem regula enutriendos, quos et nos in fraternitatis conſortium recepimus. Ipſe vero pro remedio anime ſue, et ad ſubſidium eorundem nepotum ſuorum communi utilitati contulit pecuniam, cuius partem ſub felicis memorie domino *Adelhardo* dudum obtulerat, cuius ſumma de veteri et nova moneta computatur ad LXIV. talenta.

Notum ſit omnibus, quod *Ortolfus de Chunbolſtorf* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris *Ranshovenſis* propriam famulam Trutam nomine ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes ſunt *Engelbertus de Geroltsberge*, *Albertus de Sul*, *Hainrich de Richcherſtorf.*

Notificamus omnibus Eccleſie filiis, qualiter *Haimo gener Vochonis* rogatu ipſius, dum in extremis laboraret, tradidit partem predii ſui, quod *Hannegebel* habuit, super aram S. Pancratii Martiris et fratribus illic Deo ſervientibus, et aliam partem in uſus pauperum in Hospitali huic contiguum. Teſtes ſunt *Chunradus de Blanchenbach*, *Germundus camerarius*, *Marchwardus prepoſitus*, *Heinricus de Studen*, *Hartwicus de Roſſebach.* (c. 1190.)

CLXIII.

Notum ſit omnibus, qui cenſentur vocabulo Christiano, quod *Sophia Comitiſſa de Purchuſen* delegavit super altare S. Pancratii, et super altare S. Gertrudis, et super altare S. Augustini Adelheit et quinque pueros eius et ſi quod adhuc genuerit, ad cenſum quinque denariorum annuatim persolvendum. Huius donationis Teſtes ſunt *Chuno*, *Purchardus*, *Engelbertus*, *Heinricus miniſterialis Comitiſſe.*

Noverit omnis, qui cenſetur vocabulo christiano, quod *Liukardis de Uberachen* tradidit super altare S. Pancratii Martiris Sibotonem et Hainricum ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes sunt *Chunradus de Prunawe, Hœrtwicus de Hoberch*, et alii. (c. 1180.)

CLXIV.

Scriptis mandare curamus, qualiter *Siboto de Mermos*, dum *filiam suam Adelheidem* regulari disciplina enutriendam in domo S. Pancratii tradidiſſet, S. Marie Virgini duo mancipia simul Ulricum et Gotefridum poteſtativa manu tradidit ſuper altare eiusdem Martiris in proprietatem, et ad ſerviendum Deo et fratribus illic Deo militantibus. Teſtes sunt *Siboto et Geroldus et Hainricus de Mermos, Chunradus de Tarſtorf*, et alii. (c. 1190.)

CLXV.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus S. Eccleſie filiis, quod quedam libera mulier nomine *Adelhaidis*, volens eſſe ſub defenſione et tuitione regni, tradidit ſe ipſam cum duobus liberis ſuis filio et filia ſuper altare S. Pancratii Martiris in *Ranshofen* ad cenſum V. denariorum ſingulis annis perſolvendum. Huius rei teſtes sunt *Altmannus de Ellinſtorf et filii eius duo Arbo et Alrammus, Ortliebus de Sibreſtorf*, et alii. (c. 1200.)

CLXVI.

Notum eſſe volumus cunctis Christi fidelibus, qualiter domina *Mehthildis filia domini Alrammi de Uberachin* ipsa et *filii eius Ulricus et Wernhardus*, qui delegavit, *Rudigerus et Hartwicus fratres illorum et filia eius Diemoudis* poteſtativa manu tradiderunt *Chunradum de Ubirœchin* S. Pancratio Martiri in *Ranshoven* in proprietatem delegantes eum ſuper altare S. Petri in *Rore*, que eſt capella Eccleſie S. Pancratii, preſente *Wichardo prepoſito*, et aliis quam pluribus. Teſtes ſunt *Ulricus prepoſitus Domini Ottonis, Heinricus Pechstein, Pingerus frater eius*, et alii quam plures, qui illic aderant. Actum est in presentia *Domine Chunegundis* etc. (c. 1215.)

CLXVII.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter quidam miles strenuus *Chouno nomine de Neueningnin* habens *uxorem nobilem Perhtam* nomine nepotem domini *Alberti de Hutta*, qui factus eſt ex milite Monachus, filiam vero domini *Eberhardi de Hannberge Strenui militis*, eius inquam aſſenſu et petitione tradidit poſt mortem prefate uxoris ſue ſancto Pancratio Martiri in *Ranshoven*, et delegavit ſuper altare ipſius Martiris tale predium, quale habebant in *Hage*, quod ipſa eidem viro suo tradiderat in donationem propter nuptias poteſtativa manu preſentibus fratribus prefate uxoris ſue *Alberto et Wichardo de Purchſteten*. Teſtes ſunt ipſe, qui tradidit predium, *Chuno*, *Chunradus de Prunouwe*, *Albertus de Purcſteten*, et *Gotſcalcus procurator eius*, *Rapoto de Ranshoven*. (c. 1200.)

CLXVIII.

Notum volumus eſſe cunctis Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus. Qualiter quidam miles ſtrenuus *miniſterialis regni Engelſalcus nomine de Ratenbach*, cum infirmitate quadam laboraret, eternam cupiens mercedem, in omne predium ſuum, quod habebat, ſanctum Pancratium Martirem in *Ranshoven* elegit heredem: tradens prefato martiri, et eidem loco omne patrimonium ſuum per manus cuiusdam nobilis viri *Ratoldi de Perge*, qui libere conditionis homo poteſtativa manu predictum predium delegavit, quia ad ipſum hec delegatio pertinebat. Aderant ibi fratres ipſius *Engelſalci ſtrenui militis Adalrammus et Chunradus*, qui ſepe predicto predio abrenuntiantes traditioni conſenſum prebuerunt, et teſtes exiſtunt. Et hec ſunt nomina locorum: curtis villica in *coenberge*, Predium in *Rute*, Predium in *Leruenperge*, Predium in *Oderating*, et VIII. mancipia. Et hi ſunt teſtes. *Ratoldus nobilis de Perge delegator*, *id eſt Salman predii*, *Adelrammus et Chunradus fratres Engelſcalci*, *Chunrad de Prunowe Avunculus eorum et miles eius Wichardus et miles Ratoldi Pertholdus et Purchardus et milites de Ratenbach*, *Fridericus de Rintpach*, *Waltherus et Rudegerus et ſervi-*

entes prepoſiti Wichardi, qui recepit predium, et alii quam plures. Eodem die ſub eisdem teſtibus per manus eiusdem delegatoris mater eiusdem *Engelfalci* tradidit eidem ſancto Pancratio martiri et eidem loco *Ranshoven* tale predium, quale habuit in *oderating*. Eadem die ſub eisdem testibus per eundem *Salmanum Ratoldum* virum nobilem tradidit eidem beato Pancratio martiri *Chunradus de Retenpach ministerialis regni* predium, quod habebat in *Pramberch*, pro remedio anime ſue. Idem *Chunradus*, cum infirmitate gravi laboraret, cum instanti petitione hoc obtinuit, ut haberet canoniam et mansionem apud nos et ſtipendium trium panum, quorum duo exhiberentur de clauſtro, unus de Hospitali, et potus et cibaria in loco fratrum. (c. 1215.)

CLXIX.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, quod *Richkart de Fuhten* libera manu tradidit ſe ſuper aram ſancti Pancratii martiris in *Ranshoven* ad cenſum V. denariorum; teſtes ſunt *Engelpertus de Geroltſperge*, *Timo de Ranshoven*, *Siſridus de Wenge*, *Fridericus et Chunradus de Fuhten*.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter quidam *Warmundus de Retenpach miles ſtrenuus miniſterialis regni* tradidit beato Pancratio martiri in *Ranshoven* tale predium, quale habebat in *Pramberch*, pro remedio anime ſue, ibi enim et ſepultus eſt. (c. 1215.)

CLXX.

Notum eſſe volumus, quod *Wernhart de Goſſendorf*, et *Wernhard de Uriling*, et *Herwort de Wancheim*, et mulier ſua *Recza* et *Mathildis ſoror eius et filius eius Pertoldus* iſti homines predicti annuente domino eorum *domino Wernhardo de Hagen* inpignoraverunt nobis predium in *Nanzing* pro X. talentis, ſi tis inſurgeret de predio, quod emimus in *Wurvanhc* et omnia illuc pertinentia. Huius rei teſtes ſunt *dominus Chunradus de Prunowe*, *Dominus Hainricus de Gosheim*, *Dominus Hartnidus de Hagenowe*, *Albertus de Nanzing*, *Rapoto de Witenhuſen*, et alii plures.

Notum ſit, quod *Waltherus et filius eius* abdicaverunt predium *Wolcrimi de Aſenheim.* Huius rei teſtes ſunt *Alhardus de Rote et filius eius Wichardus, ipſe Waltherus et filius eius Chunradus*, et alii.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter dominus *Pubo miniſterialis Ducis* inpignoravit Methildem et pueros eius cum predio, quod habebat in *Ubrechen.* Huius rei teſtes ſunt *Sifridus de Wenge*, et alii. (c. 1215.)

CLXXI.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, quod *Dominus Poppo de Geltovinge* tradidit ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* hos famulos et famulas in proprietatem, Heinricum etc. Huius rei teſtes sunt *Chunradus de Prunowe, Eberhardus frater ſuus, Pabo de Lozenkirchen* et *Heinricus filius ſuus, Wichardus de Purchſteten, Hainricus de Gouchesheim, Leo de Tuntinge, Heinricus de Eccleſia S. Petri, Fridericus Forſtmeiſter, Gotſcalcus Prepoſitus, Otto de Hitzenowe, Ulricus de Prunowe, Gumpolt de Rute*, et alii. (c. 1215.)

CLXXII.

In Chriſti nomine notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quedam nobilis matrona *Jrmgardis* dicta habens duas filias virgines, quas Chriſto deſponſare cupiebat, adduxit eas ad locum *Ranshoven*, ubi religio vigebat, et eas communi vite aſſocians ſimul cum iis curtem unam in *Pazenswanch* ſuper altare S. Pancratii tradidit in proprium per manus Domini *Chunradi de Prunowe,* qui eſt *miniſterialis regni,* ad quem eadem traditio rite pervenerat. Teſtes ſunt *Adelramus nobilis de Utendorf, Otto Junior de Rore, Ewerhardus et Chunradus fratres de Prunowe, Wernherus et iterum Wernherus de Purchuſen,* et alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quedam *Alheidis,* cum eſſet libera ſe cum pueris ſuis S. Pancratio in *Ranshoven* ſub penſione quinque denariorum cenſus ancillavit. Huius rei teſtes ſunt *Helmbertus Sa-*

cerdos, Chunradus de Prunowe, Chunradus de Retenbach, Pabo de Lochenchirchen, Eberhardus de Prunowe, et alii. (c. 1215.)

CLXXIII.

Notum fit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam miles Dominus *Hartwicus de Hage* tradidit S. Pancratio Martiri in *Ranshoven* unum mancipium Wiradis nomine ea conditione, quod ipſa perſolvit ſibi talentum, et quod ſoluta ſit ab ipſo et ab omni poſteritate ſua. Teſtes ſunt *Ortolfus de Percheim, Dietmarus de Purchuſen,* et alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quedam *Alheidis de Eringen*, cum eſſet libera, ſe cum pueris ſuis S. Pancratio in *Ranshoven* ſub penſione V. denariorum cenſus ancillavit. Huius rei teſtes ſunt *Albertus et Heinricus ſacerdotes, et Ulricus de Prunowe frater mulieris prefate,* et alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Chunradus et Hainricus* poteſtativa manu tradidit Arbonem, qui proprius illorum erat, ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Ulricus de Emratingen, Fridericus in der Wiſe, Hainricus in der Wiſe, Hainricus de Askahe, Gerhoh de Velkirchen, Ulricus frater ſuus, Hainricus de Askahe*, et alii.

Notum eſſe volumus tam futuris quam preſentibus, qualiter *Perhtoldus Stichilo,* cum ſe ſubiugavit regule S. Auguſtini, tradidit predium ſuum per manum *Friderici Judicis* ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* pro remedio anime ſue parentumque ſuorum. Teſtes fuerunt *Fridericus Judex, Engelbertus de Geroltſperge, Ruger de Gotpoltingen, Con. filius eius,* etc. (c. 1215.)

CLXXIV.

Taliter delegavit *Walkerus de Meinhertingen Mehtildem de Lintlach* cum omni ſua poſteritate, quam delegationem filius ſuus *Karolus* preſente fratre ſuo *Walkero*, dum mare tranſire vellet, confirmavit.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam *Albertus de Gundramhuſen* tradidit duo mancipia ſuper aram S. Pancratii Martiris Alheidem et Itam ad cenſum V. denariorum.

Notum ſit Christi fidelibus, quod *Perhtoldus de Cumpoldingen* tradidit uxori ſue *Leucardi de Aich* VIII. homines proprios, ut haberet eos tempore vite ſue ea ratione, ut eo moriente conſervet eos beato Pancratio Martiri in *Ranshoven*, quod illa perſolvit. Huius rei testes sunt *Chunradus de Hochperc Prepositus Ducis*, per cuius manum delegatio facta eſt, *Dominus Tiemo de Aich, Wernhardus Forſtmagiſter Domini Ducis.* (c. 1225.)

CLXXV.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, quod *Albertus de Selinten* et filius ſuus *Hainricus de Raitenpuch* libera manu tradiderunt nobis ſuper aram S. Pancratii Martiris Pertholdum ad censum V. denariorum annuatim Dominis illic Deo et beato Pancratio perſolvendum ea conditione, quod, ſi tribus annis hunc ſuperſederit et quarto non emendaverit, famulus foret illius Ecclesie. Huius rei et donationis teſtes sunt *Heinricus advocatus de Purchuſen, et Leupoldus de Theſſenbach et frater ſuus Eberhardus, et Richerus de Vilchmoſen, et Wichardus de Purchſteten*, et alii. (c. 1230.)

CLXXVI.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Pabo de Lozenchirchen* tradidit mancipium Chunradum nomine ſuper aram S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Dominus Chunradus de Prunowe, et ipſe Dominus Pabo.* (c. 1215.)

CLXXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Heinricus de Johanniſtorf miniſterialis regni* abdicavit Hubam unam in villa *Retenpach* ſitam, que prius quidem Eccleſie tradita fuerat, ſed ipſe eam litigioſe adhuc tenebat. Preterea tradidit ſuper altare S. Pancratii Martiris medietatem maioris curie in *Retenpach*,

que eum contingebat, media enim ſue matris erat, Ita tamen, ut ipſe de manu noſtra ſub iure coloni eandem curiam reciperet et tempore vite ſue uſu fructuum poſſideret et villicus, qui curtem eandem coleret, modium unum ſiliginis annuatim perſolveret in ſignum noſtre proprietatis. Hec omnia facta ſunt per manum Salmanni *Ratoldi de Perge viri nobilis*, qui predicta predia manu propria ſuper altare S. Pancratii Martiris delegavit, adiuratus a prefato *Heinrico*, ſicut legitime in manu ipſius poſita erant. Hos vero carnalem ſororem eius in ſororem ſpiritualem et conſortium in Clauſtro feminarum recepimus. Teſtes vero, qui preſentes erant, ſcripto notavimus, ſunt itaque *Dominus Alhardus de Hutte et filius eius Hertwicus*, *Alramus et Chunradus fratres de Retenpach*, *Chunradus de Prunowe*, *Reinmarus et Wichardus de Purchuſen honeſti milites*, nec non ipſe *Ratoldus*, per quem facta eſt delegatio ſupra dictorum. Eadem die *Chunradus de Retenpach miniſterialis regni* volens bonum opus ceptum conſumare per prefatum Salmanum virum nobilem *Ratoldum* ſub eisdem teſtibus tradidit eidem S. Pancratio Martiri predium, quod habebat in *Rintpach*, et nos addidimus ei panem unum per diem, et receptum uſu fructum eiusdem predii de manu noſtra tempore vite sue poſſidendum ad ſervitium duorum denariorum. Item eadem die ſub eisdem teſtibus per eundem Salmanum tradidit *Alramus* frater predicti *Chunradi de Retenbach Senior* tale predium, quod habebat in *Pramberge*, uſu fructu in predio noſtro, quod habebamus in *Oderating*, tempore vite ſue, quod dudum tradiderat *mater eius Alheidis et frater eius Engelſcalcus*, per manum ſepedicti *Ratoldi*, ad quem delegatio pertinebat. Tradidit et aliud predium in *Riute*, et recepit predium nimirum in *Lervenberge* tradendum ſuper altare S. Margarithe in *Raitenpach* ad luminaria; tradidit idem *Alramus* predium, quod habebat in *Rintbach*, ſuper altare S. Marie in Capella noſtra; hec omnia facta ſunt eadem die ſub eisdem teſtibus. (c. 1215.)

CLXXVIII.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter Domina *Adelheidis vidua de Hagenawe nobilis femina* defuncto

marito ſuo *Werenhardo nobili viro* ad remedium anime ſue parentumque ſuorum tradidit ſuper altare S. Pancratii poteſtativa manu partem predii in *Ludolvingen*, quod in proprium tenebat; tradita primitus in obitu Domini *Erchenberti de Hagenouwe*, reliquam eiusdem predii partem tradidit et Leukardam feminam, que illud idem predium poſſidebat cum liberis ſuis. Huius rei teſtes ſunt *Wernherus de Purchuſen*, *Rudolfus de Waldeke*, *Alramus de Ratenpach*, *Heinricus de Rore*, *Fridericus Phnurro*, *Ulricus et Heinricus fratres de Gouchsheim*, *Eberhardus et filius ſuus Chunradus de Neuphrn*, *Chunradus de Ehingen*, *Heinricus de Forſtaren*, *Heinricus de Prunowe*, et alii. (c. 1220.)

CLXXIX.

Uxorem *Engelmari de Uberechen Perhtam* nomine delegavit Dominus *Pabo de Lozzenkirchen* cum filiis et filiabus ſuis ſuper altare S. Pancratii Martiris tali conditione, quod, ſi voluntas huius delegationis apud Dominum Ducem appoſito ſigillo ſuo obtineri poſſet, cenſum perſolverent. Sin autem ſolvi deberent cum predio in *Uberch* cum X. ſolidis *Patavienſis monete*. Teſtes ſunt *Dominus Chunradus et Pruno et Dominus Wicherus de Huita*, *Ulricus de Pzunowe*, *et quidam Valei* (alii?). (c. 1215.)

CLXXX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Hainricus de Mermouſe* tradidit S. Pancratio in *Ranshoven* Mathildem et filiam eius Mathildem et pueros eorum ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt ipſe *Hainricus et avunculus ſuus*, *Chunradus de Prunowe*, *Rudpertus de Foro*, et alii.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter duo milites ex familia *Ducis Bawarie Gebhardus* videlicet et frater eius *Hertwicus de Dachsberge* poteſtativa manu tradiderunt ſuper aram S. Pancratii Martiris in *Ranshoven* duo mancipia cum omni ſua poſteritate ad cenſum V. denariorum perſolvendum. Teſtes huius traditionis ſunt *Otto de Frenching*, *Rupoto et Chunradus de Vilmouſpach*, et alii.

Notum eſſe volumus cunctis fidelibus, qualiter *Heinricus de Chrigelbuch* ſe abſolverit de proprietario ſervitio Domini *Rudegeri de Chnucher*, et ſe tradidit ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum delegatione facta per manum Domini *Ottonis iudicis de Planchenpach.* Hoc teſtantur *Dominus Otto de Planchenpach et Chunradus de Mitterndorf.* (c. 1215.)

CLXXXI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Wichardus Prepoſitus* et totus Conventus in *Ranshoven* firmiter conpromiſimus in manus Domini *Pabonis de Lozenchirchen,* et Domine *Gertrudis uxoris* eius et *Chunradi filii* eorum, ut quecunque Perſona ex illis usque ad uxorem *Chunradi* hoc a nobis poſtulaverit, talem prebendam in cibo et potu apud nos habere debeat, qualis datur uni ſacerdoti; et hoc factum eſt ea die, qua ipſi tradiderunt Eccleſie poteſtativa manu tale predium, quale ipſi habebant in *Uberechen,* cultum et incultum, queſitum et inquirendum ſimul cum hominibus ad idem predium pertinentibus. Teſtes ſunt, qui cum eis aderant, *Pernhardus Presbiter et plebanus eorum, Fridericus miles et Prepoſitus de Aheim, Rudolfus de Prukla et ſororius eius Hertvvicus, Ulfalcus de Aheim, Ulfalcus et Liebardus de Lozenchirchen.* Factum eſt hoc in preſentia officialium Domini noſtri Ducis, qui et advocatus noſter, *Ulrici de Frenching iudicis et Dietmari de Unchuſen Prepoſiti,* qui et teſtes donationis eorum ad nos et promiſſi noſtri ad ipſos ſunt; aderant et de familia Ecclesie quam multi. Ad hec inſinuamus, quod hanc traditionem prefati predii et hominum fecerunt ſuper altare S. Pancratii Martiris pro remedio animarum ſuarum et omnium parentum ſuorum receptis tamen a nobis nonaginta talentis *Ratisbonenſis monete,* et prefata prebenda.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter *Fridericus de Riſe et uxor ejus Diemud* tradiderunt S. Pancratio Martiri in *Ranshoven* ancillam propriam Alheidem nomine cum filio Ottone ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam mulier *Mech-*

tild de Reuffelſperch et maritus et filius eius *Reutoldus* tradiderunt tria mancipia ad altare S. Pancratii, Alhaidim ſcilicet et duas filias eius ſub cenſu V. denariorum. Huius rei teſtes ſunt *Chunradus de Braunau miniſterialis Ducis*, etc. (c. 1215.)

CLXXXII.

Pateat omnibus ſcire volentibus, qualiter Dominus *Fridericus ſenior Judex* tradidit *Chunradum filium ſuum* ſuper altare S. Pancratii ad cenſum V. denariorum per ſingulos annos perſolvendum, et abſolvit Houbam *Voruangen* pro V. talentis obligatam pro remedio anime ſue et parentum ſuorum, precipue tamen pro redemptione ſignaculi S. Crucis et peregrinationis ad terram Sanctam Jeroſolimorum, quam obſtante Carnis imbecillitate peragere diffidebat. Huius rei teſtes ſunt *Dominus Chunradus de Prunowe, Marquardus de Urwangen*, et alii.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Helmbertus preco* tradidit beato Pancratio ad cenſum V. denariorum Diemundem et filiam eius Alheidem. Huius rei teſtes ſunt *Fridericus de Ottendorf, Gerpunch de Schuzing et Heinricus filius eius, Wernhardus de Diezing, Leupoldus de Prunowe.* (c. 1225.)

CLXXXIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Gebehardus de Richſtorf* recolens, ſe quodamodo leſiſſe Eccleſiam noſtram pro remedio anime ſue parentumque ſuorum tradidit et in feodo conceſſit Chuonradum etc. ad cenſum V. denariorum perſolvendos. Huius rei teſtes ſunt *Ipſe Gebehardus, Rudegerus de Gouhsheim, Hartwicus de Pubenhoven, Gebehardus iunior de Hagenau*, et alii. Notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod dominus *Chunradus de Praunauwe* apud nos cum parentibus ſuis ſepultus tradidit S. Pancratio Martiri predium in *Salhe* pro remedio anime ſue parentumque ſuorum, ubi et anime patris ſui traditionem fecerit quorundam prediorum pro remediis animarum ſuarum. Eodem die quidam *miles Ebo de Awia*, qui etiam apud ipſum *Chun-*

radum in uno iacet tumulo ſepultus, tradidit S. Pancratio Martiri quoddam predium in *Wintpozingen*, et ante quoddam predium tradiderat pro remedio anime ſue et filii ſui, qui etiam apud nos iacet ſepultus, et hec fecit pro remedio anime ſue parentumque ſuorum. Ipſo die aderant multi nobiles: *Pabo comes de Lewenberch et vaſſali ſui, Pabo de Hoholtingen, et Chunradus de Switſtorf, et Wernhardus Juſſarius, et Dominus Fridericus de Praunawe, et Gerardus de Dachberch, et Wernhardus de Uberachin,* multique alii. (c. 1225.)

CLXXXIV.

Qualiter *Bernhardus de Meinhartingen* pro remedio anime uxoris ſue G.... que apud nos iacet ſepulta quoddam predium in *Sparr* et ipſe *Wernhardus* tenebatur Eccleſie pro II. talentis pro remedio fratris ipſius *Gerhardi* contulit Eccleſie et S. Pancratio Martiri. Preſentes aderant *Dominus Wernhardus de Utendorf et frater ipſius Wernhardus, Karolus et Gerhardus de Dachsſperch,* et alii. (c. 1225.)

Explicit in Dei nomine feliciter Amen.

Formula Profeſſionis ſacrae ex Seculo XII.

Ego N. offerens trado me ipſum cum his oblationibus ad ſervitium huic Eccleſie et altari S. Marie ſanctique Pancratii Martiris, et promitto Deo omnipotenti in preſentia cleri et populi, me amodo hic victurum ad finem vite mee ſecundum regulam canonicorum et beati Auguſtini ſine proprietate pro noſſe et poſſe meo. Promitto etiam ſtabilitatem huic loco, donec neceſſaria anime et corpori ullo modo habere potero, nec alicuius levitatis inſtinctu vel quaſi diſtrictioris religionis obtentu hunc habitum mutabo vel hoc clauſtrum exibo. Promitto etiam ſtabilitatem huic loco et promitto quoque obedientiam Domino Prepoſito N. et omnibus prefate noſtre Eccleſie prelatis, quos ſanior pars noſtre congregationis canonice elegerit. Ut a Domino centupulum recipiam vitam eternam, Amen.

Codex Traditionum

Monasterii Reichersbergensis

Ordinis canon. regul. S. Augustini.

Pergament-Codex in Quart aus 53 Blättern bestehend von verschiedenen gleichzeitigen Händen vom Ende des XII. bis in das letzte Decennium des XIII. Jahrhunderts geschrieben, in der Bibliothek des Klosters Reichersberg befindlich. Dem nachfolgenden Abdrucke liegt eine aus dem Original-Codex genommene Abschrift zu Grunde. Der im III. Bande der Monumenta boica pg. 403 — 520 abgedruckte codex traditionum des Klosters Reichersberg scheint wohl derselben Handschrift entnommen zu sein; doch mangeln hier die dort vorausgeschickte Erzählung von der Gründung Reichersbergs, und die Eingangs- und Schlussformeln: „Incipit liber fundationum, prediorum, et capite censum Ecclesie S. Michaelis in Reichersberg — Explicit liber delegationum Ecclesie S. Michahelis in Reichersberge, feliciter Amen."— Dagegen fehlen in dem Abdrucke der Monum. boic. die Nro. I. — VII. inclus. LXIX. LXXXV. CXXXVI. CCXVIII. CCXXIV. CCXXVI. inclus. CCXXXI. CCXXXV. CCLI. CCLII. CCLIV — CCLXXVIII inclus. zusammen 44 Nummern, so wie die Aufschriften der Nro. LXXV. und LXXIX (Monum boic. loc. cit. LXV. und LXX.) der gegenwärtigen Ausgabe. Die Nro. XLII. und XLIII. dann LXVII. und LXVIII. derselben, bilden in den Monum. boic. die Nro. XXXV. und LIX. Von den in Nro. I. — VII. enthaltenen Urkunden sind vier, nämlich die Nro. II. III. IV. und VI. im IV. Bande der Monum. pg. 403 — 412 (unter Nro. VII. I. VI. und V.) aus

den betreffenden Original-Urkunden abgedruckt. — Wie mangelhaft übrigens diese letztere Ausgabe veranstaltet worden sei, ergibt sich bei Vergleichung mit der Nachfolgenden aus den zahllosen Fehlern in den Namen der Personen und Orte, und aus den sehr häufig vorkommenden Auslassungen mehrerer Zeugen, welche hie und da, wie z. B. in Nro. LXV. LXXVII. CCVII. und CCIX. der Monum boic. gänzlich fehlen. Zur leichteren Auffindung und Vergleichung wurde jeder Nummer dieser Ausgabe am Ende die entsprechende Nummer jener der Monumenta boica beigefügt.

Codex Traditionum

Monasterii Reichersbergensis.

I.

Lucius epiſcopuſ ſeruuſ ſeruorum dei Venerabili fratri R. patauienſiſ eccleſie epiſcopo Salutem et apostolicam benedictionem. Uenienſ ad apostolicam ſedem dilectuſ filiuſ noſter *Gerhohuſ* Richeriſpergenſiſ prepoſituſ grauem in preſentia noſtra querelam depoſuit, quod parrochiani et conſanguinei tui ei necem molienteſ in eccleſia ſua ipſum deo ſeruire et fratribus ſibi conmiſſiſ pro debito officii ſui prouidere nullatenuſ permittant. Quia igitur ad epiſcopale officium nichil magiſ pertinere dinoſcitur, quam religioſaſ perſonaſ diligere et manutenere, et a prauorum incurſibuſ defenſare, per apoſtolica ſcripta tibi mandamuſ quatenuſ infra XL dieſ, poſtquam preſentia ſcripta ſuſceperiſ, habito conſilio dilectorum filiorum noſtrorum B. abbatis et G. prepoſiti ſalzburgenſium eoſdem chriſti perſecutoreſ diſtricte conmoneaſ, ut predicto prepoſito plenam pacem reddant, et de cetero abſque malicia conſeruent. Quod ſi facere contempſerint, ex tunc excommunicationi ſubiaceant. Si autem auſu temerario eum in hominibuſ vel in rebuſ ſuiſ poſtea leſerint, emendari cum integritate faciaſ. Si autem in perſona ſua, quod abſit, eum ledere preſumſerint, a perſona tua in noſtra preſentia noveris exigendum. Sacerdoteſ quoque tuoſ, qui excummunicare audent mercenarioſ eius et colonos, propter decimas, quaſ felicis memorie predeceſſor noſter *papa Innocentius* ſuo ei ſcripto firmauit, ab ipſa temeritate conpeſcere ſtudeas et eiusdem predeceſſoriſ noſtri de decimis conſtitutionem in tuo epiſcopatu conſeruari facias. *Eginonem*, qui eccleſie ſue predium uiolenter auferre, et iniuſte detinere preſumit, infra XL. dieſ, poſtquam preſentia ſcripta ſuſceperis, ablata reddere

et ab eius infeſtacione ceſſare diſtricte commoneas. Quod ſi facere contempſerit, ex tunc excommunicatum habeaſ, et haberi facias. Si vero de iuſticia aduerſuſ eum confidit, poſtquam ablata reſtituerit, in preſentia venerabilif fratrif noſtri C. ſalzpurgenſis archiepiſcopi, ad cuius patrocinium eccleſia Richerſpergenſis pertinere probatur, obtinere poterit. Data Laterani XVII. Kalendas Maji.*)

II.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectiſ filiis *Gerhoho* Richerifpergenſiſ ecclesie prepoſito, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Deſiderium, quod ad religionif propoſitum et animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo noſ decet libenti concedere, et petentium deſideriiſ congruum impertiri ſuffragium, quia ſicut iniuſta petentibuſ nulluſ eſt tribuenduſ effectuſ, ita legitima et iuſta deſiderantium nulla eſt differenda peticio. Huiuſ rei gracia dilecti in domino filii, predeceſſoriſ noſtri feliciſ memorie pape *Innocentii* ueſtigiiſ inherenteſ nec non venerabiliſ fratriſ noſtri *Cunradi Salzburgenſiſ* archiepiſcopi precibuſ inclinati, ueſtriſ iuſtiſ poſtulationibuſ clementer annuimuſ, et monaſterium ueſtrum, quod eſt in epiſcopatu Patauienſi et fundo Salzburgenſis eccleſie ſitum, in quo diuino mancipati eſtiſ obſequio, ſub Beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus, et preſentiſ ſcripti priuilegio communimus. Inprimiſ ſiquidem ſtatuenteſ, ut tam in ueſtro, quam in monaſterio sanctimonialium uobis ſubdito ordo canonicuſ iuxta Beati Augustini regulam perpetuiſ temporibuſ inuiolabiliter conſeruetur. Preterea, quascumque poſſeſſioneſ, quecumque bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte et canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliiſ iuſtis modiſ preſtante domino poterit adipiſci, firma uobiſ ueſtrisque ſucceſſoribuſ et illibata permaneant. In quibus hec propriiſ duximus exprimenda uocabuliſ, fundum videlicet et plebem *Richeriſpergenſem* cum

*) Nachdem Papst Lucius II. am 12. März 1144 gewählt wurde, und am 25. Februar 1145 starb, ist diese Bulle vom 15. April 1144.

decima et iure parrochiali Capellam sancti Martini cum pertinentiis suis, Vineas in *Ascah*, Villam *Chrowat* et Reliqua predia a *Werinerio* loci ipsius fundatore uobis oblata. Decimas *Brambergensis* ecclesie et *Putinensis* ecclesie ac uoualium *Putinensis silue*, a predictis parrochiis usque ad *terminos vngaricos* pertingentis, Venerabilis fratris nostri *Cvnradi Salzburgensis* archiepiscopi priuilegio uobis firmatas, Patellam salis, et alia predia ab eodem data, *Hostat* et alia predia, que *Rvodbertus* iuste obtulit, Predia, que *Fridericus* donauit, Predia, que fuerunt *Egelolfi* et *Eberhardi* cum eorum decimis ab episcopo *frisingensi* rationabiliter uobis concessis, et vineas emtas in *Chremesa*, et ea, que *dux Livpaldus* iure suo contulit. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus omnino a uobis decimas exigere presumat. Ecclesiastica nimirum sacramenta a diocesano suscipietis episcopo, uel a salzburgensi archiepiscopo, si quidem graciam et communionem apostolice sedis habuerint, et si ea gratis et sine prauitate uobis uoluerint exhibere; Alioquin liceat uobis pro eorundem sacramentorum susceptione catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Et quia sic locus uester est institutus, ut Salzburgensis ecclesie principalis aduocatus ipsius quoque loci sit aduocatus, neque ipsi neque alicui subaduocato eius eundem locum liceat iniustis grauaminibus infestare. Quod si fecerit, et uobis conquerentibus non emendauerit, consilio et auxilio prefati Archiepiscopi ipsa aduocatia ab inutili auferatur, et alius loco eius substituatur. Obeunte uero te, nunc eiusdem loci Preposito, uel ad alterius ecclesie regimen transeunte, siue tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur uel substituatur: nisi quem fratres communi consensu aut pars consilii saniores secundum dei timorem et beati Augustini regulam canonice prouiderint eligendum. Addentes etiam interdicimus, ut nemini professionis uestre facultas sit alicuius leuitatis instinctu uel artioris religionis obtentu sine Prepositi uel congregationis licentia discedere. Quod si fecerit, nullus episcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat, quamdiu uidelicet in ecclesia uestra canonici ordinis tenor domino prestante uiguerit. Si uero se-

cundo uel tercio uocatuſ redire contempſerit, liceat eiuſdem loci prepoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimuſ, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni et extreme uoluntati, niſi forte excommunicati uel interdicti ſint, nulluſ obſiſtat, ſalua iuſticia matricis eccleſie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet uexationibuſ fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione et ſuſtentatione concessa sunt vſibuſ omnimodiſ profutura, Salua sedis Apoſtolice auctoritate et Salzburgensis Archiepiſcopi et Patauienſiſ epiſcopi canonica iuſticia. Si qua igitur in futurum ecclesiaſtica ſecularisue perſona huius noſtre conſtitutioniſ paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonituſ, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatiſ honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata niquitate cognoſcat, et a ſacratissimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoriſ nostri iesu chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctiſ autem eidem loco iuſta ſeruantibuſ ſit pax domini noſtri iesu chriſti, quatinvs et hic fructum bone actioniſ percipiant et aput diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. (Mon. boic. IV. 412 N°. VII. ex orig. de anno 1146. 4. Mai.)

III.

In nomine ſancte in individue Trinitatis *Chônradus dei gratia Salzburgenſiſ archiepiſcopus.* Virum beatum pſalmiſta deſignans ait: Diſperſit dedit pauperibus iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Pro adipiſcenda itaque beatitudine, quae diſperſimus dedimusque, pro iuſticia noſtra perpetuanda in ſeculum ſeculi, uolumus in pauperum chriſtoque ſeruientium ſeruitio in ſeculum ſtabiliri. Notum ergo eſſe uolumuſ tam preſentibuſ quam futuri temporiſ hominibus, noſ ad ſuſtentationem chriſti pauperum in *Richerſperge* deo ſub communiſ uite regula ſeruientium et amodo futurorum quedam contuliſſe, que ſubnotata continet ſcriptum preſentiſ pagine. Videlicet Patellam in *halla* cum uno

curtili in ipſa uilla hallenſi et VI. curtilibus in filueſtribvs *unchen* uulgo nominatiſ, de quibus ligna perſoluuntur ad ipſam patellam, manſum et dimidium in *Pongovve*, VI manſos iuxta *Richerſperg* ſitos in uilla *Anteſinhouen* et *Vihuſin* et *Gurtin*, predium quoddam in *Noſpach*, quod erat militiſ *Chadelhohi de Noſpach*. Hec ſunt bona de noſtra liberalitate Richerſpergenſi cenobio collata. Et illud quoque curauimuſ memorie tradere, quod eidem eccleſie predia uidelicet curtem, que dicitur *Chrovvat* cum prediiſ eidem curti appendiciiſ, uſque ad XXX, ut dicitur manſoſ, requiſiuimus, In qua requiſitione cum diu laboratum eſſet et *Livtkardis*, que predia illa iniuſte detinuerat, epiſcopali banno conſtricta, tandem peccatum iniuſte peruaſioniſ recognoſceret, ſed a filiiſ ſuis eadem liberare non poſſet, noſ pro redemptione anime noſtre XXX marcas expendimus, ut predia iam dicta penitus libere ac ſine omni contradictione obtineret eccleſia Richerſpergenſis cui eadem predia legitime data fuerant a beate memorie *Werinhero* ipsiuſ eccleſie fundatore et eorundem prediorum legitimo quondam poſſeſſore. Quoniam autem ab ipſo ſuo fundatore iam dicte eccleſie funduſ et patrocinium in iuſ et tuitionem firmamque poſſeſſionem eccleſie Salzburgenſis agnoſcitur per legitimam traditionem deueniſſe, ratum eſſe conuenit ſubſidium, quo noſ auctore deo de noſtra copia illiuſ inopiam ſuppleuimuſ, quoniam hoc non eſt rerum epiſcopalium diſtractio, ſed ampliatio, ſi pauperibuſ chriſti epiſcopatum reſpicientibuſ et ab eo pendentibus conpetenſ fiat ſuſtentatio. Quam ſane pauperum ſuſtentationem tam in loco iam dicto, quam in aliiſ lociſ noſtre prouidentie ſubiacentibuſ, noſ ea moderatione fecimuſ, ut epiſcopatum, quem pauperrimum et ualde uaſtatum inuenimus, diuitem deo gracias et ſatiſ copioſum, tamque a ruinis morum quam a ruiniſ murorum honeſte ſauente deo reperatum (sic) ſuccessoribus noſtriſ moriendo relinquamus. Unde ſucceſſores noſtros per tremendum ultimi examinis iudicium obteſtatos et obſecratos eſſe uolumus, ut ratum habeant, quod nos diuine pietatis intuitu in Richerſpergenſiſ cenobii conſolationem diſpoſuimus. Quecumque autem ſecularis aut ſpiritualis perſona, quod a nobiſ pie eſt diſpoſitum, aliquo modo duxerit in irritum, in ultimo examine reddat rationem coram ſummo iudice. De ſalubri ſane diſpoſitione noſtra preſenſ pagina conſcripta et ſi-

gillo noſtro inpreſſa, Data est *Fresaci* Anno dominice incarnationis MCXXXVII. Hviuſ rei teſtes sunt et conlaudatores *Romanus Gurcensis epiſcopuſ, Herimannus prepoſitus, Baltricus abbas Salzburgenſis, Ódalricus abbas sancti Lamperti, Pabo prepoſitus de Gurca, Hartmannus prepoſitvs de Nvvvinburch, Chůno Salzburgenſiſ canonicus et preſbyter, Otto monachus sancti Petri, Wolfrat comes de Trevini, Adelbero dapifer, Karolus de Prewarin, Weriant de Witinifwalt, Engilſcalcus frater Gurcensis epiſcopi, Maganus de Scalach, Lvitwin prepoſitus, Eberhardus de Libniz, Durinch de Dietrammingin, Wiſint de pongowe, Engilbertus caſtellanus, Eberhardus de Priſigin, Mirabilis nanus de Arizberch.* (Mon. boic. IV. 403. Nr. I. ex orig. de anno 1137.)

IV.

† In nomine ſancte et indiuidue trinitatis *chvnradus dei gratia Salzburgenſiſ Archiepiscopvs.* Beatuſ, qui intelligit ſuper egenum et pauperem, in die mala liberabit eum dominuſ. Huiuſ beatitudiniſ et liberationiſ noſ cupienteſ domino preſtante optinere conſortium, ſtatuimuſ pium intellectum habere ſuper egenam et pauperem Richeriſpergenſiſ eccleſie congregationem ſub Regula beati Augustini uiuentem in *Richeriſpergenſi cenobio, ſito in ripa Ini fluminiſ* in fundo proprio Salzburgenſiſ eccleſie in epiſcopatu Patauienſi. Vnde ad ſubſidium chriſti pauperum ad idem cenobium firma et legitima delegatione tradidimus omneſ decimaſ in parrochia, que dicitur *Putina*, excepta ſane canonica portione ſacerdotiſ plebani, quaſ eidem plebano indiminutaſ uolumuſ permanere in perpetuum, et exceptiſ decimiſ uinearum in eadem parrochia ſitarum. Dedimuſ etiam ad idem cenobium alteriuſ parrochie, que dicitur *Bramberch*, totam decimationem, tam de uineiſ, quam de agriſ uel de aliiſ rebuſ, nobiſ iure perſoluendam, excepta canonica portione ſacerdotum plebanorum illic perpetuo conſtituendorum. Et quia eadem parrochia de adiacenti *ſilua Putinenſi* preſtante domino poteſt ampliari a loco, qui dicitur *Putinowe* uſque *ad terminoſ ungarorum* et uſque *ad montem Hartperch* in predio *comitiſ Eckeberti* creſcentibuſ ibidem noualibuſ hoc ſtatuimuſ et ſtabiliter in poſterum conſeruari uolumus, ut omnia noualia, que in ſilua

putinenſi intra terminoſ deſignatoſ exquiſita uel exquirenda parrochie, que dicitur *Bramberch* continuabuntur, uel in parrochiaſ nouaſ formabuntur, in eadem conſtitutione permaneant, ita uidelicet, ut exceptiſ debitiſ portionibuſ ſacerdotiſ plebani decime omneſ uinearum, frugum et animalium perſoluantur ad predictum cenobium cum integra iuſticia noſtro iuri debita, et ad noſtram diſpenſationem pertinente, ſecundum precepta canonum, quibuſ monemur habere curam pauperum. Vt autem hec noſtre diſpenſationiſ pia conſtitutio nulla impietatiſ machinatione uioletur, ſed in perpetuum firmiſſime conſeruetur, ſigillo noſtro hanc paginam communitam tali ſententia concludimuſ, ut ſi quiſ contra eam agenſ temere tercio conmonitus non reſipuerit, ira dei maneat ſuper ipſum in interitum carniſ, ut ſpirituſ ſaluuſ ſiat per penitentiam, ſine qua, ſi defunctuſ fuerit, de perpetrata iniquitate ſe revm cognoſcat in tremendo examine iudiciſ cuncta cernentis.

† Ego Romanvs Gurcenſis epiſcopus ſubſcripſi.
† Ego Baldericuſ ſalzburgenſiſ abbaſ ſubſcripſi.
† Ego frater Gotefriduſ abbaſ Admuntenſiſ ſubſcripſi.
† Ego Gebeno Salzburgenſiſ Prepoſituſ ſubſcripſi.
† Ego Chûno chimenſiſ prepoſituſ ſubſcripſi.
† Ego Hugo pertherſgademenſiſ prepoſituſ ſubſcripſi.
† Ego Goteſchalchus Bŏmburgenſiſ prepoſituſ ſubſcripſi.
† Ego Heriborduſ owenſiſ prepoſituſ ſubſcripſi.
† Ego Lanzo Hallenſiſ prepoſituſ ſubſcripſi.
† Ego Hûgo prepoſituſ Garcenſiſ ſubſcripſi.
† Ego Rûdbertuſ preſbyter et canonicuſ ſubſcripſi.

Actum in *caſtro Salzburgenſi* Anno dominice incarnationiſ MCXLIIII, Indictione VIII, X. Kalendas Nouembris.

Huiuſ rei teſteſ per aurem attracti sunt iſti. *Heinricuſ dux Karinthie et frater eiuſ Ódalricuſ, Hugo de Tuuerſ, Heinricuſ de wenge, Fridericuſ de lingnowe, Hartnith et frater eiuſ Marcwarth de Uzilingin, Yſinrich et frater eiuſ Dietmaruſ de Chutbach, Gundacher de waltprehtingin, Liutwinuſ caſtellanus, Chûno de Engilhalmingen, Mengigoz filiuſ Megingoti pincerne, Dietmar de Eicheim, Volcholt de Aſchowe, Werenharth de Otenanch, Otto de Wilern, Adilpreth de Witenſtein, Otto neſel.* (Mon. boic. IV. 410. Nro. VI. ex origin. mit Jahr MCXLII. Ind. IV. X. Calend. Novemb.)

V.

Innocentiuſ *) *epiſcopus* ſeruuſ ſeruorum dei Venerabili fratri *R. Patauienſiſ eccleſie epiſcopo* Salutem et apoſtolicam benedictionem. A ſanctiſ patribus antiquituſ ſtatutum et a nobiſ in generalibus conciliis aſſentientibuſ multis diſcretis et ſapientibus uiris innouatum eſt, ut religioſi uiri de laboribus quoſ propriiſ manibus aut ſumptibus excolunt, ſiue de nutritiuiſ ſuorum animalium decimaſ alicui ſoluere non cogantur. Quo circa per apoſtolica ſcripta tibi mandamus atque precipimus, quatenus a *Richerſpergenſibus fratribus*, religioſiſ ſiquidem uiris, decimas exigi non permittas, et ſi quiſ ſubditorum tuorum, clericus uidelicet ſiue laicus id attemptare preſumpſerit, plenam de ipſo iuſticiam facias. *Eccleſie* quoque *perthersgadmenſiſ* fratreſ de hiſ, que in epiſcopatu tuo poſſident, de perſoluendiſ decimis inquietari non permittas. Dat. Laterani II. idus aprilis.

VI.

In nomine ſumme trinitatis *Chůnradus Diuina fauente Clementia Romanorum Rex.* Preceptis ſalutaribuſ moniti et diuina inſtitutione inſtructi facere nobiſ amicoſ de mammona iniquitatis ea ſpe ac fiducia, ut et ipſi noſ recipiant in eterna tabernacula, debemus religioſiſ cenobiiſ propenſiori cura munimen et auxilium prouidere, ut in eiſ commorantes pauperes chriſti pro noſtris peccatiſ abolendis et regni temporalibus motibvs ad eternitatis quietem dirigendiſ, ualeant intercedere aput regem regum cuius regnum regnum eſt omnium ſeculorum. Igitur ad munimen et auxilium regulariſ uite tradimus et confirmamus *cenobio Richerſpergenſi*, conſtituto in ripi (sic) *Ini fluminis, in regione norica, in comitatu Ekkeberti comitiſ,* ut ſi quis miniſterialium ad regnum Teutonicum uel ducatum bawaricum pertinenſ, predium ſuum in elemoſinam dare uoluerit predicto cenobio, rata ſit ipſa traditio et firma permaneat. Vt autem incontradicibilis et inconuulsa permaneat hec noſtra regaliſ conſtitutio, conmuniri, et inſigniri eam fecimus regali noſtro ſigillo. Actum *in ciuitate Ratiſbona in curia*

*) Innocenz II. gewählt am 15. Februar 1130, gestorben am 24. September 1143.

celebri. Cui interfuerunt epiſcopi *Dietwinus epiſcopuſ Cardinalif Sancte Rufine Apoſtolice ſedif legatus, Heinricus Ratiſbonenſif epiſcopus, Imbrico Wirzeburgenſif, Otto Friſingenſif, Heinricus Olomicenſif et laici principeſ, Marchio Dietpolduſ, Otto comeſ palatinuſ, Comeſ Gebehарduſ de Sulzbach, Comeſ Adalbertus de Pogen, Fridericus aduocatuſ,* et alii multi nobiles. Ducem bawaricum ideo non nominamus, quia tunc temporis in manu regiſ erat ducatus. Dat. XVIII. Kalend. Januarii anno dominice incarnationiſ MCXLII. (Mon. boic. IV. 409. N°. V. ex orig. de anno 1142. 15. Decemb.)

VII.

Innocentius epiſcopuſ ſeruuſ ſeruorum dei Venerabili *R. patauienſi epiſcopo,* Salutem et apoſtolicam benedictionem. Quemadmodum per alia tibi ſcripta mandauimus ea, que de decimis a religioſis uiris nullatenus exigendis a ſanctiſ patribuſ ſtatuta sunt, et a nobis in modernis conciliis innouata, immutare non poſſumus nec debemus. Ideoque per preſentia tibi ſcripta mandamus atque precipimus, quatenuſ decimaſ, que vel per te uel per hominеſ tuos religioſis canonicis *Richerſpergenſif eccleſie* ablate sunt, ſine dilatione reſtitui facias et eos de cetero ſuper hoc inquietari non permittas. Hoc autem ſollicite precaueas, ut dilecto filio nostro *G. ipſiuſ eccleſie prepoſito* a ſubditis tuis nulla iniuria uel moleſtia inferatur. Datum Laterani VI. Idus Januarii. (1130—1143.)

VIII.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod quidam *nobilis homo* nomine *Gerhoch* predium cuiuſdam fideliſ hominis Griſoniſ, in *winthaga* ſitum, in manus ipſiuſ delegatum et commendatum, et treſ cenſualeſ Meginhardum, Geroldum, Perchtam petitione ipſiuſ Griſoniſ ad altare Sancti Michahеliſ in *Richerſperg* legitime delegauit ac tradidit in uſum deo inibi ſeruientium. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Pilgrim de Potinhouen et filii ejus Alwin et Wernhart, Rôdprecht de Aſpach et filius eius Dietrich, Werinhere de Marcelineſpach, Chadele de Chadelingen, Ainwig*

de friheim et fratres eiuf Raheuvin et Hawart, Herrant, Waltere de Tobele, et alii multi de familia ecclefie. (Mon. boic. III. pg. 404. N° I.)

IX.

Notum fit cunctis fidelibus chrifti tam futuris quam prefentibus, quod quidam *nobilif homo* nomine *Albwinus*, predium cuiufdam fidelif Mulieris, nomine Liutkard, in *Marcelinefbach* in manus ipfius delegatum et commendatum, rogatu ipfivs iam dicte mulieris ad altare Sancti Michahelif in *Richerfperg* legitime delegauit ac tradidit in ufum inibi deo feruientium. Huius rei teftef funt, *Adelbertus de Monafterio, Waltherus de Tobele, Eckehardus de Potenhouen, Eberhardus de Prame.* (l. c. N° II.)

X.

In nomine dei fummi. Notum fit cunctis chrifti fidelibus prefentibus et futuris, quod *liber quidam homo* nomine *Mahtfrit* cum peticione ac manu uxoris fue *Hadewige* predium fuum iuxta *fluuium*, qui dicitur *prama*, fitum ad altare Sancti Michahelif in *Richerfperg* legitima delegatione contradidit pro remedio anime fue et uxorif iam dicte ac filie Yrmindrvdis omniumque confanguineorum fuorum defunctorum ac uiuorum. Huius rei teftef sunt per aures adtracti, *Pilgrim de Potinhouen et filius eius Albwin et Wernhart, Eppo de Grantperg, Gotefcalch homo eiuf, Hainrich de Antefinperig, Walthere de Tobele et filius eiuf Gebolf*, et alii multi de familia ecclefie. Idem Machtfrid pratum quoddam eidem iunctum a quodam fideli nomine . . . . *) fibi delegatum ex ipfius peticione fuper altare Sancti Michahelif legitime tradidit. Teftef funt *Albwinus de Petra, Erchinbertus filiuf eius, Hainrich de Antefinberg.* (l. c. N° III.)

XI.

Notum fit cunctis chrifti fidelibuf, futuris ac prefentibus, quod quidam *nobilis homo* nomine *Albwinus* predium filii fui Arnulfi in loco, qui uulgo dicitur *Perchaha*, fitum, legitime con-

*) Im Originale eine Lücke.

tradidit ad altare Sancti Michahelis in *Richerſperg* pro remedio anime iam dicti filii ſui. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Pilgrimus de Pattohouen et filius eius, Albwinus et Erchinbertus de Staine ſupradicti Arnulfi frater, ipſius Albwini filius, Walthere de Tobele, Engilbertus de Richerſperg, Dietmarus de Staine.* (Hoc predium poſtea Salzburgenſe). (l. c. N°. IV.)

XII.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibuſ, quod quidam fideliſ nomine *Heinricus cognominatuſ scazſtiſe* tradidit eccleſie Sancti Michahelif in *Richerſperg* tria curtilia, que habuit *Ratiſbone* ante portam Rŏcini pro remedio anime ſue et parentum ſuorum. Huiuſ rei teſteſ ſunt *Purchardus de Sancto Paulo, Chûnraduſ filiuſ Meregardiſ, Ŏrtwinuſ Hainrici ſeniſ filius, Dietricuſ de Allenchouen.* (l. c. N°. V.)

XIII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus futuriſ ac preſentibus, quod quidam *nobilis homo* nomine *Gozlolduſ de Stillin* predium cuiuſdam fideliſ nomine Imizoniſ et uxoriſ eiuſ nomine Hadewige, ſitum in loco qui uulgari nomine appelatur *Rŏrippe ad urſprinch* in manuſ ipſiuſ delegatum rogatu iam dicti Imizoniſ et uxoriſ eius delegauit ac contradidit ad altare Sancti Michahelif in *Richerſperg* et duo mancipia Liupoldum ſcilicet et filium eiuſ (*Livpoldvm* °) in uſum conuerſe filie eiuſ Eliſabeth et aliorum deo inibi ſervientium. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Erchinbertuſ filiuſ Albuvini de Staine, Pilgrimus de Potenhouen iam dicti Erchinberti patruuſ, et filiuſ eiuſ Albuvinuſ, Eppo de Anteſinperge, Egilolfuſ de Oſternahe, Chadelhoh concubinaliſ filius Erchinberti de Moſpach, Waltheruſ de Tobele.* (l. c. N°. VI.)

XIV.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibuſ tam futuriſ quam preſentibuſ, quod quidam *nobiliſ homo Adalrammuſ de Wiſenperge* predium cuiuſdam fideliſ mulieriſ nomine Adilheit in eodem loco

°) Von einer andern Hand.

ſitum ſcilicet in *Wiſenperge* in manus ipſius delegatum, peticione iam dicte mulieris delegauit ac contradidit ad altare Sancti Michahelis in *Richerſperg*. Huius rei teſtes ſunt, *Albuvinus de Staine et filius eius Erchinbertus, Hainricus de Richerſtorf, Engiſcalcus filius Engiſcalci de Atirgöe, Perhtolduſ filius Perhtoldi.* (l. c. N°. VII.)

XV.

Sciant omnes chriſti fideles tam futuri quam preſentes, quod quidam *nobilis homo* nomine *Ölricus de Staine* dedit Sancto Michaheli in *Richerifperg* curtem unam et Molendinum in loco, qui dicitur *Roſſebach* pro remedio anime ſue et parentum ſuorum et pro filio, qui in eodem cenobio communem uitam elegerat, retento dumtaxat ſibi uſu fructuario ad uitam ſuam. Huius rei teſtes ſunt *Burchardus predicti Ölrici filius de Staine, Adelbertus de Holenſtaine, Liutwinus de Tollingen, Riwinus de Schamhopt, Chünradus de Tötenaccher, Erchingerus de holenſtaine, Wolfherus de Sigenhuſen, Dietpolduſ de Walde, Bruno de Bectal, Adelbero de Richerſperg, Hainricus et Marquarduſ de Staine.* (l. c. N°. VIII.)

XVI.

Sciant omnes chriſti fideles tam futuri quam preſentes, quod quidam *nobilis homo* nomine *Hainricus filius Pilgrimi de Anteſin* dedit Sancto Michaheli in *Richerſperg* unum predium, *Tegirnbach* ſitum, pro remedio anime ſue. Huius rei teſtes ſunt *Albuuinus de Staine et filius eius Erchinbertus, Pilgrimus eiuſdem Hainrici pater et filii eius Albwinus et Wernhardus et Regingerus, Hartmannus de Grantperg, Hainricus de Nüinhouen, Dietricus de ſiſinhart, Ainuvig de frihaim et frater eius Herrant, Waltheruſ de Tobele*, et alii multi de eiuſdem eccleſie familia. (l. c. N°. IX.)

XVII.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus futuris et preſentibus, quod quidam *nobilis homo* nomine *Erchinbertus de Staine,*

predium cuiusdam fidelif friderici de Rora in loco, qui dicitur *Gnanindorf* ſitum, rogatu ipſiuſ tradidit eccleſie Sancti Michahelif in *Richerſperg*. Huius rei teſteſ ſunt, *Regingeruſ, Hainricus de Hûbingen, Diether de Rubinuurt, Imiz de Praitinperg, Hauuarduſ de Lôichlinſbach, Chadehoh de Staine.* (l. c. N°. X.)

XVIII.

C. ſalzburgenſif eccleſie dei gratia archiepiſcopuſ. Dilectif in chriſto *Richerifpergenſif cenobii fratribus* orationem et perpetuam in chriſto dilectionem. De contrarietate priuilegiorum, unde uoſ, ut audiuimus, *monachi formbacenſef* moleſtant, quaſi de boniſ uobis collatiſ ipſi priuilegium priuilegio ueſtro contrarium a nobis habeant, nichil ſolliciti ſitiſ, ſed in omni oratione et obſecratione cum graciarum actione peticioneſ ueſtre innoteſcant apud deum, orantibus uobis pro nobis, dum utimini elemoſiniſ eccleſie ſalzburgenſiſ, cui deuincti eſtiſ non ſolum per uinculum filialis dilectioniſ, uerum etiam per iuſticiam fundationiſ, quia fundata eſt eccleſia ueſtra in poſſeſſione ſalzburgenſif eccleſie. fatemur quidem predictoſ monachoſ optinuiſſe a nobis priuilegium per anticipationeſ concambio quodam deſtinato et nondum in uſibus fructuariiſ conpenſato, Sed illud priuilegium non eſt firmatum per clericorum noſtrorum ſubſcriptioneſ uel conlaudationem, quin potius caſſatum eſt per eorum contradictioneſ et miniſterialium noſtrorum publicam reclamationem. Non igitur timeatiſ priuilegium, quod non eſt canonice firmatum, immo quod canonibus eſt contrarium, prohibente ſanctorum patrum auctoritate perpetuaſ alienationeſ decimarum fieri, de quibus alienandiſ contendunt predicti monachi, quoſ non conſentimus pluſ habere de iuriſ noſtri utilitate, niſi quantum attinet ad iuſtam et piam reconpenſationem predii, quod eccleſie noſtre contulerunt, quodque uoſ ex parte habetiſ per munificentiam noſtram. Vt ergo firma ſit poſteriſ memoria huius noſtre conteſtationiſ, hanc paginam ſigillo noſtro inpreſſam uolumus apud uoſ conſeruari, quatenus in defenſionem iuſticie ualeat, ſi quis de cetero factum noſtrum, quaſi non iuſtum accuſabit et uoſ per hoc moleſtare temptabit. Preterea ne ulla relinquatur litigationiſ

occaſio inter uoſ et plebanoſ ſacerdoteſ noſtroſ de termino *Brambergenſiſ parrochie*, notum ſit uobis nouale gerrichi militiſ cum ſilua pertinente ad illud, infra terminoſ eiuſdem parrochie conprehendi, affirmante hoc ipſum rationabili conteſtacione plebanorum noſtrorum, quorum nomina ſunt hec *Hertwicus de Lanzenkirchen, Wolfcrim de Putinc, Pabo de Viſcha, Meginwart de Niwenkirchen, Heriman de Pelf.* (l. c. N°. XI.)

XIX.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus, quod quidam *Diepolduſ nomine Huzinger miniſterialiſ Comitiſ Gebhardi de Purchuſen*, delegauit ad altare ſancti Michahelis in *Reicherſperg* quoddam predium iuxta *fluuium*, qui dicitur *Pokchenpach*, ob remedium anime ſue parentumque ſuorum ad omnimodam proprietatem. Huius rei teſteſ ſunt *Waltherus de Tobel, Adalbertus de Grueb, Nicolaus de Rurippe, Wernherus, adelbertus hiltpranduſ* de familia eccleſie, et alii quam plures. (l. c. N°. XII.)

XX.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibuſ, quod quidam fideliſ homo *Richkeruſ nomine de aichperg* delegauit per manum cuiuſdam *nobiliſ uiri adalrammi* nomine *de Chambe* ſuper ſacraſ reliquiaſ ad eccleſiam ſancti Michahelis *Richerſperg* predium ſuum, treſ uidelicet manſoſ et dimidium, in loco *Clephſinge*, iuxta *fluuium uilſe* ſitum, preſentibus et in id ipſum pie et uoluntarie conſentientibus uxore ſua et filiiſ pro remedio animarum ſuarum. Huius rei teſteſ ſunt, *Ipſe traditor adalrammus, Eppo et almaruſ de munigin, Richkeruſ et Wernhart filii predicti Richkeri, Wichpoto et Wernhart frater eius de orte, Ditpoldus, Selpkeruſ, Gerharduſ, Pilgrimus cognominati hucingar, Chûnradus de aichperg.* (l. c. N°. XIII.)

XXI.

Notum ſit omnibus hominibus, quod quidam fidelium *Rûdegeruſ* nomine pro remedio anime ſue tradidit cenſualem ad

ecclefiam Sancti Michahelif *Richerfperg*, Reginhardum nomine, ad quinque denariorum cenfum. Huius rei teftef funt *Wdalricus, Wernhart fratref Rûdgeri eiusdem, Gerbot, alber, Otto omnef de pigarten.* (l. c. N°. XIV.)

XXII.

Notum fit cunctif chrifti fidelibus prefentibus et futurif, quod quidam *Diepolduf cognomine huzingar, minifterialis comitif Gebehardi de purchufen,* delegauit ad altare fancte marie et sancti Michahelis quandam *nobilem feminam* nomine *Willibirgam* cum duobus filiif fuis rogatu ipfius femine ad V. denariorum cenfum. Huius rei teftef sunt, *Ruzo maritus predicte femine, Waltherus de tobel, Hadebertus de Grube, Hartuvicus de Rurippe, Wernherus, adelbertus, Hiltpranduf,* de familia ecclefie, et alii multi. (l. c. N°. XV.)

XXIII.

Sciant omnef chrifti fidelef, quod quidam fidelif homo *Eglolfuf* nomine de *hoftat* rogatu cuiufdam fidelif femine, *Hacicha* nomine item de *hoftat*, tradidit ad altare fancti Michahelif *Richerfperg* feruum predicte mulierif, fridericum nomine arte fabrum, in manum fidelitatif eiuf ante delegatum a prefata muliere, fuper altare fancti michahelif delegandum, quod fideliter iam dictus Eglolfuf perfolvit. Huius rei teftef funt, *Etich de adloltingen et frater eius Megenharduf de geginberg, Wiganduf de Wilbach, Wlfulcuf de munftuur, Waltheruf filiuf Waltheri de tobele, Adelpertus, Herborduf de familia ecclefie*, et alii multi. (l. c. N°. XVI.)

XXIV.

Sciant omnef chrifti fidelef tam futuri quam prefentef, quod quidam *nobilif homo* nomine *Werinharduf, filiuf Pilgrimi de Antefin,* dedit Sancto Michaheli in *Richerfperg* predium in loco, qui dicitur uulgari nomine *Rutte* fitum. Huiuf rei teftef funt, *Pilgrimuf eiusdem pueri pater et filii eiuf Albuuinus et Re-*

gingerus, Eppo de Anteſinperg, Gunther de Gerbrulteſkirch, Liutoldus de Albrehtſhaim et Dietmarus frater eius, Sigboto de Geginbach. (l. c. N°. XVII.)

XXV.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibuſ futuriſ et preſentibuſ, quod quidam fideliſ homo, nomine *Sigboto de Geginbach*, predium ſuum in eodem loco ſcilicet in *Geginbach* delegauit ac contradidit ad altare Sancti Michahelis in *Richerſperg*, pro remedio anime ſue et parentum ſuorum. Huiuſ rei teſteſ sunt, *Pilgrimus de Anteſin et filii eius Albuuinus et Regingerus, Eppo de Anteſberg, Gunther de Geginbach, Waltherus de Tobele, Ainwicus de frihaim.* (l. c. N°. XVIII.)

XXVI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus preſentibus et futuris quod quidam fideliſ homo nomine *Penz* prediolum quod habuit in *Wiſinperg* ſitum dedit Sancto Michaheli in *Richerſperg*. Huiuſ rei teſteſ ſunt *Pilgrimus de Anteſin et filii eius Albuinus et Regingerus, Eppo de Anteſinperg, Liutolduſ de Albrehtſhaim et Dietmarus frater eius, Sigboto de Geginbach, Waltherus de Tobele.* (l. c. N°. XIX.)

XXVII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo* nomine *Rûdpertuſ* cum uxore ſua *Richiza* poteſtatiua manu et incontradictorie tradiderunt ad altare Sancti Michahelis in *Richerſperg* predia ſua, que habebant in *hochſtat*, exceptiſ prediiſ Iſenrici et Pilgrimi. Dederunt etiam predia ſua in *Vechſchirn iuxta Wilbach* ſita, et *Liuchlineſbach*, ea uidelicet conditione, ut ipſi uſum fructuarium eorundem prediorum in uita ſua obtineant pro ſuo uelle. Morientibus uero illis aut ipſum fructuarium uſum cauſa dei ultro deferentibus in ſeruicio fratrum ac ſororum in Richerſperg, uita communi uiuentium, predia preſignata cum omni ſua utilitate queſita et inquirenda

perdurent in perpetuum. Huius rei teſtef sunt *Albuuinuſ de Petra et filius eius Erchinbertus, Pilgrimus de Anteſin et filii eius Albuuinus et Regingeruſ, Wigant de Sancto Ödalrico et Waltherus frater eius de Hagnin, Eppo de Grantperg, Otto de Swibir, Huuuarduſ de Liuchlineſbach, Etich de Adeloltingen et frater eius Meginharduſ de Geginperg, Pero et Ainuuicuſ de frihaim, Engilbertuſ, Hartwicus, Adilbero, Merboto de familiif (sic) eccleſie.* (l. c. N°. XX.)

XXVIII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quidam fideliſ homo, nomine *Egelolfuſ*, predium unum in loco, qui dicitur *Amminbach* ſitum, dedit Sancto Michaheli in *Richerſperg* per manum cuiuſdam *nobiliſ uiri* nomine *Erchinberti de Staine* pro remedio anime ſue et parentum ſuorum. Huiuſ rei teſtef ſunt, *Hainricus de Hugin, Gebolfuſ de Gailſbach, Albuuinus de Anteſin, Hadmaruſ de Haibling, Eberharduſ de Inchoue, Dietherus de Rubiuurt, Pero de frihaim, Engilbertus, Wergant de familiif eccleſie.* (l. c. N°. XXI.)

XXIX.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam preſentibus quam . . . . . *) quod quidam *nobiliſ homo* nomine *Rumolduſ* predium cuiuſdam fideliſ nomine Rödigeri tradidit ad altare Sancti Michaheliſ in *Richerſperg*. Huiuſ rei teſtef ſunt, *Albuvinus de Staine et filiuſ eius Erchinbertuſ, Pilgrimus et filius eius Albwinus, Ainwicus de frihaim, Waltherus de Tobele,* et alii multi de familiis eccleſie. (l. c. N°. XXII.)

XXX.

Sciant omneſ chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quidam *liber homo* nomine *Wichardus de Nahtirgiu* cum uxore ſua *Hadewiga*, predium ſuum in loco, qui dicitur *Alchinſdorfe*

*) Im Originale ein leerer Raum.

ſitum (et aliud in loco, qui dicitur *adeluuaheing* cum familia utriuſque ſexuſ, excepto Liuzmanno, quem dedit ad idem altare ad V. denariorum cenſum *) tradidit ad altare Sancti Michahelif in *Richerſperg* legitima delegatione. Huius rei teſtef sunt, *Ditepoldus de atergowe, Wernhart de Alhkerſtorf Mengenharduſ et walrab et Hainrich hominef Engefcalci de Waſin, Arnoldus de atergowedorf, Racco exactor,* et alii multi. (l. c. N°. XXIII.)

XXXI.

Notum ſit cunctif chriſti fidelibuſ tam futurif quam preſentibuſ, quod quedam fideliſ mulier, nomine *Chriſtina,* tradidit ad altare Sancti Michahelif in *Richerſperg* quoddam predium in loco, qui dicitur *Penneperg* ſitum, poſt mortem duorum filiorum eius Chûnradi et Chriſtine pro remedio anime ſue et parentum ſuorum. Huiuſ rei teſtef ſunt. *Walchôn miniſterialif ecclefie Patauienſif, Perhtolduſ, Meginhart, Rôtmarus, Rabeno, Pernharduſ, Arnoldus de Sulzbach, Herimannuſ de Poſſimiunſtiur.* (l. c. N°. XXIV.)

XXXII.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo,* nomine *Hainricus de Trimian,* predium sibi delegatum ab auunculo ſuo Amilberto, ſitum inter *Prieſbach et Dahfekke* cum filua illud contingente et ad illud pertinente rogatu eiuſdem Amilberti firma delegatione tradidit ſuper reliquiaſ ſanctorum de *Richerſperg* in uſum fratrum deo inibi ſeruientium ſub regula Sancti Avguſtini. Suſcepta eſt autem hec traditio a uenerabili *Salzburgenſi Archiepiſcopo Chûnrado,* preſente *Hartmanno Brixinenſi* et *Romano Gurcenſi epiſcopo.* Huiuſ rei teſtef per aureſ adtracti sunt hi, quorum nomina ſubnotamus, *Marchio Engilbertus, Ôdalricus de Laibach frater ducif, Hainricus pris de Buckef, Hermannuſ de Tra, Hainricus de Trimian. Et miniſterialef ecclefie Salzburgenſif, Engilſcalcus de frieſach, Gotefriduſ de Wietingen, Megingoz de Suriberg, Liutoldus*

*) Die eingeſchloſſenen Worte von einer andern Hand.

de Siedistorf, Wifint Pincerna. Ministerialef marchionif Engilberti, Werinheruf de Pötinber, Engilram de Criwich, Hartmannus et Helinbreht de Sancto Martino, et alii multi. (l. c. N°. XXV.)

XXXIII.

Sciant omnef chriſti fidelef tam futuri quam prefentef, quod quidam *liber homo* nomine *Dietheruf* rogatu Tûte, fidelif femine, tradidit predium ipſiuf Tûte in loco, qui dicitur *Muckenwinchel* ſitum, et ſui ipſiuf proprium predium in loco dicto *Hochenhar* ſitum, una et eadem delegatione tradidit ad altare Sancti Michahelif in *Richerſperg* ad omnimodam proprietatem. Huiuf rei teſtef ſunt, *Rôdpertus de Aſpach, Wernharduf et fratres eius Erchinbertus et Hartwicus de Moſpach, Gebolfuf de Gailefbach, Meginharduf de* . . . . . *) *Atich de Adeloltingen, Herrant de Wilbach, Wernharduf de frihaim, Engilfcalcus de Tobele, Pubo de familia eccleſie.* (l. c. N°. XXVI.)

XXXIV.

Notum ſit cunctif chriſti fidelibus, quod quidam *nobilif homo*, nomine *Wigandus* rogatu Epponif et uxorif eius Adelheidif tradidit ad altare Sancti Michaelif in *Richerſperg* ad omnimodam proprietatem predium in loco, qui dicitur *Hebenefbach,* et Pilgrimum cum filiif ſuif ad omnimodam ſeruitutem. Huius rei teſtef sunt, *Rôdpertus de Aſpach, Wernhardus de Riede et alter Wernhardus de Moſpach, Erchinbertus de Staine, Pilgrimus et filius eius Albwinus de Anteſin et filius predicti Epponif Rapoto de Anteſberg, et de familia eccleſie Trûſlib de Raſtat, Ainwich de frihaim, Walther de Tobele, Herrant de Wilbach.* (l. c. N°. XXVII.)

XXXV.

Sciant omnef chriſti fidelef, quod quidam *liber homo* nomine *Ortwinus* rogatu Gotefridi tradidit ad altare Sancti Michahelif in *Richerſperg* predium in loco, qui dicitur *Geginningen*

*) Im Originale ein leerer Raum.

ſitum. Huius rei teſtes ſunt, *Rŏdbertus de Aſpach, Dietrich de Pŏmgarten, Ettich de Adeloltingen, Cumpolt, Egelolf et Reginolt hominef predicti Dietrici, Erchinboldus de familia eccleſie.* (l. c. N°. XXVIII.)

XXXVI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo* nomine *Egelolfuſ* rogatu *nobilium uirorum Wernhardi* et *Rickeri* tradidit ad altare Sancti Michahelif in *Richerſperg* predium in loco, qui dicitur *Reuil*, ſitum ad omnimodam proprietatem. Huius rei teſtef sunt, *Rŏdbertus de Aſpach, Pilgrimus et filius eius Otto de Anteſen, Erchinbertus de Staine, Rickerus et Wicpoto et Ŏdalricus de Ŏeſternai, Waltherus et Engilſcalcus de Tobele, Hartnidus et Siboto,* et alii multi. (l. c. N°. XXIX.)

XXXVII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *nobiliſ homo* nomine *Meginwarduſ* predium ſuum . . . . . *) ad altare Sancti Michahelif in *Richerſperg* ſibi ipſi uel ſue ſorori uel etiam quorumlibet filiorum ſue ſororiſ ſoluendum IIII marciſ, ſi ſoluere uoluerit, ſi uero alter ſoluere uoluerit XV marcaſ perſoluat. Huius rei teſtes ſunt *Bernhardus de Mŏzcingen, Ŏdalricus de Harbach, Purchardus et fritel et alter Odalricus de Mŏzcingen.* (l. c. N°. XXX.)

XXXVIII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam fideliſ homo nomine *Tagen de gotpretheſheim*, unus de *miniſterialibus ſalzburgenſiſ eccleſie*, tradidit ac delegauit ad altare ſancti Michahelif in *Richerſperg* predium ſuum, quod habebat iuxta *merenpach* in loco, qui uulgariter nominatur *vfterbach*, ob remedium anime ſue parentumque ſuorum. Huius rei teſtes sunt, *Amelbret filius ſororis iam dicti tagenonis, Siboto homo eiusdem, Otto de Vrolteſmunſtŭr,*

*) Im Originale ein leerer Raum.

*Herbort et Vlfcalcus de familia eccleſie, et Pertholdus de Riginhartſheim *).* (l. c. N°. XXXI.)

XXXIX.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *nobiliſ homo Wernhardus* nomine, tradidit ad altare Sancti Michahelif in *Richerſperg* rogatu *Dietpoldi* filiorumque eiuſ *de Lochaim,* predium quoddam in loco, qui dicitur *Uihuſen* ſitum. Huius rei teſteſ sunt, *Regingerus et frater eius Wernharduſ de Riede, Amelbertus gener predicti Wernhardi, Megenhardus et filius eius alter Meginhardus de Gurten, Ainwicuſ et filii eius Wernharduſ et alter Ainwicus de frihaim, Waltheruſ et filii eius Wulfingus et Ódelſcalcus de Tobele, Hereboto et Mereboto et Pube de familia eccleſie.* (l. c. N°. XXXII.)

XL.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam *liber homo* nomine *Wernhardus de gurten,* delegauit ad altare Sancti Michahelis *Richerſperge* predium fratris ſui Hecil dicti, iuxta *gurten* ſitum, ad *frilingen,* pro remedio anime fratriſ ſui iam dicti defuncti, ſicut ipſe viuuſ diſpoſuerat, et familiam eiusdem fratriſ ſui delegauit ad V denariorum cenſum, quorum hec ſunt nomina, Goltpurch cum filiiſ ſuiſ Mathilt, Mergart, Herlovch, Bertha, Chuniza, Chûnrat, Hemiz; filii Mathildiſ, Pilgrim, Rawin, Heinrich, Gerdrût, Pertha filia Mergarteren, Mathilt. Huius rei teſteſ sunt, *Ipſe delegator Wernhardus et Vdalſcalcus filius auvnculi eius de gurten, Wernhardus et Ainwicus de friheim, Willehalm de marcelineſbuch, Rawinus de gurten, fridericus ſeruuſ eccleſie.* (l. c. N°. XXXIII.)

XLI.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, quod quidam *nobiliſ homo* nomine *Albwinus* predium ſuum *ſtainpozin* dictum et pratum in *Anteſin* ſitum, ſibi a paren-

---

*) Ober *heim* ſteht *ruth*, alſo *Reginhartſruth.*

tibus ſuiſ in partem hereditariam legitime delegatum, conſentientibus abnegantibusque ipſam hereditatem fratribus ſuiſ, tradidit ad altare Sancti Michahelis in *Richerſperg* uſui fratrum inibi deo ſeruientium ad omnimodam proprietatem pro remedio anime ſue parentumque ſuorum. Huius rei teſteſ sunt, *Pilcrimus de potenhouen pater ſupra dicti Albwini, Erchinbertus de ſtaine, Regingeruſ et Chonraduſ filii ſupra dicti Pilcrimi, Hadepreht de curten. Ôlricuſ et Duringus de anteſin, Ainwicus de frihaim, Walther de tobele, Egillolfus, Heribordus, Merboto,* et alii multi de familia eccleſie. (l. c. N°. XXXIV.)

XLII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibuſ tam preſentibuſ quam futuriſ, quod *homo quidam nobiliſ, pilgrimus* nomine una cum uxore ſua *Aleruna item nobili*, obtulerunt filium ſuum paruulum Chûnradum circiter ſex annorum etatem habentem, in ſeruicium domini in ordine canonicali ad altare ſancti Michahelis in *Richerſperg*, ſimul offerenteſ ac tradenteſ predium, quod eidem puero pridem ſub certiſ teſtibus fuerat delegatum, *Perhtenhaim* dictum, cum familia utriuſque ſexuſ eidem predio pertinente, ſimul et pratum prope *fluuium Anteſin* ſitum, pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum in uſum canonicorum inibi deo ſeruiencium. Inſuper et ipſe filiuſ predium iam dictum cum familia ſibi pertinente eidem altari tradenſ bona uoluntate, quod potuit perfecit. Huiuſ rei teſteſ ſunt hii *Etich de adeloltingen, Ekkehardus et frater eius, Ŵdalricuſ de anteſinhouen, Hereuuicuſ de pollingen, Megenuuardus de frihaim, Ŵdalricuſ et Duringus et Wichpoto, proprii hominеſ predicti Pilgrimi, Werganduſ, Merboto, Prunwart, Raheuuinus de familia eccleſie*, et multi alii. (l. c. N°. XXXV.)

XLIII.

Idem *pilgrimuſ* et uxor ſua *Alrun* predium quoddam, *hube* dictum, et aliud in loco, qui dicitur *Rûte* ſitum, dederunt in hereditariam porcionem filio ſuo Ŵdalrico ad altare ſancti Michahelis in *Richerſperg* in omnimodam proprietatem ad ſer-

uiendum deo in eodem loco. Huiuſ rei teſteſ ſunt . . . . *) (l. c. N°. XXXVI.)

XLIV.

Sciant chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quidam *nobilis homo* nomine *Dietherus de half* quendam famulum ſuum, Pennonem nomine, tradidit eccleſie richerſpergenſi ad cenſum V. denariorum. Idem penno habebat germanum Meinhardum et ſororem nomine Gerdrudam ſub inperio et ſeruitio adhuc domini Paldmari germani predicti Dietheri a quo etiam homo boniſ fuiſ inpetrauerat, vt et ipſoſ prefate delegaret eccleſie, quod et factvm eſt avxilio fratriſ Dietrici eiusdem loci cellerarii. (l. c. N°. XXXVI.)

XLV.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *nobilis homo Altmannus* nomine *de prahm* rogatu cuiuſdam fidelis hominiſ *Meingozi de Hibenberhc* tradidit ad altare sancti Michaelis in *Richerſperg* curiam unam in loco, qui dicitur *Rûripmûnht* ſitam, et predium ſitum in loco *Cûghube* dicto, et dimidium manſum ſitum in loco, qui dicitur *prahm* cum molendino adiacente et *ſiluam ſkeirigenholz* dictam cum prato adiacente pro remedio anime ſue et parentum ſuorum. Huius rei teſteſ ſunt, *ipſe traditor Meingozuſ et Lûpoldus filius prefati Altmanni, Werhardus, Herneſt, et Heitfolcus omneſ de prahm, Hertniht de Hibenberhc, Hertniht et Walcûn de Wirtinge, Waltherus de Tobele, Heirborduſ, Bezl et filius eius prûnuuardus, Rapoto et filius eius Hingrammus, Adelpertus, Werherus et Otto.* Hi omneſ de familia eccleſie. (l. c. N°. XXXVII.)

XLVI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo Iſinrichus de Annendorf* quicquid poteſtatiſ ex ivre fundi habuit *in capella Sancti Petri apoſtoli a patre ipſius Iſinrico*

*) Die Zeugen fehlen auch im Originale.

fundata, annuente *Heinrico venerabili Ratiſponenſi epiſcopo* donauit cenobio Richeriſpergenſi ſuper ſacraſ Reliquiaſ in manum *prepoſiti Richeriſpergenſiſ Gerchohi*, quo laudante predictuſ Iſinricus debet in predicta capella et eius cimiterio habere omnem conmoditatem in introitu turriſ per duaſ ianuaſ et aliiſ refugiiſ ad tutelam sibi ſuisque ſucceſſoribus ad ſalutem neceſſariiſ, in quantum fieri poteſt et decet ſine querela ivſta et ſine crimine. Aduocaciam quoque predicte capelle iam dictus Iſinricus et quilibet eius in uiciniſ curtibus ſuiſ ſucceſſor legitimus habebit ad vtilitatem predicte capelle. In qua et presbyter de ipſo cenobio miniſtrare debebit, ſi facultaſ ipſius capelle deo donante in tantum augmentata fuerit, ut hoc decenter et ſalua religione fieri poſſit. Nomina vero teſtivm, *Alewig, Hertwig, Ŏdalſcalch et filius eius Wolfram, Dietmar et Rŏdiger et Walthere. Hi omneſ de Annendorf, Hvg de pholeſowe, Ekkolf de ſconenberg, Weregant de Windeberge, Heinrich de ſtarhratiſperge, Heirbort et Meribot de Richeriſperge.* (l. c. N°. XXXVIII.)

XLVII.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo* nomine *Alewig de Annendorf*, rogatu cuiusdam *nobilis viri Iſinrici de Annendorf* et uxoriſ eius *Benedicte* poteſtatiua delegacione tradidit cenobio Richeriſpergenſi curtem vnam in uilla, que dicitur *Heidolfingen* in oblacionem ad filiam ipſius Iſinrici et Benedicte, ſeruicio dei deſtinatam, quam curtem predictus iſenricus eidem alewico in hoc ipſum perficiendvm delegauerat. Hvius rei teſteſ ſunt, *Iſinricus, Herwig, Ŏdalſcalch et filius eius, Wolfram, Dietmar et Rŭdiger et Walthere, omneſ de Annendorf, Hvg de pholeſoue, Ekkolf de Sconeberg, Weregant de Windeperge, Heinrich de Starhratiſperge, Heribort et Meribot de Richeriſperge.* (l. c. N°. XXXIX.)

XLVIII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, quod quedam *nobilis matrona* nomine *Hiltegardiſ, relicta domini Herthwici de Hagenowe* ipſum *caſtrum Hagen-*

owe cum predio ſuo adiacenti, duaſ uidelicet curteſ cif *enm fluuium*, predium eciam ſuum ultra flumen in uilla *lengendorf* ſitum cum duabus uineif eidem predio pertinentibus, Predium quoque ſuum in ripa *Iſare fluminiſ* ſitum, curtem videlicet unam ac duaſ hobaſ in uilla que *Viechpach* dicitur cum VII uineif adiacentibus, ad altare ſancti Michahelif in Richerifperge in vſum canonicorum inibi deo ſeruiencium ob remedium animarum ſue uidelicet ac uiri ſui *Haruuici* ſeu parentum ſuorum in omnimodam proprietatem contradidit. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Erchenbertus de petra*, *Fridericus de Moſebach*, *Otto de Anteſen*, *Eberan de Sauerſteten*, *Etich de Adeloltingen*, *Werenharduſ de Ratinhaim*, *Criſe de Cewiſelberch*, *Berengerus de Chaleheim*, *Adelbero de Ufhouen*, *Harnith de Wirtinge*, *Walther de Tobele*. *Adalbertus de Munſture*, *Tiemo de eadem uilla*, *Wolfchrim de Staine*, *Sigeboto de Petra*, *Hainrich de Grube*, *Eckebertus de Horgenbach*, *Wiganduſ de Wilbach*, *Cûno de Hoſteten*, *Sigeboto*, *Liupolt*, *Hagene*, *Pertoldus*, *Cunrat*, *Gerhardus*. (l. c. N°. XL.)

XLIX.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam fideliſ homo *Wdalricuſ nomine de Zanzendorf*, accepto precio duodecim talentorum, tradidit ad altare ſancti Michahelif, nemine contradicente, manſum unum *uihuſen* ſitum, in uſuſ fratrum inibi deo ſeruientium. Huius rei teſteſ ſunt, *Siuridus de Purchuſen*, *Wdalricuſ de niderhouen*, *Wdalſchalchus de tobel*, *Albertuſ de Grûbe*, *Dietmar de lintau*, *Magnuſ ſenior et iunior de Wihuſen*, *Herbordus*, *Chûnradus*, *Perhtoldus Rahewinus*, *de familia eccleſie*. (Poſtea prefati Vlrici filius *Ulricuſ nomine de Sihtenperch*, uolenſ caſſare factum patriſ, pluſ quam ad XV talentorum dampnum ecclefie in naui noſtra pro predicto manſo intulit. Itaque ad cautelam maioriſ dampni prepoſitus tunc temporiſ, linhardus, ab ipso abnegationem eiusdem manſuſ optinuit, dato sibi ſvadone, quem V talentorum ipſe Ulricus eſtimauit. *Actum patavie ſub pictura* cum hiſ teſtibus, *Wernhardus de hagnawe*, *Alkerus et frater ſuuſ Heinricuſ de Niwenburch*,

Hermannus de Locheim, *Chunradvſ de merfwanch*, *Heinricus de murheim*, et multi alii *). (l. c. N°. XLI.)

L.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuriſ, quod quedam *nobiliſ matrona Hiltegardis* nomine tradidit ad altare Sancti Michahelif *Richeriſperge*, predivm ſuum *Mathchouen* ſitum omnimodam proprietatem pro remedio animarum ſue uidelicet ac mariti ſui et omnium parentum ſuorum. Huius rei teſteſ ſunt, *Eckebertus comeſ de Nuewenburch*, *Alramus de Camph*, *Siggefridus de Craneberch*, *Adelbero de Reimla*, *Kerunc de Enſtal*, *Eggelolfus et Marquarduſ de Pûbleſbach*, *Heimo de Perge*, *Arnolt de Rûte*, *Eberhart de Cuntalung*, *Engleſalcuſ de Tobele*. (l. c. N°. XLII.)

LI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus quod quidam *nobiliſ homo Erchenbertus* nomine *de ſteine* vna cum vxore ſua *Chunigunde* nomine tradidit ad altare ſancti Michahelif *Richeriſperge* in oblationem filie ſue, ipſo in loco ſeruicio dei deſtinate, predium, quod habebat in loco, qui dicitur *Percha*, ſitum cum uinea et Curtili in *Aſcha* ſita. Huius rei testes sunt, *Dietmarus et filiuſ eius Sigboto de Porrenhem*, *Pertholdus de eodem loco*, *Etecho de Adellolting et frater eius Megenhardus de Gengenberc*. *Hachpret et Heinricus de Grube*, *Herthnith Walcun pertholt de Wirting*. *Adelbertus et Timo de Munſtûr*, *Sigboto*, *Wolfgrin*, *Dietmar*, *Ôdelfcalch et frater eius Wernher omnes de ſteine*. *Waltherus et filii eius Ôdelfcalcus et Wlfingus de Tobele*, *Egelolfus Heribortus et prunwardus*, et alii quam plures de familia eccleſie. (l. c. N°. XLIII.)

LII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quedam fidelis mulier *Adelhediſ* nomine *de Grandeberc*, conceſſione domini ſui

*) Die eingeschlossenen Worte von einer andern Hand.

comitis Gebehardi de Purchuſen tradidit ad altare Sancti Michahelif *Richerifperg* in partem ac ſubſidivm filiarum ſuarum petriſſe et perihte inibi deo famulantium predia ſua in locis *Tûffenbach. Hebenfbach* et *Merofingen* ſita, cum azilino et filiif eius V, qui idem predivm *merofingen* incolebant. Sed et pro anima filii ſui Rapotonis tradidit mediam partem manſus in *merofing* cum filiif Liutpoldi, qui eum incolebant, inſuper et Chazelinum et pezelinum cum filiif ipſorum, qui *tivfenpach* incolebant, *Rûdbertvm* quoque ac duof filiof eius in omnimodam proprietatem. Huius rei teſtef sunt, *Wernherus de Pûnhtberc, Wernharth de Prame, Wernhardus de Pigarth, Pertholdus de Grandeberc, Pertholdus Manglharht cognomine et iterum pertholdus de Horth, Rapoto de Grandeberc, Altmannus de Prame, Adelbertus, Eribordus et Adelbertus, Eggelolfus, Wezelo, Prunwardus et Fridericus.* Hi omnes de familia eccleſie. Predicte vero conceſſionif hi teſtes sunt, *Regengerus et frater eius Wernhardus de Riede, Megenhardus de yden, Wernhardus de Mûnſthûr, Ôdelricus et frater eius Hiltradus de Icingen.* Item eadem Adelhedif ipſo die, cum antedicta bona delegauit, tradidit quendam Adlbertum ad V denariorum cenſum Richerifperg ſub teſtimonio predictorum teſtivm. (l. c. N°. XLIV.)

LIII.

Notum ſit cunctif chriſti fidelibus, quod quidam *nobilif homo Regengerus De Riede* tradidit ad altare Sancti Michahelif *Richerifperg* vineaf, quaf in dominicali ſuo habebat, *Aschaha* ſitaf, cum curtilibus et omnibus neceſſariis ad eaſdem pertinentibus. Huius rei teſtef ſunt, *Erchenbertuf de Staine, Otto de Anteſen, Liupolduf et Wernhardus hominef prefati Regengeri, Ecckehardus de Frihen, Dietricus de Fiſenharth, Pertholdus de Reinbach, Waltherus de Tobele.* (l. c. N°. XLV.)

LIV.

Notum ſit cunctif chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo *Dietherus* nomine unacum vxore ſua Maithildi tradiderunt ad altare Sancti Michahelif *Richerifperg portum in utraque*

parte Ripe Yni fluminiſ, Diupeſhurphar uulgariter dictum, et ipſum nautam Cotefcalcum nomine ad V denariorum cenſvm contradiderunt, poſt mortem videlicet utrorumque. Dimidium uero manſum, quem habebant in *grandeberch* ſitum tradiderunt ad omnimodam proprietatem in uſuſ fratrum inibi deo ſeruientium. Huius rei teſteſ sunt, *Erchenbertus de Steine, Regengeruſ de Anteſen, Ethech de Adllolting, Vdelſcalcus de Steine, Eppo de Hohenchuchen.* (l. c. N°. XLVI.)

LV.

Sciantj omnes chriſti fideleſ, quod quidam fideliſ homo *Pernhardus* nomine *de Ruripe* delegauit predium cuiusdam N . . . . . *) peticione uidelicet ipſorum ſitum in loco, qui dicitur *Ode*, ad altare Sancti Michaelis *Richerifperg.* Huius rei teſteſ ſunt, *Herharduſ de Vihebach, Waltherus de Tobele, Harthnith de Wirtingen. Sigeboto de Staine. Odelſchalcus de Munſtur, hartmannus de vrſpringe, Eggelolfuſ de familia eccleſie*, et alii quam plures. (l. c. N°. XLVII.)

LVI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo Erchenbertus* nomine *de ſteine* predium cuiusdam folcradi *Gurth* ſitum, quod erat in manus eius delegatum, tradidit ad altare Sancti Michaeliſ *Richerifperg*, peticione uidelicet ipſius folcradi ad omnimodam proprietatem in uſus fratrum inibi deo ſeruiencium. Huius rei teſteſ ſunt *ipſe traditor Erchenbertus, Comeſ hallenſiſ et filius eius Gebehardus nomine, Marquuardus de Amrang, Segefriduſ de Leimigen, Heinricus de hethlingen, Kadelochus et Otto de Steine, Heinricus de Grube, Erchebreth de Gurth, Waltherus et filius eius Odelſcalcus de Tobele.* (l. c. N°. XLVIII.)

LVII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ mulier *Pertha* nomine de *Gurth* tradidit ad altare sancti Michaelis

*) Im Originale ein leerer Raum.

Richerifperg predium ſuum eodem loco ſitum ad omnimodam proprietatem. Huius rei teſtef ſunt, *Regengerus de Riede, Erchenbertus de Moſebach, Megenhardus de Gengeberch, Regenbertus et Regel de Gurth, Heirthling et Liupolduf hominef prefati Erchenberti de Moſebach, Kadelochus de ſteine, Ecchehardus de frihem. Waltherus de Tobele, Adelbero et frater eius Gerhardus de Hufruch.* (l. c. N°. XLIX.)

LVIII.

Sciant omnef chriſti fideleſ, quod quidam *nobiliſ homo Dietmarus* nomine predium cuiusdam Eberhardi *Anteſen* ſitum in manus eius delegatum rogatu ipſius tradidit ad altare ſancti Michaelif *Richerifperg* ad omnimodam proprietatem. Huius rei teſtef ſunt, *Amelbertus de Egeling, Eberhardus, Waltherus de Tobele, Heirbordus, Merboto et Egelolfus de familia eccleſie.* (l. c. N°. L.)

LIX.

Omnium fidelium tam preſentium quam futurorum noticie tradimus, quemadmodum uir quidam *nobilis Balduinus* nomine cum filio ſuo *Egelolfo* ſeculum relinquens, et regulariſ uite conuerſationem ſuſcipiens, predia ſua ſita in lociſ, qui dicuntur *Kadolteſdorf* et *riede*, duaſ uidelicet curteſ et dimidium manſum, in alio fundo iuxta iam dicta predia ſito, qui etiam *riede* uocatur, cum XX mancipiiſ, quorum eſt vnus Gerehardus, Wolueradus et alter Gerhardus cvm germano ſuo Heinrico, Reginmarus Cůnradus cum ceteriſ, quoſ ex poteſtativa possessione tradere poterat, preter eoſ, quoſ filiabus ſuiſ destinauerat, et inſuper Herebordum ad cenſum V denariorum eccleſie ſancti Michahelis *Richersperg* una cum filiiſ ſuis iam prenominato Egelolfo et Turingo nomine legitima delegatione de poteſtatiua manu pro redemptione anime ſue parentumque ſuorum in uſus deo ſub ſpiritali regularique profeſſione ibidem ſeruientium contradidit sub preſentia et astipulatione teſtium, quorum nomina conſcripta ſunt, *Regingerus de riede, Ditericuf de Poumgarten, Erchenbertus de Moſebach, Ethic de Merſuuanch et*

Heinricus filiuſ eiuſ et Heinricuſ filius ſororiſ eius, Kadelhochuſ de ſteine, Siboto frater eius, Amelbertus de eigelingin, Ekkehardus de antiſinhouen, Degeno de Gotprehteſheim, Walterus de tobele, Hertnidus de Wirtingin, Meginhardus de gurtin, et de familia eccleſie Herebordus, Mereboto, Engelſcalcus, et ceteri quam pluref. (l. c. N°. LI.)

LX.

Omnibus tam future quam preſentiſ etatiſ chriſti fidelibus notum eſſe cupimus, quod *uir quidam conſpicue nobilitatiſ Werigandus nomine de Růmetingin*, predium, duaſ uidelicet curteſ et molendinum *Roſpach* ſitum, quod *eccleſia patauienſiſ* iure proprietatiſ eatenus poſſederat in manum ſuam per manum *aduocati* ejusdem eccleſie, *comitiſ* scilicet *pertholdi de pogene*, rogatu domini *Cůnradi* predicte *patauienſiſ eccleſie episcopi* traditum, anniuente cleri et miniſterialium conſenſu, eccleſie s. Michahelis *Richerſperg* per concambium alterius predii *Hagenouue* ſiti, quod eadem Richerſpergenſiſ eccleſia a quadam nobili femina pro anima uiri ſui defuncti ſibi legitima delegatione collatum susceperat, itemque alteriuſ predii in uilla, que dicitur *lubeſ in partibus orientiſ* iuſta delegationiſ lege contradidit teſtibus conſueto more tractiſ ſubnotatiſ et conſcriptiſ, quorum nomina ſunt hec, *Erckenpertus de Moſepach, Vdalricus de atanahe, Etich de adeloltingin et Heinrichus filius eius, Item heinrichus filius ſororiſ eius, Purkart de prukeberc filius Gebolſi de Geiliſpach, Walterus de tobele et filius eius, Wigant homo predicti ethichoniſ, Heinrichus de gruebe, Hadebertus de grube*, et alii plurimi. (l. c. N°. LII.)

LXI.

Uir quidam note libertatiſ *Ditericus* nomine de *Annenſiezen* petitione religioſe femine *Hemme et filii eius Offoniſ de Weſene* legitima delegatione tradidit eccleſie s. Michahelis *Richersperg* predium ſitum apud *capellam* pro redemptione coniugiſ eiusdem iam dicte mulieriſ, Manegoldi uidelicet et filii Marcwardi et ceterorum parentum liberorumque ſuorum ſalute,

et ne traditio hec omnif tam future quam preſentif generationif noticie queat aboleri, litterif mandatam ſeruare curauimus confignatif et conſcriptif teſtibus, quorum preſentia huiusce rei factum approbatum eſt. Sunt autem hi, *Richerus de hoſternahe, Etich de adeloltingin et eiusdem filius heinrichus et filiuſ ſororiſ eiuſ Heinrichus, Cûnradus de ſigeherthingen, Arnolt, Cûnradus, Witego, Ůdalricus militeſ iam dicti Richeri, hudebertus de grûbe, Waltherus de tobele et filius eius Waltherus.* (l. c. N°. LIII.)

LXII.

Vir quidam, nomine *Warmundus liber,* predium ſitum iuxta *pramam fluuium* petitione cuiusdam miniſterialiſ *comitiſ Eggeberti,* nomine Megengoti, potestatiua manu prout habet iuſ et ratio legitime delegationiſ, tradidit eccleſie s. Michahelis *Richersperg* in perpetuum uſum ibidem deo ſeruientium que traditio, ne in poſteraſ generationeſ a memoria deleatur ſubnotatiſ et conſcriptiſ teſtibus preſenti pagine inferta eſt. Hec autem ſunt nomina teſtium, *Walterus Engelſcalcus de tobele, Walterus filius Walteri, Cûnradus filius etichoniſ de adeloltingin, Merboto, Vůdelſcalcus, Hildebrandus, Wezelo, adelbertus de familia ecclesie nostre.* (l. c. N°. LIV.)

LXIII.

Notum eſſe uolumus omnibus tam future quam preſentif etatiſ fidelibus, quod femina quedam, *Hazecha* nomine, permiſſu domini ſui *comitiſ eggeberti* omnia mancipia ſua legitima delegatione tradidit ſuper altare s. Michahelis in uſum perpetui ſeruitii deo famulantibus in Richerſpergenſi cenobio, quorum nomina ſunt hec, Gerdruth cum tribus filiabus ſuiſ, hezeman et filius eius Gotſcalkus et cognatus eius pezel, Cuniza, Gotelint, Tueta et filia eius Mehthilt, Cuniza, Cuniza. Huius traditioniſ teſteſ ſubſcripti continentur, *Goteſcalc de Winhage, Dietmarus puſeman, Waltherus de tobele et filius eius Waltherus, et de familia eccleſie noſtre Herebort, Merboto, Mehenhere Wezel, Hartmueth, Perhtolt, Werenhere.* (l. c. N°. LV.)

LXIV.

Vir quidam nomine *Bernhardus* rogatu patrif ſui predio-lum ſitum in loco, qui dicitur *ſcergaren* legitima delegatione tradidit ſuper altare s. Michahelis per manum cuiusdam *nobilis uiri* nomine *Rûtberti de rûhrippe* ea conditione, ut debitum censum pro qualitate predii ipſe ille, qui tradidit Bernhardus annuatim inde ſoluat, ſcilicet pro ſalute et remedio anime patrif ſui, cuius rogatu delegatio facta eſt, et matrif et ceterorum parentum ſuorum. Sunt autem hi teſtef delegationif, *Erkkenpertus de ſteine et uir eius Dietmarus, Ruetbertus de ruihrippe, Ortwin de ſceregaren, ipſe qui tradidit Bernhardus, Druſeliep, Herebort de familia eccleſie.* (l. c. N°. LVI.)

LXV.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus, quod ego *ekkebertus. comeſ* ammonente ſimulque cooperante *pie memorie mea matre Willibirga* fratribus in Richeriſpergenſi cenobio deo ſeruituris, ob remedium anime mee et matrif mee animarumque parentum meorum in perpetuum conceſſi et firmaui *librum tranſitum in flumine Ino, iuxta caſtrum meum Nivvenburch,* ita ut nullus hominum ex nomine meo uel meorum ſucceſſorum illic angariare preſumat nauef, bona ipſorum portahtef vel inferre illif ibi quidquam moleſtie ſev uiolentie. Huius rei teſtef ſunt, *Rapoto de terinberc, Livpoldus troi, Heinricus de Svarza, Sigifridus de Chranichberc, Livpoldus de putina dapifer, Gerhardus de Glizenvelde, Gerboto et perhardus de Herla, omnes ſupradicti comitif miniſterialef. Otto de Stőze, Starfridus de Pecelineſdorf,* aliique quam plures. (l. c. N°. LVII.)

LXVI.

In nomine sancte et indiuidue trinitatif. *Otto dei gratia friſingenſis episcopuſ* uenerabili fratri *Geroho prepoſito Richerſperge* eiusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendif in perpetuum. Juſticie ac rationif ordo depoſcit, vt ea que apoſtolice ſedif moderatione fuerint ordinata, preciſo tocius uſurpationif exceſſu

nulla debeant a nobis refragatione turbari. Ea propter dilecte in domino frater tuiſ poſtulationibus benignum prebenteſ aſſenſum, ſicut a ſancta Romana eccleſia tibi tuiſque fratribus priuilegio firmatum eſt, ut de terriſ, quaſ propriiſ manibus aut ſumptibus colitiſ ſev de animalibus ueſtris nullus decimaſ exigat, ita quoque noſ tibi ſpecialiter in terriſ, quas per noſtrum epiſcopatum poſſideſ, tuo iuſto labore cultiſ vel excolendis ſeu de nutritura animalium tuorum, decimaſ concedimus, preſentiſque ſcripti priuilegio conmunimus, ſtatuenteſ, vt nulla deincepſ eccleſiaſtica ſeculariſve perſona eaſ inuadere avt imminuere qualibet occaſione preſumat, sed preſentiſ ſcripti auctoritate ſemper tibi integre permaneant, tuiſque tuorumque idoneis uſibus ivgiter profuture. Vt autem hec noſtra conceſſio firma et inuiolata omni tempore permaneat, litteris eam notari ac ſigilli noſtri inpreſſione ſignari fecimus. *Ego Guntherus abbaſ s. ſtephani ſubſcripſi, Ego Vdalricus decanus maioriſ eccleſie ſubſcripſi, Ego Otto prepoſituſ s. andree ſubſcripſi, Ego Hermannus s. petri prepoſitus ſubſcripſi, Ego Ditmarus decanus s. andree ſubſcripſi, Ego Bertoldus canonicus maioris eccleſie ſubſcripſi.* Data *friſinge* per manum *Radwini* Anno ab incarnatione domini MCLV, Indictione prima Anno uero domini Ottoniſ friſingenſiſ eccleſie venerabiliſ epiſcopi XVII. feliciter, Amen! Amen. (l. c. N°. LVIII.)

LXVII.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *Eberharduſ dei gratia babenbergenſiſ epiſcopus ſecundus.* Quamuiſ neque, qui plantat, neque qui rigat, eſt aliquid, ſed qui incrementvm dat deuſ, ſcienteſ tamen, quod unuſ quiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, notum fieri cunctiſ chriſti et eccleſie fidelibus cupimus tam preſentibus quam futuriſ, qualiter dilectiſſimi domini ac fratriſ noſtri Venerabilis *Iuuauenſiſ archiepiſcopi Eberhardi,* ſed et dilecti filii noſtri *Gerhohi Richerſpergenſiſ prepoſiti* nec non eiusdem loci dilecte nobis congregationiſ piiſ peticionibus annuenteſ ex conſenſu eccleſie noſtre tam ex clero, quam ex miniſterialibus fidelium, fideli noſtro *Odoacri Marchioni de ſtira* de quodam beneſitio, que (sic) a

nobis habuit, cum iam dicta Richerſpergenſi eccleſia facere concambium conceſſimus, cupienteſ abſque eccleſie noſtre detrimento prefate eccleſie ex uicinitate prediorum, in eiuſ iuſ ex noſtra ditione cedentium, in paſcuiſ, pratiſ aliiſque utilitatibus plurima commoda prouenire, noſtrique ob hoc in eodem loco ad deum tam in uita quam in morte in bonum perpetuari memoriam. Itaque iam dicto *Odoacre uillam, que munſtur* dicitur, cum uiculiſ eidem uille adiacentibus in manum noſtram reſignante ac reſtitucionem concambii de manu noſtra in fevdvm recipiente, de parte Richerſpergenſiſ eccleſie data sunt predia, que iuriſ eorum erant, in uilla, que *roſpach* dicitur iuxta decurſum *fluuii*, qui *chalbaha* nominatur, treſ videlicet curtes villicaleſ cum adiacentibus molendiniſ, itemque manſo, eidem uille contiguo, nec non et duabus partibus decimarum de tota uilla ſimul et eorum uicoliſ quibusdam, uille adiacentibus, insuper uero et alia predia in confinio *Ini fluminiſ* taxatiſ redditibus agri culti circiter XX manſoſ ad rationem concambii. Hec itaque predia cum pratiſ paſcuiſ et ſiluiſ eiſdem pertinentibus, molendiniſ, piſcacionibus, aquiſ aquarumque decurſibus, exitibus et redditibus, neċ non et omniſ generiſ utilitatibus data sunt per manum *Cônradi de pilſtaine*, *Iuuauenſiſ* pariter et *Richerſpergenſiſ eccleſie aduocati*, atque in manum legatarii *Regingeri de Rieden, nobiliſ uiri*, eccleſie noſtre confirmata sunt, de iure predictarum eccleſiarum in iuſ eccleſie noſtre babenbergenſis omnimodiſ tranſponenda. De parte uero noſtre babenbergenſiſ eccleſie data eſt uilla, eidem Richerſpergenſi cenobio contigua, *que munſter* dicitur cum adiacentibus sibi curtibus ſeu uiculiſ circa XX manſoſ agri culti, *caſtro* ſimul, quod *ſtaine* dicitur, cum agriſ adiacentibus et ripa ipſa, in qua ſitum eſt, quantum noſ attinuit, uſque ad medium *fluminiſ Ini*, duabus quoque partibus decimarum ex eadem uilla et uiculiſ adiacentibus in rationem concambii deputatiſ. Hec itaque predia cum pratiſ, paſcuiſ, ſiluiſ, piſcationibus, molendiniſ, eiſdem pertinentibus, cum aquiſ, aquarum decurſibus, exitibus et redditibus, et omni utilitate, queſita et inquirenda data sunt *per manum domini noſtri Regiſ friderici* eccleſie noſtre aduocati *et per manum iam dicti Odoacri de ſtira*, ipſorum prediorum defenſoriſ noſtra conceſſione et preſentia in manum *comitiſ Perhtoldi*

de anedechs, de iure noſtre babenbergenſiſ eccleſie in iuſ et ditionem Richerſpergenſiſ eccleſie omnimodiſ tranſfundenda. Atque ut hec conmutationiſ donatio firma et inconuulſa in perpetuum permaneat, ſigilli noſtri inpreſſione hanc cartam inde conſcriptam ſignari precepimus, Teſteſ quoque iam dicte donationiſ per aurem attracti sunt hii, *Hainricus dux saxonie, Hainricus dux karinthanus, Pertholduſ dux de zaringen, Odoacer marchio de ſtira, Comeſ Erneſt de hohenburch, Waltheruſ de Mallentine, Rôpertus de Tiuren, Amigo de aquilegia, friderich de Wellenhaim. Interfuere etiam Peregrinuſ patriarcha aquilegenſiſ, Illinuſ archiepiſcopus treuerenſiſ, Arnoldus archiepiſcopus Colonienſiſ, Ortliebuſ baſilienſiſ episcopus, Hermannus Conſtantienſiſ epiſcopus, Chônradus Wrmatienſiſ epiſcopus, Arditio Chumanus epiſcopus, Gerwigus Concordienſiſ epiſcopus, Wigbalduſ Corbacenſiſ ac ſtabulenſiſ abbas, Marquarduſ Vuldenſiſ abbas, Adelpertus prepoſitus aquenſiſ, Otto comeſ palatinuſ, de Witelineſpach*, et alii ex principibuſ, quam plurimi. Acta sunt hec *in territorio Brixienſe* anno incarnationiſ domini MCLIIII. Indictione II. XIII. kalendas decembris Regnante domino friderico Glorioſo Romanorum Auguſto anno regni eius III. (l. c. N°. LIX.)

LXVIII.

His ita peractiſ denuo liſ exorta eſt *Hainrico*, qui feudum illud a *Marchione de ſtira* tenebat, afferente, concambium illud non eſſe legitimum, tum quia ſe inſcio factum eſſet, quia infra annoſ erat, tum etiam, quod minus ualeret, quod datum fuerat. Hac itaque neceſſitate conpulſi fratres de richerſperg de concambio iam prefato a nobis interpellati et ſatiſ diu ex inprobitate exactoriſ illius onerati, tandem ut nulluſ ſcrupulus remaneret et omne oſ obſtrueretur, ſuperaddiderunt duaſ curteſ, unam uidelicet in *roſbach*, alteram in *oſterndorf* ita, quod tam noſtri fideleſ quam ipſe Hainricus et ſui fautoreſ ſufficere iudicarent ad legitimum concambium. Iuriſ itaque perpetui uinculo predictam commutationem innodamus, ſtatuentes, ut nemo auſu temerario eam uiolare preſumat, et ut inuiolabiliſ omni euo permaneat, uigorem et ſtabilitatem preſentiſ ſcripti auctoritate

ei confirmamuſ et ſigilli noſtri inpreſſione corroboramuſ. Teſteſ huius rei conſummate sunt hii, *Giſelbertuſ prepoſitus maioriſ eccleſie*, *Hermannus prepoſitus ſancte Marie in Tuerſtat*, *Gebehardus prepoſitus ſancti Iacobi*, *Gotpoldus archipresbyter*, *Chûnraduſ Cellerarius*, *Hermannus ſubdiaconus*. *De liberis Wdalricus Walpoto Wdalricus de wiſkenuelt*, *Gozpoldus de Wolfeſperch*, *Adelrammus de chambe*, *Poppo de oſternah*. *De miniſterialibus Gundelohus de bodelendorf et nepoſ ſuus Gundelohus*, *Herdegen de wiſintowe et frater ſuus Volnant*, *Hainricus de widen*, *Reinolt de Vra*, *Otto pincerna*, *Hartlieb de winzere*, *Rapot de Potenſtain*, *Eppo de Hergoltingen*, et alii quam plureſ. Actum ultimo *bruuininge* Anno dominice incarnationis MCLXVIIII. Indictione II. regnante F. Romanorum Imperatore inuictiſſimo, anno regni eius XVII. Imperii vero XIIII. Preterea hoc in fine pagine addimus quod fratres Richerſpergenſeſ dederunt iam dicto Hainrico precium caſtri LX. talenta ad conponendam pacem firmam in perpetuum, ſicut et prius dederant marchioni quinquaginta talenta.

Data fuerunt centum (et) L. talenta, ſed ideo ſexaginta poſita, ne marchio cognoſceret et pro ſui dignitate dare ſibi pluſ expoſceret. (l. c. N°. LIX.)

LXIX.

Domino et amico ſuo *G. frater G. de Richerſperge* deuotaſ orationeſ cum fideli obſequio. Benignitati ueſtre multaſ gratiaſ habemuſ, quia ueſtro annuſu bonam de cauſa noſtra optinuimus priuilegium. Sed quod idem priuilegium per hoc dicitiſ infirmum, quia collaudationem et ſubſcriptionem clericorum non habet, ſalua reuerentia gratie ueſtre non approbamuſ. Quod in conmutationibus rerum eccleſiaſticarum secundum canoneſ requirenda eſt collaudatio et ſubſcriptio clericorum, non pertinuiſſe dinoſcitur ad noſtram actionem, quum de regalibus potius, quam eccleſiaſticiſ rebus agebatur, ac proinde magiſ eam decuit roborari collaudatione principum regni *coram ipſo principe principum friderico auguſto*, quam ipſiſ abſentibus, coram clericiſ, deo ſoli militantibus ac minime implicandiſ huiusmodi negotiiſ, exceptiſ dumtaxat epiſcopiſ, qui non ſolum eccleſiaſtico, ſed etiam ſeculari funguntur principatu, ita ut eorum conſilio non

ſolum ad eccleſiam, ſed etiam ad regnum ſpectantia negotia tractanda ſint. Ad robur itaque noſtri priuilegii non ab re ſufficere arbitramur, primo ipſius auguſti aſſenſum, petente, ut ſcitiſ, ac ſatagente ipſo domino noſtro *E. babengergenſe* (sic) *epiſcopo*, nobis obtentum, deinde collaudationem principum, tam litteratorum et ſacratorum, quam laicorum, quorum nomina ſecundum antiquam conſuetudinem priuilegio noſtro sunt annotata. Nomina vero fidelium domini epiſcopi tam laicorum, quam clericorum, quibus conſulentibus et aſſentientibus perpetratum eſt iam dictum concambivm, ſuperfluum fuit, ſingillatim annectere, cum ipſe dominuſ epiſcopus in ipſo priuilegio ſuo fateatur, ex conſenſu eccleſie babenbergenſiſ tam ex clero, quam ex miniſterialibus fidelium ſe annuiſſe piiſ peticionibus, id petentium. Et reuera ſic actum eſt. Nam cum *Ratiſpone* fieret huius actioniſ preordinatio et deliberatio domino epiſcopo ſe preparante *in procinctum verſuſ Romam pro confecratione auguſti expetenda* plurimi aderant eius fidelium, precipue *miniſterialium pene omnium de tota bauaria et multorum de franconia et karinthia;* Ex quibus treſ deſtinati sunt, videlicet *Gozwinus de Oſterhoven* et *Adelbero* ac frater eius *Gerhardus de cella* cum *miniſterialibus* domini *Marchioniſ*, videlicet *Beringero de capella* et *Dietmaro de Aiſterſhaim* et *Bernoldo de cherbach* ad terminandum et coequandum predictum concambivm. Quod ita eſt fideliter actvm et ſub interrogatione fidelitatiſ aput episcopum et Marchionem teſtificatum. Rogamuſ igitur, ne de cetero loquamini aliquid ad infirmandum priuilegivm veſtre benignitatiſ annuente ſtudio ſcriptum et epiſcopali ſigillo roboratum. Perpendat quoque pietaſ ueſtra, quia hoc faciendo fidei ſane in corde ueſtro fundate bonum ſuperpoſuiſtiſ edificium, et quod nobis erat magiſ neceſſarivm, remouendo caſtrvm capiti noſtro ſuperpoſitum, deſtruxiſtiſ machinaſ erectaſ contra turrim davidicam que edificata eſt cum propugnaculiſ maxime in cenobiiſ per apoſtolica priuilegia munitiſ. Quibus, ut novit prudentia ueſtra, hoc eſt inſertvm, vt quicumque illa temere perturbaverit, et ſecundo terciove commonituſ non emendaverit portet iudicium eiſdem apoſtoliciſ priuilegiiſ inſertum. Quod quia notum eſt uobis, quam ſit magnum ac terribile, non eſt opus hic intexere, quum domino noſtro epiſcopo et uobis cupimuſ illud magiſ adaptari,

quod in priuilegiiſ noſtriſ dicunt *romani pontificeſ Innocentius et Evgenius* applaudendo hiſ, qui nobis bona faciunt. Cunctiſ, inquiunt, eidem loco, que iuſta sunt, ſeruantibus, ſit pax domini noſtri ieſu chriſti, quatenuſ et hic fructum bone actioniſ percipiant et aput diſtrictum iudicem premia eterne paciſ inueniant, amen. Quod autem ſine detrimento babenbergenſiſ eccleſie ſit actum concambium noſtrvm ſic eſt manifeſtum, vt illud etiam non lateat, cum quanto noſtre paupertatiſ detrimento idem ſit peractum, tum quia menſuram bonam et ſupereſſluentem rependimuſ, tum quia dominiſ XX. exinde beneficiatiſ multum ſeruiuimuſ et principaliter ipſi domino noſtro epiſcopo ſeruire parati ſuimuſ et ſumuſ in omnibus, que a nobis exegerit poſſibilia et non adeo magna, ut exinde locuſ noſter deſtruatur, quem, ſi deo permittente deſtruenduſ est, magiſ uolumuſ ab aliiſ, quam a nobis deſtrui, quod auertere dignetur diuina clementia, ne et infirmi boni turbentur et forteſ, qui eoſ conturbant, a iudice fortiſſimo corripiantur. Nam et ſi forteſ sibi uideantur ille beſtie militareſ uidelicet perſone, que noſ affligunt et adhuc affligere cupiunt, at tamen chriſtus leo de tribu iuda, leo fortiſſimuſ beſtiarum ad nullius pauens occurſum, potenſ eſt eoſ humiliare. Contra quaſ beſtiaſ deo dicimuſ: Ne tradaſ domine beſtiis animaſ confitentes tibi et animas pauperum tuorum ne obliuiſcariſ in finem. Hoc ipſum per uoſ alioſque bonoſ conſiliarioſ domino noſtro episcopo ſuggeri optamuſ, ne et ipſe noſ tradat beſtiiſ noſ laceraturiſ, quia in laceratione tali et nobis magnum detrimentum et ipſi nullum penituſ accreſcet commodum, immo quod magiſ est metuendum, periclitabitur ſaluſ eius, quod deuſ auertat.

LXX.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod fideliſ puer nomine *Otto* tradidit ad altare ſancti Michaheliſ predivm nomine *Pœtrichſhaim* ſitvm iuxta *Rêrippe*, Per manum cuiusdam *nobiliſ uiri* nomine *Walchún*. Huius rei teſteſ sunt, *Altmannus de gegenbach, Walchun de Aiche, Pernhart, Siboto, Hainricus, Willehalm, Lutwin, Labolt, Gerhart omneſ de Aiche, Albero, Arnolt de gauwoltſhaim, Engelwart, Chadelhoch, Dietmar, Hainricuſ hominеſ eccleſie, Wernhart de aſcha, Lanzo et frater eius Arnoldus.* (l. c. N° LX.)

LXXI.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ notum ſit in omne futurum tempus cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *uir ingenue libertatiſ, Waltheruſ* nomine, predium ſuum, ſitum in fundo, qui dicitur *Hegeningin*, tradidit eccleſie s. Michahelis *Richerſperg* in uſuſ perpetuoſ in eodem loco deo ſeruientium, legitima delegatione cum omnibus attinentibus eidem predio, ſiluiſ ſcilicet et paſcuiſ, molendiniſ et pratiſ, ſimul et mancipiiſ Herlouch cum filiiſ ſuiſ, Arnolt, Reinhart, Rv̊dolf, ob ſpem ſalutiſ anime ſue omniumque parentum ſuorum, que traditio poteſtatiua manu facta, quo rata ſemper et inconuulſa permaneat, hac conditione firmata et ſtabilita eſt, ut ſi quis uenditione uel concambio illud ipſum predium a prenominata eccleſia diſtrahere uel alienare preſumpſerit, quicumque prenominato uiro w. proximus hereſ fuerit, in ſuaſ proprietateſ retrahere poteſtatem habeat. Huius delegationiſ idonei teſteſ ſubnotati et conſcripti ſunt, quorum nomina ſunt hec, *Erkenpertus de Moſebach, Rûdegerus de aheheim, Etich et filii eius heinricus et cûnradus de Merſwanc, Megenhart de Gegenperge, Heinricus de wigeratingin, Ainwic de marchluppe, Heinrich de grûbe, Herebordus ſororius eius, Etich filius Megenhardi, De familia eccleſie Titericus filius waltheri, Herebordus, Merboto, Hiltebrandus, Cûnradus,* et ceteri quam plureſ. (l. c. N° LX.)

LXXII.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuriſ chriſti fidelibus, quod *prepoſitus Richerſpergenſiſ G.* decimaſ ſoluendaſ de predio, quod ſitum est in fundo, qui dicitur *Reuele*, redemerit ab illius parrochie plebano, ipſi datiſ in concambium quatuor prediolorum fundiſ et molendino iuxta *fluuium Gurtam*. Prediolorum autem unum, ſcilicet dimidius manſus ſitus eſt in loco, qui dicitur *houarin*, alter dimidius manſus in monte uicino iam dicto fluuio, et in fundo, qui dicitur *antiſinperge*, dimidius manſus, et *Muerheim* dimidius manſus. Porro huius concambii conuentio auctoritate uenerabiliſ *epiſcopi Patauienſiſ Cûnradi* annuentibus et conſulentibus clericiſ et fratribus

de choro dominicalif (sic) ecclefie itemque minifterialibuf primariif patrata, diffinita, firmata eft. (l. c. N°. LXII.)

LXXIII.

Domino G. venerabili *abbati admuntenfif cenobii* frater *G. de richerfperge* orationef et obfequivm. Quamvif peccaffet rex abimelech aduerfuf abraham, tamen dictum est ei a iufto et fummo iudice: en morierif propter uxorem, quam tulifti. Et ille: Domine, inquit, num gentem iuftam et ignorantem interficief; Nonne ipfe dixit: foror mea eft? Et dominuf ad eum; Redde, inquit, uxorem uiro et orabit pro te. Qorfum hec? ut tu vir prudentiffime, in fimili caufa tibi profpiciaf, nec de ignorantia te omnino arbitrerif excufabilem, fi rem alienam pauperi ablatam uendicabif tibi quolibet modo in poffeffionem cenobii tibi commiffi, dei gratia copiofe abundantif de rebus iufte acquifitif, ita ut non egeat rebus pauperrimo cenobio ceu cui ego pauperrimus prefidere uideor fubtractif et alienatif, vt mihi uidetur iniufte, nifi forte caufa diligenter uentilata iufticie regula demonftret aliud, quod non credo. Vif tibi manifeftius aperiri, unde agam uel agere intendam. Efto ergo tam beniuoluf, quam docilif, immo doctus auditor. Dominuf meus *beate memorie Chûnradus archiepifcopus* ea mifericordia permotuf, qua et chriftus dixerat: mifereor fuper turbam quia iam triduo fuftinent apud me, nec habent, quod manducent, conpaffuf eft paupertati pauperum fratrum, quibus ipfe nof prepofuerat. Et quia folitus erat in difpenfatione sibi credita erga egenof effe largus, larga manu fubuenit nobis dando et per priuilegium fuum confirmando cvnctaf decimaf, excepta canonica partione (sic) plebanorum, in cunctif noualibus, que in *filua putinenfi* a loco, qui dicitur *putinowe* ufque *ad montem*, qui dicitur *hartperch* in predio *comitif Ekkeberti* uel tunc effent uel ex tunc fierent. Erat autem continuatum eo tempore predium comitif ipfius a *putinowe* ufque ad *montem hartperch*, Sed domino meo beate memorie *Chûnrado archiepifcopo* defuncto, et domino meo *archiepifcopo Eberhardo* fubftituto, cum effet ipfe ignaruf terminorum prefignatorum, fuggeftum eft ei a fuif decimatoribus, iniuriam fibi fieri a nobis et noftrif decimatoribus. Qua de caufa

conpellebar domino meo prefentare priuilegii noſtri reſcriptvm continenſ loca terminorum ad noſ pertinentivm. In quo cum legeretur de predio *comitiſ Ekkeberti* noſ collecturoſ decimaſ, vt predictum est; inde capta occaſione cepervnt hoc domino meo ſuggerere, ne nobis decimaſ ullaſ permitteret, ultra *uallem ungaricvm*, eo quod illa terra, *licet a comite ſub titulo proprietatiſ poſſeſſa, non eſſet ſua, sed vngarorum.* Suſtinuimus tunc illam uiolentiam putanteſ familiari ammonicione aput aureſ domini mei aliquid nos poſſe proficere ad emendationem tante iniurie. At ille nimium creduluſ nobis contraria ſuggerentibus, non attendit nobis, immo vt eadem novalia nobis magiſ eſſent aliena, inbeneficiauit ea domino archid. (archidiacono) *Otacharo.* Suſtinuimus et hanc iniuriam, reputanteſ adhuc recuperare noſ poſſe damnum tale per ammonitionem familiarem. Sed vbi audiuimuſ eaſdem decimaſ ueſtro cenobio firmataſ per priuilegium, non puto nunc ſilendum, in quo mihi uideor grauari, ne et uoſ peccatiſ per ignorantiam, et noſ per negligentiam, creſcatque inter duo cenobia longiſſima querela, quod auertat deus. Poteſt autem facile auerti et de medio tolli occaſio querele, ſi domino meo conplacuerit, ſui anteceſſoriſ factum pie conſiderare, qui non ſophistice dedit nobis priuilegium ſuper illud predium, quod a comite iam dicto iure proprietatiſ tunc poſſidebatur. Nulla ibi erat exceptio uel *terre, quam dicvnt ungarorum uel portioniſ illius, quam poſtea dominuſ Marchio ab ipſo comite obtinuit.* Si autem, pertractatiſ, que ad rem attinent, uidebitur ipſi domino meo et domino *Gurcenſi* epiſcopo ceteriſque ſalzburgenſiſ eccleſie preſidentibus prepoſitiſ et abbatibus, quod iniuſta ſit querela mea, ego paratus ero ad quieſcendum expectanſ iudicem illum, qui falli non poteſt, qui et iudicium faciet inivriam patientibus. Non autem reputabo me uel meoſ inivriam pati, ſi queſtionem diſſoluerint iudiceſ preſignati. Hec ſcripſi uobis, ut, quia dominus meus archiepiſcopus dicitur eſſe aput uoſ, cum eo prudenter ac pie pertractetiſ, quid facto opus ſit. (l. c. N°. LXIII.)

LXXIV.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *liber homo* nomine *Werenhardus de gurten* delegauit ad altare ſancti

michahelif in *Richerſperge* predium quoddam *beneuentenruth* dictum cum omnibus pertinentiis eiuſ, rogatu *Dietheri de rubenuurt*, miniſterialis ſalzburgenſis et uxorif eius mathilde, quod idem dietheruſ in manus iam dicti Wernhardi delegaverat ſuper reliquiaſ ſanctorum in richerſperg delegandum pro remedio anime ſue et uxorif eius iam dicte parentumque ſuorum. Huius rei teſteſ ſunt *ipſe werenhardus delegator et Ódalſcalchus filius auunculi eius de gurten. Uverenhardus et Ainwicus de friheim filii ſororiſ eius perthe, Willehalmus de marcelineſbach, Rahewinus de gurten, fridericus ſeruuſ eccleſie;* familiam quoque utriuſque ſexuſ eiusdem iam dicte Mathildif delegauit predictus *Werenhardus de gurten* ad altare ſancti Michahelif rogatu eius ad V. denariorum cenſum, quorum nomina ſunt hec, Heinricus villicuſ et frater eius Regengerus, Wernheruſ villicus de *beneuentenrût,* Chûnradus et uxor eius Irmgarth cum filia ſua Ita et cum aliiſ filiiſ ſuiſ, Pertholt et uxor eius Richiza, Pertholdus textor et uxor eius Tv̊ta et frater eius Regengeruſ, Engelbret et uxor eius Giſila cum filiis ſuiſ, et fritel frater eiusdem Engelberti, Rudegeruſ et frater eius Irmhart, Wernhardus, Megenhardus, Woffo, Chûnradus, Wernhardus, Engelbret, Heinricuſ faber, Chûnraduſ oſterman, Pertholdus et Regengerus frater eius, Siboto, Engelbret, Hazecha cum filiiſ ſuiſ, Hartlieb et Wernhere, Benedicta, Helica, Gotelint, Adelheit, Helica, Hadewich, Adelheit, Oſpirn, Mathilt, Jv̊tha, Adelheit, Chunrath, Rudeger. Teſteſ ut ſupra. (l. c. N°. LXIV.)

LXXV.

Liber Censvalivm a Cv̊nrado Salzbvrgensi Archiepiscopo Eccleſie Richerifpergenſi datorum et ad cellarivm pertinentivm.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibuſ, quod uenerabiliſ *Cûnradus Salzburgenſiſ archiepiscopus* tradidit ad altare ſancti Michaeliſ *Richerifperge* quendam Baltwinum auridatorem et uxorem ſuam Gwanwib cum filiiſ ſuiſ et filiabus Adelberto, Alrico, Çûnone, friderico, Cotelinde, Richaza, Mathilde, totaque poſteritate ſua. Pertham quoque et Richzam cum filiiſ et filiabuſ ſuiſ Adelram, Baltwigen, Hilten, totaque poſteritate ſua. Item quandam Pertham cum filiiſ et filiabus ſuiſ Arnoldo, Liutkarde totaque

poſteritate ſua. Sororem quoque prefate Perthe Hizelen nomine cum filiis et filiabuſ ſuiſ Demone et Tûta totaque poſteritate ſua ad ſeruicium ſuo et ſucceſſorum eius ivri debitum. Predictiſ tamen cenſualibus, uidelicet auridatoribus hoc a *prepoſito Gerhoho* indultum pro pietate eſt, vt quinque denariorum cenſum ſoluant. Idem quoque predictuſ archiepiſcopuſ tradidit ad predictum altare omnes homines, quorum nomina non erant ſcripta in libro cenſualium Salzburgenſivm, omneſ uidelicet citra *ſiluam Hohinhart* poſitoſ ad V. denariorum cenſum in feſto ſancti Michahelis perſoluendum. Ex quibuſ sunt hi, quorum nomina ſubternotantur, Pertha cum filiiſ ſuiſ, Wecel et Adelheit et tota poſteritaſ ſua, Goteſcalcus, Berinhardus prefate Adelheidis filii et tota poſteritaſ eorum. Giſila quoque prefate perthe filia et Pertha, Giſile filia, et tota poſteritas eorum. Dietricuſ quoque prefate perthe filius, Helica et filie ſue, Gepa, Mathildis. Huiuſ delegationiſ teſteſ hii ſunt, *Romanuſ gurcenſiſ episcopus*, *Comeſ Chûnraduſ de pileſtein*, *Comeſ Liutolduſ de plein*, *Comeſ Gebehaduſ de purchuſen*, *Comeſ Engelbertuſ de creiburch*, *Regengeruſ de Riede*, *Adelbero et filius eiuſ Duringuſ de Ditrammingen*, *Liutwinus de Salzburch*, *Waltheruſ et Engelſcalcus de Tobele*, et alii quam plures. (l. c. N°. LXV.)

LXXVI.

Chûnradus dei gratia Salzburgenſiſ archiepiscopus omnibus chriſti fidelibus. Notum eſſe uolumus cunctiſ chriſto credentibus, quod ego C. dei gratia ſalzburgenſis archiepiscopus ad altare ſancti Michahelis in *Richerſperg* ad locum, quem ſumptibus ſalzburgensis eccleſie divine religioni augmentaui, nec non et fratribus inibi deo ſeruientibus et canonice religioni ſtudentibus tradidi Richkardam, cum filiiſ et filiabus ſuiſ, Pilgrimum, Ödalricum, Willehalmum, Hiltpurgam et Pertham, ac omnem familiam citra *ſiluam*, que dicitur *Hohenhart*, uſque ad *montem*, qui dicitur *Huſruke*, et uſque ad *Inum fluvium* ad epiſcopale ivſ pertinentem, libelloque cenſuali altaris ſancti Rûdberti carentem, ut ſeruicium noſtro ivri, noſtrisque ſucceſſoribus debitum prefate eccleſie Richerſpergenſi perſoluant. Si vero eidem eccleſie in perſoluendo debito ſeruicio rebelleſ exſtiterint,

vbicumque comperti fuerint, eccleſiaſtica communione careant. Huius rei teſteſ sunt, *Romanus gurcenſis epiſcopus, Engelbertus marchio de Chreiburch, Chůnradus comeſ de Pileſtein, Livtoldus comeſ de Plein, Gebehardus comeſ de Purchuſen. Miniſterialeſ, Adelbero et filius eius Duringuſ, Liutwinus, Wiſint pincerna.* (l. c. N°. LXVI.)

LXXVII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quedam mulier Tůta nomine, cum eſſet iuriſ ſubnenſium, dato talento ipſius loci prepoſito domino *Chunoni*, fratribus in hoc conſentientibus, abſoluit ſe ab eiſ cum filiabus ſuiſ Engeza et chriſtina atque ad altare s. Michahelis in *Richerſperge* ad cenſvm V denariorum annuatim perſoluendum cum eiſdem filiabus ac omni poſteritatiſ linea ſe contradidit. Huius abſolutioniſ iſtiusque traditioniſ teſteſ hi sunt, *Ditdricus, Eberhardus, diepoldus, et de familia Richerſpergenſiſ eccleſie Dietwinus.* (l. c. N°. LXVII.)

LXXVIII.

Notum eſſe uolumus omnibus chriſti fidelibus, quod quedam *matrona ingenua*, nomine *Adelheit de ueltkirch*, conſentientibus liberiſ Herloig et Chunigunde tradidit ad altare s. michahelis in *Richerſperg* hominеſ ſui iuriſ Irmgardem cum filiiſ ſuiſ Henrico, Herloig ad cenſum V denariorum. Huius donationiſ teſteſ sunt, *Wolfpertus, Gotchalcus, Gerungus, Vdalricus, Otto, Ludpertus, Merboto, Trvtlib*, Omneſ de familia eccleſie. (l. c. N°. LXVIII.)

LXXIX.

Liber Censvalivm ad cellariam Pertinentivm, qui, dvm Svi Ivris Testimonivm Nesciervnt, ad Qvinque Denariorvm Censvm se Redemerunt.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus, quod cognatio quedam de familia Richeriſpergensis cenobii pulſata est coram eiusdem

ecclefie *prepoſito Gerhoho*, quod non eſſet cenſualis ad unum denarium, vt ipſa uoluit, ac teſtimonio idoneo firmare propoſuit. Sed qui hoc probandum propoſuerunt, in teſtimonio defecerunt et ideo ſententia iudiciali inter proprios ecclefie famulos . . . . . *) (l. c. N°. LXX.)

LXXX.

Pateat chriſti fidelibus, quod quedam *hiltegardis* cum eſſet libera, nupſit cuidam *Ruddeberto de Vihhuſen* cenſuali ecclefie noſtre, unde proceſſit iſta propago, quorum hec sunt nomina, Dicta hiltegardis genuit chunigvnden, Chunigvnde heinricum, Meinſonem, Ôlricvm, Wernherum, haedewigam, Perhtam, Ivditam, Livdegardem. Porro prefatus heinricus genuit Ôlricum, Heinricum, Ruddebertum, Alheiden, Christinam. Prefata hadewigis genuit heinricvm, Ôlricum, Pernhardum, Chunigvndem Ivtam; Meinſo genuit Giſlam; Ivta Gerdrvdem, Livkardis genuit Chunradvm, heinricum, Ivta genuit Giſlam, Gerdrvdem, Alheidem, Perhtam. Alheidis ſoror chvnigvndis genuit heinricvm, Chvnradvm, Ôlricum, Ivtam, Alheidem; Ivta genuit chunradvm heinricvm, quos dominuſ dilatet vſque ad mille generationes. (l. c. N°. LXIX.)

LXXXI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, quod femina quedam nomine Rûcila pertham filiam ſuam et cûnradum filium perthe predicte et gebehardum fratrem cûnradi et hermindrudam ſororem eorum . . . . **) prepoſituſ richerſpergenſiſ ecclefie *Gerhohuſ* cum eſſent proprii ecclefie, abſoluit ad quinque denariorum cenſum. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Dittericuſ cellerariuſ predicte ecclefie et frater mecelo et reingeruſ de riede, aduocatus richerſpergenſiſ cenobii, et amelbertus et wicpoto de orth*, et alii quam pluref. coram *Eberhardo epiſcopo ſalzburgenſiſ ecclefie* factum eſt iſtud. (l. c. N°. LXXI.)

*) Die Fortsetzung fehlt auch im Originale.

**) Hier müssen mehrere Worte fehlen.

LXXXII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quedam fideliſ matrona, nomine Siburch, per manum *Arnoldi de nûnlingen* tradidit ad altare ſancti Michaeliſ in *Richerſperge* Volſpertum ad quinque denariorum cenſum. Huius rei teſteſ sunt frater ipſius Wolſperti, *reinhervs, Alber de helm. De familia eccleſie Herbordus, Albertus, Hiltprant, Wernher, Helmuic.* (l. c. N°. LXXII.)

LXXXIII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam clericus, *baldrammuſ* nomine germanuſ frater eorum, qui hereditario iure poſſederant *curtim mulberc*, cum non interfuiſſet delegationi, qua fratreſ ſui delegauerunt predictam curtim ſuper ſacraſ reliquiaſ richerſpergenſiſ cenobii, poſtea ſuperuenienſ abnegauit ſuper altare ſancte crucif, quicquid iuriſ habuit in predicta curte. huius rei teſteſ sunt, *Etich et filius eius chûnrat de merſwanc, Megenhart et filius eius Etich de Geginberch, Hainricuſ concubinarius filius comitiſ Gebehardi de Purchuſin, Sibot de familia eccleſie.* (l. c. N°. LXXIII.)

LXXXIV.

Sciant omneſ chriſti fideles, quod quedam fideliſ mulier *Hadœwic* nomine *de Bretenberc* tradidit quoddam predium ſuum *Thirefuvel* et *Phorohowen* ſitum, ad altare ſancti Michaheliſ *Richeriſperg.* Quod predium eiusdem loci canonicus nomine Waltherus ad hoſpitale pro V ſolidiſ conparauit et coram hiſ teſtibus traditionem fieri fecit, *Diepolt de Aeichinberg, Heinrich Zant cognomine, Chûnrat Sueuuſ, Manegolt, Otto, Perthol, Lûitolt, Dietmar, Heinrich, Sigeboto,* omnes hi de familia eccleſie. (l. c. N°. LXXIV.)

LXXXV.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo Pilgrimus* nomine de *Siclineſprûn*, rogatu cuiusdam Meirbotoniſ de familia sancti Michaeliſ tradidit ad altare eiusdem in *Richeriſperg* quoddam predium *Geizbach* ſitum. Quod

pro ſex ſolidiſ a prefato Meribotone quidam Walteruſ eiusdem loci ſacerdoſ et canonicus in uſus pauperum ad hoſpitale conparauit. Huius rei testes sunt, *Megenhart, Adalbero, adalbreth, Balthwin, Heinrich, friderich, Ôdalſcalch*, omneſ de familia ecclefie.

LXXXVI.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam fideliſ homo de familia Richerſpergenſiſ ecclefie, fridericus nomine, cvm uxore ſua Heloch nomine, cum haberet prediolum, ſcilicet tria ivgera per treſ campoſ diſtributa, conpulſuſ inedia uendere cogitauit. Habenſ uero paruuloſ, qui nondum annoſ diſcretioniſ attigerant, emptorem non invenit. Huius negotii qualitas coram eiusdem loci prepoſito, nomine *Gerhocho*, ventilata, iuſticia dictante ſententia (sic) promulgatur, hominem ad ſuorum ſuſtentationem paruulorum poſſeſſiunculam poſſe vendere nec eoſdem paruuloſ adultoſ uel prouectoſ factum patriſ caſſare debere. Poſt hec quidam ſacerdoſ eiusdem loci canonicus, Waltheruſ nomine, cum eſſet prouiſor pauperum, in uſuſ eorum ad hoſpitale prefatum prediolum, *frihem* ſitum, pro ſex ſolidiſ conparauit. Quo dato precio publice ſuper altare, nemine contradicente, delegatur et contraditur ab ipſo friderico et uxore ſua coram pluribus teſtibus, quorum nomina ex parte ſubter annotata continentur, *Eingelfridus et filius eius Manegoldus De Antheſenhouen, Maganus de Phihuſen, Werigant et Regenhart De eodem loco, Heribordus et Otto De Eichehe, Manegolt De Tobele, Gerlochus et Meingozuſ de Aſpach, fridericus, Heithfolcus, otheſcalcus, Hilthebrandus*, omneſ de familia ecclefie. Item nouerint omneſ chriſti fideleſ, quod frater predicte mulieriſ Heloche, Werinharduſ nomine, portionem quoque ſue hereditatiſ, quam a fratribus ſuiſ in legitima diſtributione ſuſceperat, tria videlicet iugera cum Curtili et Prato adiacente *friheim* ſita, predicto ſacerdoti Walthero XIII ſolidiſ venundatum ad altare Sancti Michahelis *Richeriſperg* delegauit. Huius rei teſtes sunt. *Diethricus De Poumgarth, Eberhardus De Ômeſheim, Hartlib De Richeriſdorf, Rûdolfuſ de Poumgart, Ôdalſcalcus de Tobele, Cûnradus Sueuuſ. Berengerus de Hagenhowe*, et Reliqui qui ut ſupra. (l. c. N°. LXXV.)

LXXXVII.

Sciant omnef chriſti fidelef, quod quidam fidelef germani fratref *Wernhardus Rikkeruf et Hainricus de Rotou* tradiedrunt ad altare s. michahelis ancillam ſuam, nomine Tûtam, ad V denariorum cenſum. Huius rei teſtef ſunt, *Gûbertus, milef eorum, Perhtoldus . . . . . .*°) *Magnus de Wihuſen, Perhtoldus de Rûrip, Ditmar de hezlinſhouen.* (l. c. N°. LXXVI.)

LXXXVIII.

In nomine ſancte et indiuidve trinitatis. Ego *Eberhardus dei gratia ſalzburgenſiſ archiepiscopuſ* Gerhoho Richerſpergenſi perpetuam ſalutem. Ea, que racionabiliter inter perſonaſ maxime eccleſiaſticaſ aguntur, rationabiliter quoque confirmanda ſunt, ne litiſ occaſio in poſterum, dum minus putatur, ſuboriri ualeat. Notum igitur uniuerſiſ chriſti fidelibus uolumus eſſe, qualiter decimaſ patelle in *halla* ex dominicalibus noſtriſ Richerſpergenſi cenobio collate, que decime a bone memorie *Balderico abbate monaſterii ſancti Petri* requiſite et optente ſunt, rationabili reconpenſatione redemimus, vt eadem patella nullaſ de cetero decimaſ perſoluat, ſed integra in uſum Richerſpergenſium cenobii ad ſeruicium fratrum ibi deo militantium noſtra pontificali donatione permaneat. Hec autem reconpenſatio facta est de prediiſ cuiusdam heinrici hallenſiſ civis, cvius cognomentum ferro. Ut avtem hec noſtra reconpenſatio cunctiſ retro temporibus ſtabiliſ et inconuvlſa permaneat, hanc inde paginam conſcribi, et sigilli nostri inpreſſione muniri ivssimus. Actum in *ciuitate Salzburgenſi* XII. kal. septembris. Anno dominice incarnationis Milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo. Indictione VII. Regnante domino friderico romanorum imperatore primo, anno regni eius VII. imperii vero IIII. noſtri autem pontificatus anno XII. feliciter, Amen.

† Ego Eberhardus Salzeburgenſis archiepiscopus subſcripsi.

† Ego Hvgo prepoſitus subſcripſi.

† Ego Heinricus decanus subſcripſi.

°) Im Originale ein leerer Raum.

Ego Heinricus Salzburgenſiſ abbas subſcripsi. †
Ego heinricus prior sancti Petri subſcripſi. †
Ego Adelbertus hovenſiſ prepoſitus subſcripsi. †
Ego Meginhardus capellanus et notarius subscripsi. †
(l. c. N° LXXVII.)

LXXXIX.

Eberhardvs dei gratia ecclesie juvauensis archiepiscopuſ dilectiſ in domino filiis Gerhoho Richerſpergtenſi oprepoſi et eius fratribus ſalutem et ſinceram in chriſto dilectionem. Qvia noſtri eſt officii, vt in diſpenſatione nobiſ credita religioſaſ et in dei ſeruicio deuotaſ perſonaſ manu teneamus et confoueamus, uobis in hoc tanto deuocioreſ exiſtimus, quanto uoſ adtencius in dei ſeruicio et religioniſ obſeruancia ſtudere cognoſcimus. Unde conceſſionem *in brambergenſi eccleſia* uobis uerbo noſtro factam, ſcripto quoque nostro firmatam decernimus vobis ueſtriſque ſucceſſoribus inuiolabilem permtanere, v uidelicet unus de ueſtriſ curam plebiſ amminiſtret, ſalua in omnibus iuſticia noſtra noſtrorumque ſucceſſorum. Adicimus etiam, ut ſi, quod abſit, perſona de veſtra congregatione in hoc miniſterivm aſſumpta uel in religioniſ diſciplina, uel in commiſſi gregiſ prouidentia uel in dilectione ac fidelitate erga clauſtrum ſuum cuſtodienda minus, quam oportet, cavta inuenitur et ſecundo ac tercio coram archiepiſcopo commonita non reſipuerit, viciaque notata non emendauerit, liberum ſit prepoſito conſulto primum ſalzburgenſi archiepiſcopo cum eius conſenſu, perſonam illam retrahere ad clauſtralem diſtrictionem atque in eius locum ſubrogare alium de manu archiepiſcopi regulariter inueſtiendvm, nec tamen a regulif clauſtri, quantum poſſibilitaſ, ſeruandiſ ullo modo eximendum. Ut autem hec noſtra conceſſio firma et inuiolata in poſterum permaneat cartam hanc inde conſcriptam, ſigillo noſtro communiri fecimus. † Ego Hartmannus brixinenſis epiſcopuſ subſcripſi. † Ego Romanus gurcenſiſ epiſcopus subſcripſi. Ego heinricus abbaſ s. petri subſcripſi. Data *ſalzburg*, VI. idus ivnii, anno dominice incarnationiſ MCLX. Indictione VIII. anno pontificatus nostri XIII. feliciter Amen, Amen, Amen.
(l. c. N° LXXVIII.)

XC.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod quidam homo, nomine *Wicpoto* et *Ditericus* frater eius de *tiuenbach*, hominem ſui iuriſ nomine Rŭdpertum tradiderunt eccleſie s. Michaelis *Richerſperge* ad cenſum V denariorum per manum cuiusdam liberi hominiſ nomine Popponiſ de . . . . . *). Hvius Rei sunt teſteſ, *Walther et Chŭnrat fervus eius de hageningen, Heribordus de familia eccleſie, Meriboto et Ditericus de tobele, Chŭnradus et Hiltprandus, Chŭnradus et Cotſcalchus, Meginherus et Prŭinwardus, Haincicuſ* (sic) *leuir Rŭdperti, Poppo traditor eius.* (l. c. N°. LXXIX.)

XCI.

Notum ſit chriſti fidelibus, Rŭdperti uxorem nomine Oſterhildam, que ex donatione domini ſui Cholonis propria eccleſie richerſpergenſiſ ancilla eſſe debuerat, dato redemptioniſ precio a prepoſito eiusdem loci *Gerhoho* in cenſualem V denariorum cvm filiiſ ſuiſ eſſe recognitam, cuius tamen mulieriſ germani fratreſ et ſororeſ priori proprietatis et conditioniſ lege tenentur. Hvius Rei sunt teſteſ, *Dittericus de tobele, Heribordus et Merboto, Hilteprandus et Chŭnradus, Magnus et Wergant frater eius de vihuſen, Otto et Perinhardus filius eius, Pruinwart et Cotefridus, Riwin, Engilbertus de phaphingen, Gotſcalchus, Werigant de phaphingen, Manigoldus frater ottoniſ de aicha.* (l. c. N°. LXXX.)

XCII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo *Chalohc* nomine de *izing*, tradidit ad altare ſancti Egidii in eccleſia ſancti Michahelis *Richerſperg* ſeruum ſuum proprium Wernhardum, ad V denariorum cenſuſ. Huius rei teſteſ ſunt, *Wernhart de izing et filius ſupradicti chalochi et Waltherus filius Waltheri de Tobele, pezl et filius eius prunwar-*

*) Im Originale ein leerer Raum.

duf, Wernharduf de Wilbach, Rhewinus, et alii pluref de familia eccleſie. (l. c. N°. LXXXI.)

XCIII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo, *Ditricuf* nomine de *tiufenbach*, delegauit quendam famulum ſuum Rûpertum nomine per manum cuiusdam fidelis uiri *Chûnradi de Sigehartig* ad altare sancti Michahelif *Richerfperg* ad V denariorum cenſum. Huius rei teſteſ ſunt, *Waltheruf de tobele et filius eius Ditrich, Herborduf, Merboto, Chûnrat, Prunwart, Hiltprant, Gotfcalch*, omneſ hi de familia eccleſie. (l. N°. c. LXXXII.)

XCIV.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod due *libere femine* ſemetipſaſ tradiderunt eccleſie ſancti Michahelif in *Richerfperg* ad V denariorum cenſum, quarum nomina ſunt, *Richilt et Wentelmût de Ghunzingen.* Teſteſ quoque donationiſ huiuſ per aurem adtracti ſunt hii, *Rickeruf de Trheſlheim et Chunradus frater ipſius, Wernheruf de ſancto Martino, Gotfalch et Chunradus de familia eccleſie, Gotfalhc de Winthag et Pilgrimus leuir ipſius.* (l. c. N°. LXXXIII.)

XCV.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod quidam homo *miniſterialiſ marchioniſ de ſtira, Herrandus* nomine de *wivuarin*, tradidit ad altare s. Michaelis *Richerſperge* hominef ſui ivriſ ad cenſum V denariorum, quorum sunt nomina hec, Richilth cum filiiſ et filiabus, Einwich, Dûrinc, Hadewich, Ivdita, Benedicta, Rickart cum filiiſ et filiabus, Engilgerus, Heinrich, Rvdeger, Richiza. Tradidit autem eoſ tali tenore, ut nullus ſit eorum aduocatus, niſi quem prepoſitus cum congregatione uoluerit, quod ſi eoſ aliquiſ poteſtati ſue uſurpauerit, querimonia referatur ad marchionem ſtirie. Teſteſ per aurem attracti sunt hi, *Bertolt de tarſtorfe, Rôdpertus frater eius, Waltherus de*

hageningen, Helenpreth de Ranefhoven, Pabo et frater eius Albero de holceliuth, Alckeruf de waldekke, Et ipfe Herrandus de wiuvarin, Waltherus de tobele, Chŏnradus et hilteprandus de familia eccleſie, et alii multi. (l. c. N°. LXXXIV.)

XCVI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *Wolfgrim de wizelingin* delegauit ad altare s. michahelis *Richerſperg* duo mancipia Chunigundam et Richardam ad cenſum V denariorum rogatu cuiusdam wichardi, ſunt autem filie cuiusdam Achekindis. Huius rei teſteſ sunt, *Walrab de ippingin, Rabo de wezwingin, Wichart, Engeldie, Chunrat, omneſ de wizelingin, Wolfpret de hunoltingin, Merboto de familia ecclefie,* et alii plureſ. (l. c. N°. LXXXV.)

XCVII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo *Bernhardus* nomine de *Echae* tradidit propriam ancillam ſuam Bezelen nomine cum poſteritate ſua ad altare ſancti Michaeliſ *Richeriſperge* ad quinque denariorum cenſum. Huius rei teſteſ ſunt, *Enwicus de frihem, Walterus de Tobele, Tancmarus frater prefati Berenhardi, Engiſcalcus de Tobele, Tancmarus de Nofebach.* (l. c. N°. LXXXVI.)

XCVIII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo nomine *Chŏnradus de ſighartingen* delegauit ſuper altare ſancti Michaheliſ in *Richeriſperge* quandam feminam nomine Irmingardam ad V denariorum cenſum. Huiuſ rei teſteſ ſunt *ipſe delegator Chŏnradus et filius eius Chvnradus et Adalbertuſ et Adilbero et Pero et Wecil et frater eius Eppo,* et alii pluref de familia eccleſie. (l. c. N°. LXXXVII.)

XCIX.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo nomine *Geroldus de Veltchirche* delegauit eccleſie ſancti

Michahelif in *Richerifperge* Regelindam cum tribus liberif ſuis et tota poſteritate ſua ad V denariorum cenſum. Huius rei teſtef ſunt, *Heberhadduf*, *Rûpertus*, *Pertolduf*, *arnolduf*, *Erchenpolduf*, *hi omnef de Hambach*, *Hartuuicus de Veltchirche.* (l. c. N°. LXXXVIII.)

C.

Sciant omnes chriſti fideles, quod quedam mulier, nomine *Imma*, cum eſſet *libera* tradidit ſe ipſam cum filio ſuo nomine Adelberone bona deuotione ſuper altare ſancti michahelis *Richerifperge* ad cenſum quinque denariorum, totamque poſteritatem hoc ivre decreuit fore ſubivgatam. Huius rei teſtes sunt, *Einwicus et Heinricus De frihem*, *Waltherus et Engelſcalcus de Tobele*, *Magnus et frater eius*, *Wergandus de Phihuſen.* (l. c. N°. LXXXIX.)

CI.

Omnef fideleſ chriſti ſciant, quod quidam fidelif homo *Rôdegeruf* nomine de loco, qui dicitur *Pigarten*, dedit famulum ſuum Reginhardum ad altare ſancti Michahelis *Richerſperg* ad V denariorum cenſum. Cuiuſ rei teſtef ſunt, *Wdalricuſ et Wernhart fratres eiusdem rûdegeri*, *Gerbot*, *alber*, *Otto*, *omneſ de Pigârten.* (l. c. N°. XC.)

CII.

Quedam fidelif mulier *adelheit* nomine, uxor *Rapotoniſ de gurten*, tradidit famulam ſuam heilicam nomine ad altare s. Michahelis *Richerſperg* ad V denariorum cenſum, huius rei teſtef ſunt, *Walther*, *Wergant*, *Rahewin de tobele*, *Rapoto maritus predicte adelheidis.* (l. c. N°. XCI.)

CIII.

Quidam fideleſ *Reginharduf* et uxor eius Richpurch nomine *de guncingen* conſentientibus filiif ſuif chunrado et Reginberto predium ſuum *Guncingen* tradiderunt ad altare ſancti Michahe-

lis *Richerſperg.* Huius rei teſtes sunt, *Pezilo nauta, ditmaruſ nauta, Magnuſ de vihuſin, ditricus filius waltheri de tobele. Manegoldus,* et multi de familia eccleſie. (l. c. N° XCII.)

CIV.

Sciant uniuerſi fideles chriſti et eccleſie, quod quidam *nobiliſ homo Wicmannuſ nomine de lonſburch*, tradidit ad altare s. Michahelis *Richerſperg* quandam ancillam ſuam cum filiis et omni ſui generis poſteritate ad cenſum V denariorum. Huius rei teſtes ſunt, *Albuinus de ſteine, Nendinguſ et fratres eius folchrat et Liutolduſ de gurten, Pilgrimus de friheim, Waltheruſ et engelſcalcuſ de Tobele,* et alii multi. (l. c. N° XCIII.)

CV.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo Altmannuſ* nomine de *prame* tradidit ad altare ſancti Michahelis *Richerſperg* predium cuiusdam fidelis uiri *megengoti* nomine *de taidingeſkirchen,* ſitum iuxta *flumen brame,* quod quidam megenharduſ diſpenſator predicti megengoti tunc inhabitabat. Huius rei teſtes ſunt, *Erchenbertuſ de ſlaine, altmannuſ traditor, Magnuſ et Wdalricuſ et willehalmus de phihuſen, Perhtolduſ de anteſinhouen, Engelſcalcuſ de tobele, Ditericuſ filiuſ Waltheri de tobele, Hereborduſ,* et multi de familia eccleſie. (l. c. N° XCIV.)

CVI.

Notificamuſ uniuerſis chriſti fidelibus, quod quidam *liber homo, altmannuſ* nomine *de brame,* nepos altmanni ſenis de eodem loco tradidit ſuper ſacraſ reliquiaſ eccleſie ſancti Michahelis *Richerſperg,* predium cuiuſdam fidelis adoleſcentis, nomine ottonis, peticione ipſius adoleſcentis et conſenſu ſororis ſue Helene, in loco, qui dicitur *paterifchefhaim;* huius rei teſtes sunt, *Wdalricuſ de uurt, Rûdegeruſ et witig fratres Wlrici predicti, Rûdolfuſ et hainricuſ filii eiusdem Wdalrici, Ainwicuſ de ſancto Martino, Adelpertus, Wernheruſ, Hartmûduſ de*

ſeruiſ eccleſie, *Wernheruſ de orte.* Idem quoque adoleſcenſ otto famulam ſuam, hicilam nomine, cum filiiſ ſuiſ et ceteram familiam ſuam utriuſque ſexuſ, quam ipſe hereditario iure manu tenebat, numero quatuordecim, cum omni eiusdem familie poſteritate tradidit ad altare ſancti Michahelis *Richerſperg* ad omnimodam proprietatem. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Erchenbertuſ de ſtaine*, *altmannuſ de Brame*, *Magnuſ de phihuſin*, *Engelſcalcuſ de tobele*, *Ditericuſ et herborduſ de familia eccleſie.* (l. c. N°. XCV.)

CVII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *liber homo Wllarmunduſ* nomine de *angeſiez* delegauit ſuper ſacraſ reliquiaſ eccleſie ſancti Michahelis predium duorum fidelium, helperici uidelicet et uxoriſ eius UUillebirge de *ruripe*, peticione ipſorum. Predium autem uulgari nomine dicitur *Gounſhaim.* Huius rei teſteſ ſunt, *UUdalricus*, *qui cognominatur ſchober et filius eiuſ arnolduſ*, *Megerharduſ de ûbelingen*, *Eberharduſ de uuiterun*, *Erneſt de brambach*, *alram de gûlſhaim*, *Arnolduſ de ſenge*, *haitfolch et frater eiuſ wernhart de brame*, *hugo de lengenouue*, *Nendinguſ de ſenge*, et alii multi. (l. c. N°. XCVI.)

CVIII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod *nobiliſ quedam femina Liucart* nomine et filii eius *Erkembertuſ* et *hartuuicuſ de moſbach* concambium de quodam predio ſuo fecerunt cum fratribus, qui deo militant in *richerſperg.* Concambium autem tale eſt. Predicta femina et filii eius predium habebant, quod *reuel* dicitur. Quod acceptiſ XL talentiſ firma traditione delegauerunt ſuper altare ſancti Michahelis *Richerſperg* ad omnimodam proprietatem Quo contra data ſunt illiſ per manum *nobilif uiri Regingeri de riede* predia duo, due ſcilicet curteſ iuxta *ſiluam honhart* in uilla, que dicitur *aſpach*, quaſ contulerat predicto monaſterio Rûpertuſ et filiuſ eius ditericus illuc conuerſi, et curtiſ una *ditrichingen.* Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Regingeruſ de Riede et filius eius Wlricus de ſtoithe*, *Erkembertus*

*et hartuicuf de mofbach, Erkembertuf de ſtaine, Otto de anteſin, Wernhart iunior et frater eius Wlricus de riede Etihc de adloltingen et filius eius Hainricus, Megenhardus de geginberge, Arnoldus de Ziufelſperge *), Hainricuf de wigratingin, UUernharduf et hezil de gurtin, Ainwicuf de marchluppe, Almar de munigen, Chadelhoch de ſtaine, Sigehart de chirechperch, UUaltheruf et filius eius waltheruf de tobele.* (l. c. N°. XCVII.)

CIX.

Sciant omnef chriſti fidelef, quod dominuf *Engelbertuf hallenſif comef* una cum uxore ſua *Hadewiga* et duobus filiif ſuif *Gebehardo et diterico* tradiderunt in manum cuiusdam *nobilif uiri Marquardi de amerange* curtim unam in uilla, que dicitur *Ezenbach* ſitam, ob remedium anime ſue ad peticionem domini Gerhohi prepoſiti Richerſpergenſif eccleſie et fratrum eius, quocunque diſponerent, delegandam. Huiuf rei teſtef ſunt, *Predictuf comef Hallenſif et filii eiuf prenominati, Ditericuf de amerange, Gotefridus de Rûltinge, Purcharduf de Sewaren, Perhtolduf de Charlſteten officialif predicti comitif, Eberharduf de hage, Gotefridus de etelinge, Otto de ſteten,* Sciendum preterea, quod idem preterea ad peticionem prefati prepoſiti in manum cuiuſdam waremundi de angefieze deuenit, quod idem warmunduf item ex peticione prepoſiti in manum cuiuſdam Rûperti de . . . . **) delegauit, *Heinrico de grauendorf* conferuandum et quo uellet delegandum, uidelicet in legittimum concambium pro curti, quam idem Heinricuf ex donatione uxorif ſue in loco, qui dicitur *Reuele*, poſſederat, quam iterum idem Heinricus una cum uxore ſua Gertrude per manum legatarii ſui iam dicti warmundi ad reliquiaſ ſanctorum Richerſpergenſi eccleſie tradi fecerunt in legittimum uidelicet concambium pro iam dicta curte ſibi delegata. Ex peticione uero prefati Heinrici predictuf Rûtpertuf reddidit legittima delegatione idem predium prefato Warmundo ſibi et uxori ſue conferuan-

*) Oder *Zuifelſperge.*

**) Im Originale ein leerer Raum.

dum et ad peticionem eorum, quo uellent, delegandum. Actum in uilla, que dicitur *Rûrippe*, *coram magna multitudine in concilio comitiſ Ekkeberti*, Et harum donationum hinc et inde teſteſ fuerunt, *Ŏdalricuſ et filius eius arnoldus de aſchaha, Nendinguſ de Chriecheſdorf, Alhkeruſ de waldekke, Erneſt de brambach, Arnolduſ de ſenge, Liupolduſ de brambach, Eberharduſ de witrun, Siboto de adelbernge, Megenharduſ de vbelinge, Aribo de Mitchin, Chûnraduſ de Sigehartinge, Haitfolch et frater eius Erneſt de brame, Alram de geinberch, Ditricus de angeſiez, Rûdegeruſ de brambach, Alram et ſiboto de choleſhaim, Helphrich et Prunwich de Ruripe, Eberwinus de Rûltinge*, et alii quam plureſ tam liberi quam miniſteriales. (l. c. N°. XCVIII.)

CX.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibuſ tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam *nobiliſ homo Regingeruſ* nomine *de Riede* una cum filia ſua item *nobili liupirch* nomine, tradidit ad altare ſancti Michahelis *Richerſperg* predium cum uineiſ, quaſ habebant in loco, qui dicitur *Sibenbach*, ita tamen, ſi abſque herede predicta liupirch ex hac uita migrauerit, pro remedio animarum ſuarum et parentum ſuorum. Predictuſ quoque Regingeruſ curtim unam, quam habuit in *uzintal* in loco, qui dicitur.....*) firma traditione tradidit ad predictum altare; utriuſque traditioniſ teſteſ hi ſunt, *Waltheruſ de hageningen, Otto de anteſin, Wlricus filius Wernhardi de Riede, Gerolduſ et Wezil item de riede, Perhtolduſ de Reinhartiſhaim, Chûnraduſ de iſingrimeſhaim, Gerhardus de huſrukke.* (l. c. N°. XCIX.)

CXI.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam fideliſ homo *Richzo* nomine, tradidit ſuper altare ſancti Michahelis *Richerſperg* Gerhardum cum reliqua utriuſque ſexuſ familia ſua pro remedio anime ſue ad omnimodam proprietatem. Huius rei teſteſ

*) Im Originale ein leerer Raum.

ſunt, *Waltheruſ et Engelſcalcuſ de tobele*, *Rahewinuſ iunior item de tobele*, *Perhtolduſ*, *Waltheruſ*, *Wicpoto*, *de familia ecclefie.* (l. c. N°. C.)

CXII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod *Walthalmus* et *Rûdolfuſ* adque (sic) *altmannus*, treſ uidelicet uterini fratreſ de *khapel* concambium fecerunt de quodam curtili ſuo, quod habebant in prenominato loco cum fratribuſ de *Richerſperg*. Huius rei teſteſ ſunt, *Rûdolfuſ de Wacherſbach*, *Hartman*, *Eberhart*, *Herman*, *hi treſ de rancingen*, *Wernhart de Chapella*, *Ditmaruſ de praitwiſen et frater eius Chûnraduſ*, *Wolfrat et Pernhart de tauerbach*, *Lutwinuſ*, *Richer*, *Megengoz*, *ainwich*, *Hartman carpentarius de Chapella.* (l. c. N°. CI.)

CXIII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quidam *nobiliſ homo*, *Erkembertuſ* nomine de *ſteine*, predium cuiusdam fideliſ uidue *Iudite de pornhaim*, *wazenchirchen* et *Sikelingen* ſitum, peticione ipſiuſ uidue tradidit ad altare ſancti Michahelis *Richerſperg* ad omnimodam proprietatem pro remedio anime iam dicte uidue et uiri ſui Sibotoniſ ac filie ſue in predicto cenobio conuerſantiſ in hereditatem. hujus rei teſteſ ſunt, *Liupolduſ de ſtamehaim*, *Timo homo ſuuſ de eodem loco*, *Hartwicuſ de moſbach et wernhart homo ſuuſ*, *Alrammus de wanebach*, *Hainricus de grube*, *Herbordus et manegolduſ de familia ecclefie.* (l. c. N°. CII.)

CXIV.

Nouerit uniuerſitaſ chriſti fidelium tam preſentium quam futurorum, quod quidam *nobiliſ homo Eberharduſ* nomine de *Ekke* tradidit ad altare ſancti Michahelis *Richerſperg* predium *Richkeri de Aichperge*, curtim uidelicet, quam habuit *houarn*, rogatu ipſiuſ Richkeri in hereditatem filio ſuo perhtoldo predicti cenobii canonico. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Predictus*

Richkeruf de aichperg, Wicpoto et frater eius Wernhart de orte, Wernheruf de pûtenberch, Hartuicus, Chunraduf, Richkerus de orte, Chûnradus de aichperg, Engelmaruf homo predicti Eberhardi traditorif, Waltheruf de tobele, et alii multi. (l. c. N°. CIII.)

CXV.

Sciant cuncti chriſti fideleſ, quod quidam *miniſterialium comitif Ekkeberti de niwenburch, Richzo* nomine, conceſſione prefati domini ſui tradidit ad altare ſancti Michahelif *Richerſperg* predia ſua, que habuit in *grantberg* et iuxta *marclinfbach* ad omnimodam proprietatem pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum. Huius rei teſteſ ſunt, *Egeno de urle, Otto de anteſin, Wernhart de orte, Perhtolt de Reginhartſhaim, Chûnraduf de orte, Ditricuf de praitenberch.* (l. c. N°. CIV.)

CXVI.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *nobilif homo Wdalricuf* nomine filiuſ *Liucardif de moſbach* predium, quod *reuel* dicitur, a predicta matre et fratribus ſuif Erkenberto et hartuico antea delegatum, ipſe poſtea uenienſ, quantum ſui iuriſ erat, denuo ſuper altare ſancti Michahelif *Richerſperg* delegauit. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Regingerus de riede, Rihkerus de aichperg, wicpoto et frater eius Wernhart de orte, Gozwinus de osterhouen, Peringeruf de chapel, ditmarus de aiſterhaim, Adelpero et frater eius Gerhart de cella, Wernheruf et hartwicuf de ſancto Martino, Wdalricuf de anteſinhouen, Waltheruf de tobele*, et alii multi. (l. c. N°. CV.)

CXVII.

Notum eſſe uolumuſ omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod *domina Sophia comitiſſa de purchuſen* quandam iuris ſui famulam, uocatam Germůdam, rogatu ipſius delegauit in manus *nobilis uiri Werenhardi de Riede*, delegandam eccleſie Richerſpergenſi cum liberis ſuis, quod et ille conpleuit delegando eam prefato cenobio cum liberiſ ſuiſ ad

V denariorum cenſum ſingulis anniſ per ſinguloſ perſoluendum. Huius rei teſteſ ſunt, *ipſe delegator et treſ filii eius Rvdeger, Werenhart, Vdalrich, et duo nepoteſ eius Otto et Werenhardus, et hominef ipſius Pertoldus, Wolfgangus, Rvdolfuſ.* (l. c. N°. CVI.)

CXVIII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *liber homo, Walchûn* nomine *de eichahe*, tradidit ſuper reliquiaſ eccleſie s. michahelis *Richerſperg* predium cuiusdam fidelis adoleſcentiſ, *ottoniſ* nomine *de chrengelbach*, in loco *patrichſhaim* dicto ſitum. Huius rei teſteſ ſunt, *Altmannus de Geginbach, Arnolt de gouûltsheim, Willehalm, lampolt, Luteuuin, Gerhart, Pernhart, Heinrich, omneſ de eichahe, Lanzo et frater eiuſ arnolduſ, Kadelhoch, ditmaruſ, Wernharduſ, hi de aſcahe, Hainrich de ſeruiſ eccleſie.* (l. c. N°. CVII.)

CXIX.

Notum ſit preſentibus et futuriſ, quod quidam *homo nobiliſ unus ex regni principibus, comeſ Peritholdus de anedehſ* predivm quoddam *munſter* dictum, Quod cum eſſet *beneficium marchioniſ de ſtira ab episcopo babinbergenſi* ipſorum peticione per manum domini *regiſ friderici* in manum eius delegatum fuerat, idem comeſ Pertholdus petitione iam dictorum *epiſcopi babinbergenſiſ eberhardi* nec non et *marchioniſ otachari de ſtira* in manum *comitiſ Peritholdi de pogen* ad fidem delegauit, Richerſpergenſi eccleſie per manum eius omnimodiſ delegandum ad peticionem eiusdem eccleſie prepoſiti uel fratrum. Cvius Rei teſteſ sunt hi, *Marchio diepoldus de vohepurch, Walchûn de Stainibach, Heriman de Voheburch, Gotefrid et Nazariuſ de Anedehſ, Chadolt de funnebreteſtorf, Dietmar De eccleſia functe Marie, Gerhoch de vramelineſperge, Chadelhoch de Haiterenpómgarten, Eberhardus de Vrichendorf, Regenoldus frater episcopi babinbergenſis, Goteſchal de hanenchouen.* Actum *Ratiſpone* in curia ducif Bawarie ſimul et ſaxonie Hainrici *). (l. c. N°. CVIII.)

*) Conf. N°. CXXII.

CXX.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quedam *nobiliſ matrona liucardiſ nomine de moſbach* una cum filiiſ ſuiſ Erchenberto et Wlrico tradidit ad æccleſiam ſancti michahelis *Richerſperg* duoſ manſoſ predii ſui in loco, qui uulgari nomine *Dietrichingen* dicitur iuxta *flumen moſbach*, et curtim eiusden nominis iuxta *flumen Gurtin*, quam a predicte ecclefie fratribus in concambio cuiusdam predii ſui acceperat, et manſum in loco, qui *chirchhaim* dicitur, pro remedio anime dilecti filii ſui Hartwici, qui ipſa die huius traditionif in predicte ecclefie clauſtro (cimiterio) ſepultus est. Cuiuſ rei teſteſ ſunt, *Wernhardus de orte, et wernharduſ filiuſ wicpotoniſ de orte, Reginbertus de gurtin, Meginharduſ de geginberg, Eglolfuſ de frenclinſbach, Walrab de aſpach, Wernhart de ratena, Hainrich de wigratingen.* (l. c. N°. CIX.)

CXXI.

Sciant cuncti fideleſ, quod quidam *nobiliſ princepſ Gebehardus* nomine, *filiuſ Engelberti hallenſiſ comitiſ* tradidit ſuper altare ſancti Michahelis *Richerſperg* predium cuiusdam *nobiliſ uiri Hartuuici nomine de moſbach*, ſitum in loco, qui *uihepach* dicitur, quod idem hartuuicus in extremiſ ſuiſ ita fieri diſpoſuit pro remedio anime ſue. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Predictus princepſ Gebehardus qui et traditor, Gebehardus, Sifriduſ, fridericus miniſterialeſ eius de wazerburch, Alrammus de goulſhaim, Helpericus de Ruripe, waltheruſ de tobele*, et alii multi. (l. c. N°. CX.)

CXXII.

Cum notum ſit preſentibus, preſenti quoque ſcripto noticiam posteritati tranſmittimus de uilla, que *Münſtuer* dicitur qualiter per concambium in proprietatem et uſum ecclefie Richerpergenſi et fratribus inibi deo ſeruientibus ceſſerit. Cum *caſtrum*, quod *Staine* dicebatur in predio Münſtuer ſitum primo ab hoſtibus Erchenberti domini eiusdem caſtri fuiſſet exuſtum, ac deinde ſecundo *a duce baiorie (sic) et orientiſ Hainrico, pro qui-*

busdam rapinarum querimoniis flammis traditum *), cum iam videlicet de utilitate ſola agrorum agi poſſet, conplacuit domno caſtri Erchenberto eiusque uxori Chunigundi, nec non et filio ipſorum Hainrico iam adulescenti, quatinus a prepoſito Richerſbergenſi Gerhoo eiusque fratribus predium ipſorum in *Roſpahc* aliaque ipſorum predia acciperent ſicque uilla Münſtuer cum adiacentibus uiculis in uſum Richerſbergenſium iure concambii cederet, Reſque perlata eſt ad *marchionem odoacrem de Stira*, de cuius manu iam dictus Erchenbertus predictam uillam münſter in beneficio habuit. Actumque eſt apud ipſum Marchionem L^ta^ librarum ratiſponenſis monete interceſſione per prepoſitum et fratres, quatinus idem marchio concambio faciendo annueret. Qui et hoc fratribus ex gratia conceſſit, quantum ad eum ſpectabat, ut pro fundo iam dicto, quem ſimul in uno loco acciperent, quod ſimul in uno loco non poterant, in diuerſis locis abſque diminutione redituum iuxta ſuorum fidelium adprobationem reſtituerent. Ventum eſt deinde ſecundum ordinem *ad epiſcopum Babenbergenſem Eberhardum*, a quo marchio idem habuit beneficium. Qui et ipſe concambio faciendo intuitu pietatis annuit, ſimul ob eundem conſenſum preter rationem concambii accepta exhabundanti a uenerabili *archiepiſcopo ſalzeburgenſi Eberhardo* tercia parte decimarum noualium in *carinthia* uillicatatione (sic) *crunne* dicta. Quaſ uidelicet decimaſ legitimo concambio ab eccleſia ſalzeburgenſi prepoſitus Richerbergenſis obtinuerat, dato pro eis fundo annuatim ad redituſ duarum marcarum, piſcatione uidelicet ſua in *carinthia* in uilla *Chrovat* ad reditum uniuſ marce, itemque manſo in *enfetale*, quam ab eccleſia Babenbergenſi item per concambium obtinuerat, dato pro ipſo . . . . . .**). Idem quoque Babenbergenſis epiſcopuſ fratribus ex gratia conceſſit, ut fundum, quem in uno loco acciperent in diuerſis locis ſine diminutione redituum reſtituerent, prout ſui et eccleſie babenbergenſis fideles approbarent. Hiſ ita conpoſitis, immo et interim dum hec fierent, Predictus Erchenbertus aſſumpto ſecum

*) 16. Decemb. 1153. Chron. Reichersberg. Ludwig Script. rer. german. II. 264.

**) Im Originale ein leerer Raum.

filio ſuo Hainrico, itemque *dieterico de pongarten*, qui et ipſe idem beneficium de manu marchioniſ quaſi fratri forte obeunti ſucceſſuruſ acceperat, ſinguli treſ ipſum beneficium marchioni reſignabant, et de manu eiuſ fundum in *Roſpach* et reliqua bona reſtitutioni concambii deſignata de manu ipſiuſ in beneficium receperunt. Sed et *ipſe marchio coram rege friderico* idem beneficium *Münſtuer* in manum babenbergenſiſ epiſcopi reſignauit itemque fundum in *Roſpach* cum ceteriſ boniſ concambio deſtinatiſ de manu eius recepit. Deinde peticione epiſcopi ſimul et marchioniſ per manum *regiſ friderici* principaliſ eccleſie Babenbergenſiſ aduocati, Villa *Münſtuer* cum uiculiſ adiacentibus in manum *comitiſ Perhtoldi de anedehſ* delegata est eccleſie Richerſpergenſi omnimodiſ deleganda, dum primitus equalitaſ concambii a fidelibus domni episcopi et marchioniſ perſpecta et conprobata fuiſſet. Facta eſt autem hec reſignatio et delegatio *in longabardia territorio Brixienſe in expeditione regia*, quando ipſe *rex fridericus pro acceptione imperialis corone uidelicet romam cum exercitu tendebat *) ſub adriano papa* et teſteſ adhibiti quoſ carta inde conſcripta continet. Deinde uentum eſt domum et inſpectoreſ ac penſatoreſ concambii deſtinati ſunt. Ex parte domni episcopi babenbergenſiſ miniſterialeſ eius treſ Gozwinuſ de Oſterhouen et Adalbero ac frater eius Gerhart de cella. De parte Marchioniſ Dietmaruſ de haiſtereheime, Perengerus de Chapella, Bernolt de cherbach aliique fideleſ eorum. Interfuit et Chunigundiſ uxor Erchenberti mater predicti pueri Hainrici. Nam pater eius Erchenbertus interim mutato habitu ſeculari uitam cenobitalem in richerſperg cum filio et fratre delegerat. Affuerunt eiusdem Erchenberti ſeu filii eius hominеſ proprii Ditmarus et Richeruſ. Affuerunt utriuſque fundi coloni et diligenti indagatione diſcuſſum est, quid redituum ſoluerit unuſ manſuſ in uilla Münſter tempore Albwini patriſ Erchenberti, eo uidelicet tempore cum funduſ idem optime excultus videbatur et ſecundum penſionem unius manſi, qui melior uidebatur de omnibus etiam uilioribus idem erat iudicium. Erant autem curteſ treſ hinc et treſ inde, quaſ inuicem con-

*) Octob. 1154.

parari poſſe omnium iudicio conſenſum eſt, niſi quod curteſ ille in Roſpach pluſ ſoluebant, et in numero et in ſagina porcorum, quam ulla in curtibus Mûnſtuer inueniebatur inſtituta. Coloni quoque in Roſpach preter ſeruicium debitum non ſine redemptione precii ipſam coloniam ingrediuntur, quod ager in Mûnſtuer non admittit. Itaque ut dictum eſt, treſ hinc et treſ inde curteſ equaleſ inuente ſunt, nisi quod curteſ de parte Richerſpergenſium date in hiſ, quibus dictum eſt, precellebant. Igitur preter frumentum curtium, quod ſibi equaliter iuxta prouentus annorum reſpondere poſſe uiſum est, ceteri curtium et manſuum reditus prolatis etiam metretiſ in nummorum precio eſtimati ſunt, primo de uilla Mûnſtuer et uiculiſ adiacentibus ita, ut nec rapule nec herbe compoſiti negligerentur. Quod item de Roſpach et ceteriſ boniſ concambio deſtinatiſ factum eſt. Qualiter vero curteſ eedem treſ hic et treſ inde uel cetera data vel accepta ſibi in reditibuſ equentur ſequenti ſubputatione clarebit, quam propter ſurreptioniſ ſuſpicionem amouendam ſubnectere uiſum eſt. Villicus in uilla Mûnſter dicta ſoluit hec, Octo porcoſ paſcualeſ quos dicunt friſchingoſ et duoſ maioreſ porcoſ, anfereſ X. Gallinaſ XXX. metretaſ papauerif X. et modium leguminiſ et modium holeriſ et modium rapularum et CC. oua. De curte extra uillam poſita, que *Tobile* dicitur, ſoluuntur hec, Sex porci, quoſ uocant friſchingoſ, porcuſ unus, anfereſ ſex, Galline XX, metrete ſex papauerif, Modiuſ leguminiſ, Modius rapularum, Modiuſ holeriſ C. oua. De curte item extra uillam poſita predicte curti contigua ſoluuntur hec, Quinque porci, quoſ dicunt frinſchingoſ, anfereſ quinque, Galline XII, quinque metrete papauerif, Modiuſ leguminiſ, Modiuſ holeriſ, Modiuſ rapularum, Centum oua. Preter frumentum trium curtium, omneſ redituum utilitateſ ex manſiſ computate ſunt ad ſeptem talenta. Maior uillicuſ in uilla que *Roſpach* dicitur, perſoluit hec, Porcum ſaginatum et ſex porcoſ, quos friſchingoſ uocant, Anfereſ decem, Gallinaſ uiginti, Modium leguminiſ, Metretaſ decem papauerif, Modium unum rapularum, Modium unum holeriſ, Centum quinquaginta oua, ad uiſitationem Modium tritici, uruaſ duodecim ceruiſie, Caſeoſ decem. De curte ſecunda item in uilla ſoluuntur hec, Porcuſ ſaginatuſ et ſex porci, quoſ uocant friſchingoſ, Anfereſ decem, Galline triginta, Modiuſ leguminiſ, Modiuſ rapularum, Metrete

decem papaueriſ, Modiuſ holeriſ, Centum oua. Ad uiſitationem unus modiuſ tritici. Carrada dimidia ceruiſie, Caſei decem. De curte tercia, in eadem uilla ſoluuntur hec, Porcuſ unuſ ſaginatuſ et unuſ non ſaginatuſ, Porci quinque, quoſ uocant friſchingoſ, Anſeres X, Galline XX, Modiuſ leguminiſ, Metrete decem papaueriſ et modii duo rapularum, Modiuſ holeriſ et centum oua; ad uiſitationem Modiuſ dimidiuſ tritici, caſei decem. Preter frumentum trium curtium omneſ utilitateſ redituum ex manſiſ et molendiniſ computate ſunt ad octo talenta et ſexaginta nummos. Computati quoque ſunt de ipſa uilla *Mônſtuer* cum ceteriſ ville et viculorum agriſ ad ſedecim manſoſ et medietatem uniuſ manſi. Nomina vero uiculorum preter uillam Mûnſtuer ſunt hec *Obelingen* et mediuſ manſuſ, quod dicitur in loco *Gateren* et *Lawan*, item *Lawan*, *Tobele*. Conputati ſunt in uilla *Roſpach*, que de parte Richerſpergenſium data eſt tranſ *enum* in agriſ et molendiniſ ad penſionem utilitatiſ XI. manſorum. Item in uilla *Haidolvingen* duo manſi, In uilla *prencingen* unus manſuſ. Ad ſanctum *Martinum* ſciſ *enum fluuium* quinque manſi, Item *Gurten* et in uilla *Wilpach* manſuſ et dimidiuſ, qui inſimul ſunt manſi decem et nouem. Itaque et in numero manſorum duobus manſiſ et dimidio et in penſione nummorum uno talento et LX. nummis ſunduſ de parte Richerſpergenſium datus ſuperaſſe inuentuſ eſt, Quod mirum non erat. Nam militeſ ferme nouem qui uille Mûnſter maximam partem in beneficio habuerant non facile dimoueri poterant, donec eiſ ea, que habuerant, habundanter et ſuperhabundanter reſtituta ſunt, propter quoſ etiam amouendoſ et pacem uicinie ridimendam idem concambium fere permaxime de parte Richerſbergenſium ceptum et conſummatum eſt. Decimaſ quoque hinc inde dataſ et receptaſ reſpondere ſibi poſſe probatum eſt. Hiſ ita de equalitate concambii queſitiſ et inuentiſ, itemque ſitibus locorum inſpectiſ ad *domnum babenbergenſem* itemque ad *Marchionem* reditum eſt et ab utrorumque fidelibus hoc, quod inuentum eſt, expoſitum, qui etiam ſub debita et iurata dominiſ fidelitate requiſiti, utrique prout inquiſiti erant, reſponderunt et ſufficienti teſtimonio atteſtati ſunt, reſtituta in concambio bona equeualere aut etiam in penſione redituum prepouderare acceptiſ: Perinde

Ratiſpone in curia ducif Bauwarorum Heinrici *) peticione epiſcopi Babenbergenſiſ Eberhardi ſimul et marchioniſ odoacri iam dictus fundus Mûnſter cum uiculiſ adiacentibus per manum comitiſ Perhtoldi de Anedehſ in manum comitiſ pertoldi de Pogen delegatuſ est per manum ipſius eccleſie Richerſbergenſi ad peticionem prepoſiti eiusdem loci et fratrum omnimodiſ delegandus et huiuſ quoque donationiſ teſteſ legaliter adhibiti, quorum nomina ſunt hec . . . . .**) *Marchio de Voheburch, ipſe comeſ pertoldus de hanedehſ qui et traditionem fecit, Gothſalcuſ de hanechouen, Kadolth de ſunebreteſdorf, Chadelhochus de haiterpongart,* et alii quam plures. (l. c. N°. CXI.)

CXXIII.

Notum ſit chriſti fidelibus qualiter predium, quod dicitur Mûnſteur ab eccleſia babenbergenſi mutuatum per legitimum concambium ſigillato priuilegio Eberhardi Babenbergenſiſ epiſcopi firmatum, tandem nouiſſima et finali delegatione firmatum eſt eccleſie Salzburgenſi et cenobio Richerſpergenſi. *Dux bawarie Heinricus nepoſ imperatoriſ Lotharii* conuocatiſ bawarie principibus habuit *curiam triduanam* in loco, qui dicitur *Chorpheim.* Ibi ſupradicti cenobii prepoſituſ Gerhohuſ in audiencia publica interpellauit ac monuit *comitem Berhtoldum de pogen,* quatenus iam dictum predium, ſecundum quod in manum eius deuenerat, eccleſie Richerſpergenſi delegaret; ex Dei quoque prouidentia preſenſ fuit *comeſ Berhtolduſ de Anedehs.* Qui locutuſ eſt in hunc modum: facere debeſ o cognate comeſ Berhtolde, quod poſtulatur, quia ego id ipſum predium ſic in tuam manum Ratiſpone delegaui, ut tu hoc delegareſ iam dicto cenobio. Ad huiuſ ammonitionis firmitatem ipſe comeſ Berhtoldus de anedehſ compendioſe diſſeruit, qualiter ipſe coram domino inperatore friderico per ipſius inperialem manum annitente venerabili epiſcopo Babenbergenſi Eberhardo ac petente Marchione Otakaro cuiuſ idem predium fuerat beneficium ſuſceperit ipſius predii delegationem tam diu ſeruandam in manu ſua, quo aduſque predictuſ epiſcopuſ et Marchio peterent eam in iuſ ceno-

*) Conf. N°. CXIX.

**) Im Originale ein leerer Raum.

bii Richerſpergenſiſ tranſſundi conpenſata primum deſignati concambii qualitate ſecundum tenorem a domino babenbergenſe preordinatum. Hiſ igitur, que laudata erant, peractiſ et per miniſterialeſ ab epiſcopo et marchione deſtinatoſ legitime teſtificatiſ: ego, ait comeſ Berhtoldus de anedehſ, utriuſque videlicet epiſcopi et marchioniſ petitione tibi comeſ Berhtolde de Pogen delegaui hoc predium delegandum eccleſie Richerſpergenſi ad petitionem prepoſiti eiusdem eccleſie uel fratrum. Et ecce adeſt idem prepoſituſ cum fratribus petenſ eandem delegationem fieri eccleſie ſue, quod etiam tu, ſalua fide tua, non poteſ renuere. Huiuſcemodi ammonitione recognita, ipſe *comeſ Berhtoldus de Pogen* fidem ſuam exſoluenſ, paratum ſe oſtendit facere, quod iure petebatur. Igitur prolatiſ in medium reliquiiſ ad cenobium Richerſpergenſe pertinentibuſ aſſurrexit ipſe dux et principeſ illic preſenteſ in ueneratione reliquiarum ad perficiendum ceptum negocium. Tunc interrogatus est iam dictuſ prepoſitus, quiſ deberet eſſe aduocatuſ huius predii cenobio delegandi. At ille ſecundum quod preordinauerat *Eberhardus Salzburgenſiſ archiepiſcopus* ipſum dominum *ducem Heinricum* elegit aduocatum, ſuſceptorem pariterque tutorem fieri delegationiſ huius, qui et ipſam delegationem per manum predicti comitiſ factam ſuper reliquiaſ una cum prepoſito ſuſcepit iure aduocati et aſſenſu principum confirmauit, ſubiuncta triua interrogatione, utrum nam eſſet aliquis contradicenſ. Nemine uero contradicente ab ipſo duce ac prepoſito per aurem attracti sunt plurimi teſteſ, e quibus precipuoſ ſubſcripſimus: *Comeſ Pertholdus de andehſ, Comeſ Pertholdus de pogn, per cuius manum delegatio facta eſt, Comeſ Gebehardus Hallenſis, Prefectus urbis ratiſponenſis Henricus et frater eius Otto, Comeſ Chûnradus de Ronigen, Comeſ Gotfridus de Rûimſperg, chunno de meglign, Henricus de ſtotfe *), Pilgrimus de Wolmutſuh et frater eius Pertholdus, Eberhat de friendorf, Pertholdus de twimbrûn, Arbo de piburch, Rûdpertus concognomento Wolf,* et alii multi **). Hiſ ita peractiſ dum fratreſ Richerſpergenſeſ idem predium circiter XII. annoſ in pace poſſediſſent

*) Vielleicht: *ſtoiſe.*

**) Mon. boic. III. 458 haben hier noch den Zusatz: „anno MCLXI."

et incoluiſſent, denuo liſ exorta eſt ab henrico predicti Erchenperti filio, qui illvd ſe in beneficium habere affirmabat a marchione hereditario iure et paterna ſucceſſione, et concambium patratum fore ſe inſcio, ac minus ualere; nactus oportunitatem temporiſ ad eiusmodi auſum *ex morte marchioniſ* *) *et exorti ſciſmatiſ inter papam Alexandrum et inperatorem fridericum, qui manu tenebat Octauianvm*, Cui quum adherere rennuit predicti loci prepoſitus Gerhohus, uir adprime Katholicuſ, iram inperatoriſ evm fratribus ſuiſ incurrit; ſimul etiam tunc pro quodam articulo fidei ſuſtinenſ offenſam babenbergenſiſ epiſcopi. Vnde cum predictus H. querimoniam contra eum *coram inperatore patauie* mouiſſet, et ille ordinem concambii expoſuiſſet, et priuilegium ab epiſcopo babenbergenſe datum eodem tenore, adiudicatum est priuilegium repreſentari et ſecundum illius continenciam litem terminari, *locusque ad id denominatus Win, quo tunc deſcendebat inperator.* Vbi dum ſuperueniſſet epiſcopuſ babenbergenſiſ et priuilegium a ſe datum legi audiſſet, et pro iuſticia et quiete fratrum Richerſpergenſium iam danda ſententia fuiſſet, ſurrexit, et priuilegium quod a ſe datum negare non potuit, tali modo infirmare ſtuduit, quod penſatoreſ concambii ex parte ſua deſtinati a fratribus precio deprauati, non pro ueritate, ſed pro ipſorum uoluntate eſtimaſſent ab ipſiſ data, et ſibi falſa intimaſſent. Preterea in oſtenſionem et ultionem ſimultationiſ, quam contra prepoſitum G. pro diſcordante ſententia habebat, manuſcriptam ſuam hoc etiam modo infirmauit, ut diceret inſufficientem, quia non haberet ſubſcriptionem canonicorum. Cui cum reſponderet prepoſitus, in expedicione inperiali in caſtro brixienſe datum fuiſſe priuilegivm, ubi canonici non poterant interfuiſſe nec ideo infirmari debere, maxime quia non de eccleſiaſticiſ poſſeſſionibus, ſed de regalibus eſſet. Contra epiſcopus nec quidem teſtivm miniſterialium ſufficientem uel aliquem ſaltem continere numervm. Tandem ex conſilio principum eum finem accepit contencio ut prepoſitus, quia ex equo non poſſet reſpondere et concertare epiſcopo, ſe eius ſupponeret gratie et iudicio. In quo ille licet inuitus, quia ſuſpectum eum

*) Otacher † 31. Decemb. 1163.

habebat, conſenſit tamen, eo quod intelligeret, inperatorem facturum non pro ſe, quem aduerſarium ſuſtinebat, ſed pro epiſcopo, quem ſocium ſciſmatiſ ſui eſſe ſciebat. Epiſcopuſ vero tunc occupatus negotiiſ inperialibus, promiſit ſe *germanum ſuum fratrem Wolfherum* miſſurum ad conſiderandum utrvmque fundvm et ad illius relationem cauſam terminaturum. Prefatus uero H. eſtimanſ omnia pro uoto ſuo euentura, idem predium ſtatim inuaſit, fratreſ inde diſturbauit et agricolaſ ſuos in eo collocauit. Qui cum aliquantiſper in quiete ſedidiſſent, circumuicini et amici Richerſpergenſium, quorum deus tetigerat corda, pre omnibus autem precipui *Richkerus ſenior de Weſn* et conſangvineus eius *Wicpoto de ort* non ferenteſ inivriam fratribus illatam inuaſoreſ eiecerunt. Nec mora, dictus H. et ipſoſ et locvm Richerſpergenſem aggreſſus eſt rapiniſ et incendiiſ nocturnis deuaſtare. Prefati uero R. et W. forti manu propulerunt eum et tam ſe, quam ſua periculo tradiderunt pro liberatione domus dei. Reddat illiſ deus in regno ſuo celeſti. Adeo autem ingrauatum eſt prelium, ut fratreſ et ſe et ipſum monaſterium cogerentur defendere armata manu, ne per nocturna perirent incendia. Tandem cum prolongata iniquitate nec ſeminare permitteretur nec metere auxilium *ducif bawarie* inplorant, qui in defenſionem ſuam idem predium ſuſceperat. If iam per triennium bellicis rebus occupatus in *faxonia* remanſerat. Inploratus auxilium reſpondit, inperatorem propter ſciſma locum proſcripſiſſe, et ideo nec uelle nec poſſe eiſ ſubuenire. Illi autem feſſiſ rebus ſolum ſubſidium fugam habebant. Vnde commonitus babenbergenſiſ epiſcopuſ a quam pluribus relligioſiſ laiciſ et clericiſ, ne locum tante relligionis permitteret uenire in deſolationem, quia idem H. malum omne uideretur agere ſua auctoritate, tum demum miſit *fratrem Wolfherum*, Qui inſidioſe nimiſ tam inculta quam cvlta uille Mûnſtvr dimenſuſ in funiculo dimenſionis, ſicut uoluit, magnificavit, predia vero a fratribus data non ſimul, ſed ſparſim, quia metiri non poterant, annullavit. Epiſcopus uero concambium, ut factvm erat, permanere decreuit, ſed ad uoluntatem domini H. duaſ curteſ ſuperaddi, unam in *Roſpach*, alteram in *oſtrndorf*, quaſ fratreſ tinuerunt, datiſ VI. curtilibus in *vncn*, unde perſoluebantur ſingvliſ anniſ IIII. marce. Preterea data eidem H. CXX. talenta. Ipſe uero episcopuſ in priuilegio ſuo priori, quod coram

inperio infirmauerat, denuo confirmauit ſub alia bulla ſubſcribenſ ſuper addita et ſupplenſ, quod decerat in numero teſtium, tradenſ in cenobio bruuingnenſi ſeruandvm, donec omnibus perſolutiſ ibi a predicto H. requireretur et eccleſie Richerſpergenſi daretur; eo modo firmata amicicia, ut ſuper iniuria inlata nulla in poſterum aduerſuſ eum a fratribus moueretur querimonia. Hiſ ita peractiſ non diu poſtea moritur uterque et pie memorie *G. prepoſituſ et Eberharduſ babenbergenſiſ epiſcopuſ* *). Tum fratreſ miſſo nuncio ad ſubſtitutum epiſcopum Hermannum de manibus eius aput bruuinnigen acceperunt priuilegium. Accidit non longe poſt, ut *Archiepiſcopuſ Albertus*, dum moraretur *Richerſperg*, predictvſ H. illuc ad eum diuerteret, et auxilio fratrum inibi peteret, ut communionem reciperet, quam perdiderat ob patrata incendia. Quam dignitatem uidelicet abſoluendorum incendiariorum et ſciſmaticorum cum condigna penitencia idem archiepiſcopuſ a papa Alexandro litteriſ miſſiſ acceperat, quia fideliter ei adheſerat. Non autem prius in abſolutionem ipſiuſ H. inclinari potuit, donec allatiſ relliquiiſ ſanctorum iure iurando firmaret ſuper illas, numquam in posterum Richerſpergenſe cenobium ſe infeſtaturum de facto concambio. Nec erat, quare id iurare differret, quia iuxta tenorem priuilegii iam ſuper additaſ uillaſ poſſederat, et pecuniam CXX. talentorum acceperat. Hiſ ita conpoſitiſ poſt aliquantum temporiſ uita deceſſit *uir ingenuuſ* frater *Ditricus*, qui in eccleſia Richerſpergenſi ſtrennue amminiſtrauerat officium cellerarie annoſ circiter XXV. Eius induſtria iniciatum et conſummatum erat omne prefatvm concambium. Iterum prefatus H. fratreſ aggreſſuſ eſt inquietare de quibusdam pratiſ et manſo dimidio, dicenſ ea non abſoluta fuiſſe concambio et ea ſe repetere ſuperſediſſe cauſa conſanguinei ſui fratris Ditrici. Cauſam fratreſ inſinuant *duci bawarie* aduocato eiusdem concambii. Qui eo tempore ſub feſtinatione paranſ redire *faxoniam*, iniungit uicem ſuam Domino *Erchenberto de hagnowe*, *Paboni de Erign*, *Alberto de hůtte*. Hi denominato die conueniunt in *caſtro Grabn*. Occurrvnt illvc de clavſtro pie memorie prepoſituſ A. qui in locum fratriſ defuncti beati G.

*) Eberhard II. † 15. Juli 1172.

ſucceſſerat et cum ipſo *Dominus Gebhardus ex comite ibi conuerſus et canonicus.* Venit et aduerſarius eorum H. Audita utraque parte, hi qui preſidebant inito conſilio perſuadebant prenominatiſ fratribus, quateuus adhuc aliquid ſuperadderent, quo oſ loquentiſ iniqua obſtruerent, ut ſicut abnegationem iure iurando ſuper relliquiaſ ſanctorum fecerat, quam tamen transgreſſus fuerat, ſic abnegaret coram principe et iudice prouincie et ita ultra tranſgredi non auderet. Quod et ipſe H. facturum ſe ſub teſtimonio adſidentium ſpopondit ſtatim ad aduentum ducíſ, ſi uoto ſuo ſatiſfacerent. Illi, preter iuſticiam, neſcientibus et inconſultis, quoſ domi reliquerant, fratribus tum propter conſilium preſidencium tum propter metvm, quod ſi de peccunia data sibi negare uellet, teſtibus eum conuincere non poſſent, quia frater D. ſolus ſine teſtimonio dederat, Manſum unum in *pûch* offerunt, urgentibus, qui aderant, alterum ſuperaddunt, ut in concambio cum reliquiſ, que dederant, conputentur et abrenunciet in manum ducíſ. Ille poſtulat iure proprietatiſ tradi et ut poſt exceſſum uite ſue redirent eccleſie. Illi utpote ſepius iam ab eo decepti, uerbis eiuſ increduli differunt cauſam uſque ad ducíſ preſentiam, interim portantes eius uiolentiam. Interea rebus humaniſ exceſſit cuius memoria in benedictione eſt, et erit ipſe A. prepoſitus *); ſucceſſit in locum eiusdem loci canonicus dominus *Philippus.* Cuius prelationis *anno primo* moritur ſicut magne ingenuitatiſ ita et relligioniſ uir dominus *Gebehardus ex comite conuerſuſ; anno* autem *ſecundo* cum diu expectatus *dux* ante quadrageſimam rediſſet *bawariam,* prepoſituſ dominuſ P. occurrit illi in *caſtro pûrchuſn* in dominica II. XL, (i. e. dominica ſecunda quadragesimæ) et honorifice ab eo ſuſceptuſ, dum cauſam aduentuſ ſui ipſi aperuiſſet preſente *Marchione pertholdo de Andheſn* et multum pro ipſo intercedente, preſentibuſ etiam quam plurimiſ principibus **) aliis, marchionibus et comitibus; ipſe dux multiſ occupatus diſtulit eum audiendum *Ranſhouen.* Vbi cum poſt VII. dieſ expectatus adueniſſet, iterum de cauſa ſua a prepoſito interpellatus, requiri iuſſit dominum H.

*) Arno. † 1175.

**) Im Originale steht: principiis.

et non inuento miſſo pro eo proprio nuncio, precepit omni remota occaſione, ut preſentaret ſe *Anſ.* Ibi inter *ipſum* et *ducem auſtrie* habitum eſt *ualde celebre colloquium, preſentibus utriuſque terre principibus* et multa frequentia militum. Dum ergo die dominico in media XL. auditiſ miſſarum ſollempniſ ipſe dux ante foreſ eccleſie confediſſet, prepoſitum cum fratribus ſuiſ aduocauit et cauſam perquirenſ, ubi omnem ex ordine audiuit, ita intulit: Querimoniam ſuper iniuria uobiſ illata in auribuſ meiſ deponite illo preſente, et plenam uobis de ipſo faciam iuſticiam et uindictam. Ipſe uero prepoſituſ cum fratribus ſuiſ timenſ, iudicium mortiſ agitari de illo, quamuiſ iuſte expoſtulare potuiſſent, quia poſt illataſ primitus rapinaſ et incendia pactum amicicie ſuper hiſ compoſitum et in ſanctorum relliquiiſ confirmatum preuaricatus fuerat, tamen bona pro maliſ reddendo duci reſponderunt, ſe magis uelle terminari cauſam per miſericordiam ipſius, quam per iudicium. Et dux ad ipſum: Ite et ſtatim poſt prandium ad me cum priuilegio ueſtro redite fatiſſaciam deſiderio ueſtro. Letus prepoſitus cum ſuiſ ad hoſpicium rediit et feſtinato prandio ad ducem reuertitur, ne aliquo prius occuparetur negotio. Qui ſtatim ut ſurrexit a prandio, in auribus omnium legi fecit priuilegium, sed quia capellanus fuuſ, cui ad legendum oblatum erat, inpedicius legebat ob ignorantiam prediorum, que ibi ex nomine deſignabantur, decanus tunc eiusdem cenobii Wicmannus iuſſuſ legit aperte et diſtincte ad intelligendvm. *Miniſterialeſ* uero *marchionis Arnhalmus* et *Otto* filius eius de *Volcnſtorf*, *Wulfingus de chaphnberc*, *Gůndacr de ſteinbach*, *Perngervs de chapellen*, et alii quam plurimi, qui aderant ibi, qui a principio intererant concambio, atteſtati sunt pvblice ſub domino ſuo, patre marchionis, tunc ibi preſentiſ ipſius permiſſione idem concambium ceptum et terminatum tali ſupputacione, ut in numero manſorum duobus manſis et dimidio et in penſione uno talento et XL. nummiſ fundus de parte Richerſpergenſi datuſ ſuperaſſe inuentus fuiſſet; preter duaſ curteſ, quas poſt mortem iam dicti marchionis inportuna exactione H. ſuperaddidiſſent. Ex hac atteſtacione miniſterialium ſuorum marchio commonitus, proteſtatuſ eſt coram duce et ceteriſ principibus quam plurimiſ, nichil ſe querele aduerſuſ eccleſiam Richerſpergenſem habere; iuxta tenorem priuilegii concambium ſub patre ſuo cep-

tum et terminatum et ſe poſt mortem patriſ de manu epiſcopi babenbergenſiſ ſuſcepiſſe et coinbeneficiaſſe aſtantem dominvm H. Audiebant hec, qui aderant, *ipſe dux, Marchio Pertholdus et filius eius Pertholdus de andhes, Marchio Pertholdus de Vohburc et frater eius Diepolduſ, Otto comeſ palatinuſ, prefectuſ urbis Ratiſbone fridericuſ, Henricuſ comeſ pleinenſiſ, Henricus de ſtoife, Erchenpertus de Hagnowe, Chunradus de Wolfefec, Chunradus de Rot, Dŭricuſ de pongart, Albertuſ de Hut, fridericuſ et frater eius eberhardus de prvnoi*, et quam plurimi alii cum predictiſ miniſterialibus Marchioniſ. Statim ipſe dux ad aſtantem H. conuerſuſ ita exorſuſ eſt: Nichil tibi a fratribus expoſtulandum uideo, ſua ſint illiſ in pace, et tua tibi. Ille uero affirmabat, propter detrimentum concambii fratreſ duoſ manſoſ in *pûch* ſibi ad omnimodam proprietatem obtuliſſe. Illi e contrario aſſerebant ueritatem rei iuxta predictum modum. Interrogati, qui adſuerant, fratrum narrationi aſſiſtebant. Et cum dux ſinem facere decerneret, uiolentiam omnem predicto H. interdicendo, conſilio palatini fratreſ inclinati ſunt, ut ad amputandam omnem occaſionem aduerſariiſ et confirmandam in perpetuum firmam pacem manſi prius quomodocunque oblati, concambio adderentur, et in manum ducis coram frequentia tantorum principum abnegatio fieret a domino H. quam poſtea infringere non poſſet. Conſenſerunt fratreſ et ſtatim ipſe H. in audientia ducis et ſupra nominatorum principum, liberorum, miniſterialium, abnegauit in manum ducis ſuper hac re ultra queſtionem habere, ſatiſfactum ſibi iudicanſ. Eius abnegationis et atteſtationis marchioniſ et miniſterialium eius de ſuper habundanti plenitudine concambii dux omneſ aſtanteſ in teſtimonium dedit fratribus ad omnem contradictionem in poſtervm reprimendam; *poſtea ab omnibus tranſito ponte fluuii Anſ cum in unum conueniſſent dux bawarie et auſtrie coram principibus* utriſque et frequentia partiſ utriuſque iuſſu ducis bawarie prepoſitus manſoſ predictoſ tradidit in manum principalis aduocati ſui *comitiſ Chûnradi de pilſtein* delegandoſ in manus *comitiſ Pertholdi de Andheſ*, ut per illum delegarentur eccleſie babenbergenſi. quod ubi conpletum eſt, ex mandato ducis iterato abnegationem in conſpectu omnium fecit predictus H. Sed de pratiſ quibusdam contendebat, quod ad concambium uille Mûn-

ſtvr non attinerent et e contrario fratreſ afferebant, ita contencio a duce conponitur, ut ab antiquioribus et melioribuſ coloniſ circvmſedentibus ueritaſ rei ſub iure iurando inquireretur et ſecundum quod illi iudicaſſent, ei parti confirmaretur. Ad quam inquiſitionem faciendam deſtinauit *comitem Rapotonem, Dominum Erchenpertum, Albertum de hut,* Quod et illi ſtatim in pentecoſten conpleuerunt, et concambio adiudicatvm eccleſie confirmauerunt. Ita tandem fratreſ Richerſpergenſeſ poſt longoſ laboreſ requieuerunt. Acta sunt hec anno incarnati uerbi MCLXXVII. ſub duce bawarie Henrico, Domino philippo Richerſpergenſiſ eccleſie prepoſito, anno prepoſiture eius ſecvndo. (l. c. N°. CXII.)

CXXIV.

Eberhardus dei gratia Salzburgenſiſ eccleſie archiepiſcopus. Paſtoralis eſt officii murum ſe ponere pro domo Iſrael maxime ad deo famulantium perſonarum protectionem contra incursus malorum. Qua conſideracione pre oculiſ habita, cum fratres cenobii Richerſpergenſiſ paterentur grauef infeſtacionef a quodam ſubaduocato contra ſaſ et iuſ introducto, noſ eiusdem cenobii priuilegia conſiderauimus, in quibus hoc patenter animadvertimus, quod predictus locus a beate memorie *Wernhero* et *nobili eius uxore Diepirga* ſic eſt fundatus, atque a ſacre recordacioniſ *Gebehardo archiepiſcopo* anteceſſore noſtro ea condicione in iuſ et patrocinium ſalzburgenſiſ eccleſie ſuſceptus, ut nullus eiusdem loci ſit aduocatuſ, niſi principaliſ ipſius metropoliſ ſalzburgenſiſ aduocatus, qui uidelicet de beneficio principaliſ aduocacie ſibi collato predictum cenobium ſine omni grauamine defendat, contentus nimirum iuſticia bannorum, quorum duo in uſvm prepoſiti et fratrum, tercivs in uſvm ipſiuſ aduocati cedat. Non quod ipſvm tercium bannum cuique inbenficiandi poteſtatem habeat, quamquam illvm, poſtquam accepit, cui uoluerit poſſit dare. Sed nec ſubaduocatum iure beneficiali conſtituat illic. Vt ergo libertaſ loco illi a fundatoribuſ deſtinata et priuilegiiſ apoſtoliciſ firmata inconcuſſa permaneat, noſ quoque preſenti pagina ſigillo noſtro communita omnino interdicimus, ne loco illi ulluſ deincepſ a principali aduocato per iuſ bene-

ficiale ſubaduocatuſ ponatur, quum ſubaduocacie taleſ tam ſinodalibuſ quam et inperialibuſ iudiciiſ abiudicate sunt. Sane hoc annuimuſ, ut ſi prepoſituſ eiusdem loci expecierit aliquem sibi deſtinari a principali aduocato, qui eius inibi uicem agat, committatur ei taliſ procuracio abſque iure benficiali, quam diu placet prepoſito et congregacioni, cui ſi fuerit grauiſ aut inutiliſ, remoueatur, et utilior in eius locum ſimili tenore ſtatuatur, ea libertate permanente, ut coloniſ eiusdem loci nulla cenſualiſ exactio inponatur neque in auena neque in tritico neque in denariiſ aut alio quolibet grauamine, quoniam a talibus grauaminibus huc uſque locus ille fuit immuniſ, excepto ſolo tempore ſciſmatiſ, quo *ſciſmaticuſ pertolduſ Tiemoni archiepiſcopo* ſuperpoſituſ eundem locum laiciſ inbeneficiando et canonicoſ regulareſ inde fugando quedam grauamina illic ſuſcitauit, que beate memorie *Chŏnradus archiepiſcopuſ* proximuſ anteceſſor noſter forti manu ſubmovit, et priſtinam libertatem atque regularem uitam loco illi renouavit, in qua iam per annoſ circiter XXX quiete bona fruenſ permanſit eiusdem loci congregacio, propulſante iniquorum uiolentiaſ iam dicto Chŏnrado archiepiſcopo. Qua libertate loci ipſius prouocati, nobileſ quidam chriſti fideleſ bona et predia ſua eidem cenobio contulerunt, qui etiam eorumdem prediorum aduocaciaſ a principali aduocatia ſegregauerunt et talibus aduocatiſ deſtinauerunt, quoſ pro ſui vicinitate utileſ eſtimauerunt, ad reſpondendum in colloquiiſ iudicialibus, in quibuſ non auditur ſubaduocatus et reſ periclitari poterit, ſi legitimuſ aduocatus defuerit. Igitur aduocatie huc uſque a principali aduocacia ſegregate, ſic maneant in poſterum, ſicut hactenus manſerunt abſque inſolito et iniuſto aduocatorum grauamine. Quod ſi et illi attemptaverint contra uoluntatem prepoſiti ſuſcitare, ſciant ſe iudicio diuino puniendoſ et humano quoque, in quantum poſſibile ac iuſtum fuerit, arcendoſ. Cauſe vero huiuſ queſtionem et veritatiſ inveſtigacionem, quo firmior eſſet noſtra inſtitucio *in celebri colloquio halle habito*, querimoniam *prepoſito Gerhoho* mouente pertractavimuſ, aſſencientibus illic noſtriſ fidelibus, quorum plurimi aderant, nullo iure beneficiali poſſe aut debere ſubaduocatum loco predicto inſtitui, concordante in hoc ipſum iudicio ſinodaliſ auctoritatiſ et inperialiſ maieſtatiſ. Si quiſ igitur huiuſ noſtre pagine tenorem temere

uiolare aut infringere preſumpſerit ſi non ſecundo ac tercio commonituſ emendauerit, ſciat ſe deo et iudicibuſ eccleſie racionem redditurum et penaſ condignaſ ſubiturum, ac niſi ante finem uite ſue reſipiſcendo ſatiffecerit, chriſtiana ſepultura cariturum ſicut *in Remenſi concilio* ſtatutum eſt, preſidente *papa Eugenio,* cuius decretum illic vniuerſo concilio approbante, promulgante ſic ſe habet. Auctoritate apoſtolica prohebemuſ (sic), ut nulluſ aduocatuſ preter beneficium antiquituſ conſtitutum, aliqua ſibi accipere vel uſurpare preſumat, ſubaduocatoſ uero et exactoreſ eorum modiſ omnibus ab eccleſiarum infeſtacionibus remoueri precipimuſ. Quod ſi quiſ contra hanc noſtram prohibicionem attemptare preſumſerit, chriſtiana careat ſepultura. Huic apoſtolico decreto et iam imperiale concordat edictum ab *imperiatore (sic) friderico* uniuerſiſ imperii ſui principibuſ indictum, et ſcripto comprehenſum, quod ita ſe habet: Illicitaſ etiam exactioneſ maxime ab eccleſiiſ, quarum abusus iam per longa tempora inolevit per ciuitateſ et caſtella omnimodo dampnamus et prohibemus et ſi facte fuerint, in duplum reddantur. Hiſ fulti auctoritatibus etiam hoc noſtre huic ſalubri conſtitucioni annectimus, ut nec ipſe principaliſ aduocatus nec aliquiſ ab eo miſſus predictum cenobium grauare preſumat, ſeruicia immoderata illic exigendo, aut placita nimia illic ſtatuendo; ſed quocienſ neceſſe fuerit, ipſe aduocatus vel eius miſſuſ, nonniſi prepoſito aduocante ac ſeruicium decenſ preparante, adueniat et placitum ſuum iuxta beneplacitum prepoſiti et congregacioniſ illic habeat, cauſa idonea exigente, quod exinde rariſſime continget, quia principaliſ illic aduocacia ſic eſt anguſta, ut uix contineat manſoſ XII cultiliſ terre aut paulo pluſ, quia reliqua ipſius cenobii predia in ſegregatiſ, ut eſt prenotatum, aduocatiiſ conprehenſa ſunt, quum aliter ab inpugnantibus defendi non potuerunt. Vnde etiam uolumus et ſtatuimus, ut propter futuraſ cautelaſ predia, que deo miſerante in poſterum loco acceſſerint, aſſignentur aduocatis talibus, a quibus in placitiſ iudicialibus proloquii defenſionem poſſint e uicino habere, ne longinquoſ aduocatoſ aduocandi, vel impoſſibilitaſ vel difficultaſ in detrimentum ueniat, et abſente legitimo prolocutore predia, que inpugnantur, eccleſia perdat, quod frequenter accediſſe conperimus. Predicto autem colloquio noſtro ſuper iſta queſtione habita in loco, qui dicitur halle,

idonei approbatoreſ interfuerunt, quorum ista sunt nomina, *Hugo prepoſitus maioriſ eccleſie Salzburgenſiſ, Heinricus abbaſ ſancti petri, Wdalricuſ Chimenſiſ prepoſituſ, Dietmarus hallenſiſ prepoſitus, Heinricuſ Garzenſiſ prepoſituſ; Laici nobileſ, Chûnraduſ comeſ de Pilſteine iunior, Erchenbertus de Moſbach, Purchardus de ſtaine, Karolus; Miniſterialeſ eccleſie Salzburgenſiſ, Harnidus caſtellanus, Marquardus frater eius, Otto et Wiſint de Pongowe, Eccehardus de tanne, Liupolt de Walde, Willehelmus, Chûnradus de Chalheim, Pabo, Rûdigerus caſtellanus Hallenſiſ, Otto de ſchibiſ; Ciueſ hallenſeſ Orto, Hainricus albus, Hainricus loubez, Hugo, Otto.* Data *Salzburge* XIIII. Kalendas Septembris, anno dominice incarnationis MCLX. Indictione octava, anno epiſcopatus ſui XIIII. Regnante friderico imperatore. (l. c. N° CXIII.)

CXXV.

In nomine patriſ et filii et ſpirituſ ſancti. *Ego Heinricuſ Dux Bawarie ſimulque Saxonie.* A uenerabili archiepiſcopo Salzburgenſe uocatus in aduocatiam predii, quod dicitur *Mûnſter*, mutuati ab eccleſia Babenbergenſi cum ſuiſ appendiciiſ in priuilegio Babenbergenſiſ epiſcopi conprehenſiſ et in poſſeſſionem Richerſpergenſium fratrum legittima delegatione iure aduocati ſuſceptiſ, confirmo iſto preſenti ſcripto, ut hec ipſa, quam ſuſcepi aduocatia ſemper ab iniquiſ grauaminibus libera permaneat. Nullus ibi uel ex parte mea, vel mihi ſuccedentium ſtatuat vel exigat ſibi a coloniſ tribuendum, uel quoquo modo in uſuſ ſuoſ redigendum, preter *tercioſ bannoſ* iuxta conſuetudinem antiquam aduocatiſ perſoluendoſ, nam duo pertinent ad eccleſie ſatiſfactionem pro dampnis illatis emendandiſ. Et quia eccleſia in emendacione dampnorum non querit, niſi ſimplum sibi reſtitui, quod tamen *legeſ imperialeſ* in duplum uel amplius iubent reddi, ſi quiſ malefactorvm in predio ſub hac aduocacia comprehenſo dampnum fecerit et ſine auxilio aduocati uel eius miſſi non poterit ad emendacionem prouocari uel coartari, dampnum ſimplum prepoſito reſtituat, quod uero inſuper ad conpoſitionem illate iniurie requirendum iure iudicabitur aduocato uel eius miſſo, in uſum ſuum proueniat, quia dignuſ eſt operariuſ mercede ſua;

quamquam noſ in hac aduocatia precipue ac ſolummodo celeſte premium requiramus, noſtriſque ſucceſſoribus requirendum ſtatuamus. Annectimus preterea, ut nulli ſubaduocato uel qualicumque principaliſ aduocati miſſo hec aduocatia beneficiali concedatur iure; ſed ita ei, cui prepoſituſ poſtulauerit, commendetur, ut eodem uel congregacione poſtulante ualeat ſubmoueri, ſi tamen conſtiterit eum eſſe inutilem aut dampnoſum et hoc ſecundo ac tercio commonitus emendare neglexerit. Iſ etiam, quod per ſe non poterit emendare ad noſtram uel ſucceſſoriſ noſtri perſonam referre debebit, qui ex officio ducatus pariterque aduocatie non ſine cauſa gladium portamus. Ne autem noſtra hec inſtitucio in poſterum ualeat imminui aut mutari, noſtro eam ſigillo roboratam ſucceſſuriſ temporibus in cenobio Richerſpergenſi uolumus conſeruari. (l. c. N°. CXIV.)

CXXVI.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *fridericus* dei gratia romanorum imperator Augustus *Gerhoho* richerſpergenſi prepoſito et ſucceſſoribus eius in perpetuum. Si loca ſancta honoramus, et deo ſeruientium quieti pro noſtro iure prouidemus, credimus per hoc et ſumme diuinitatiſ gratiam repropiciare et coronam imperii lapidibus illiſ vere precioſiſ exornare, qui iugiter aſſiſtunt ac fulgent ante deum, et ſub noſtre protectioniſ tuicione tranquilla et pace tam pro noſtra, quam pro ſua ſalute deſeruiunt. Vnde notum eſſe uolumus imperii noſtri fidelibuſ vniverſiſ tam futuriſ quam preſentibus, quod noſ benigno aſſenſu annuenteſ piiſ et iuſtiſ poſtulacionibus tuiſ Gerhohe Richerſpergenſiſ prepoſite, interuentu fidelium noſtrorum, videlicet *Eberhardi ſalzburgenſiſ archiepiſcopi et Eberhardi babenbergenſiſ* et *Hartmanni brixinenſiſ* epiſcoporum, ipſum Richerſpergenſe cenobium canonicorum regularium *in comitatu Bertholdi comitiſ de andehſ* iuxta fluuium *Enum* ſitum, in *pago*, quem tranſit fluuius *anteſin*, a quodam *nobili uiro wernhero* fundatum et eccleſie ſalzburgenſi iure proprietatiſ collatum, ſalua in omnibus archiepiſcopi ſalzburgenſiſ, que prelibata eſt, iuriſditione, noſ in noſtre imperialis maieſtatiſ et omnium ſucceſſorum nostrorum regum et imperatorvm tutelam ſuſcepimuſ, ſtatuenteſ et firmiter

precipientef ſecundum antiquam et primitiuam illius loci libertatem, ab ipſo fundatore collatam et priuilegiif uenerabilium *archiepiſcoporum Chónradi* et *Eberhardi* roboratam, vt nulluf aduocatorum, ſiue ipſius loci, ſiue prediorum ad ipſvm locum pertinencium, preſumat, aut facultatem habeat, illic ſubaduocatos ordinare ſub tytulo benficiarie conceſſionif aut exactionef et grauamina indebita fratribus predicti loci ſeu miniſtratoribus aut colonif eorum ſuper inponere. Quod ſi quandoque ex conſenſu prepoſiti et fratrum principalef aduocati aliquem sibi procuratorif officio ſubſecundauerint vltra beneplacitum prepoſitorum, qui pro tempore ibidem preſuerint et fratrum ſuorum, in adminiſtracione aduocatie nullatenuf permaneat. Adicimus autem et imperialif maieſtatif auctoritate ac lege in perpetuum ualitura statuimus, ut bona predicto cenobio ſiue collata ſiue adhuc domino preſtante conferenda, nullus inuadere aut inde quolibet modo alienare, aut locum ipſum deſpoliare ſeu diſueſtire preſumat, niſi coram legittimif iudicibus iuſte et legaliter iuſticiam ſuam conprobauerit. Specialiter autem ipſe locuf deo dicatus noſtre imperialif largitionif beneficio emunitate gaudeat, et nulla iudiciaria ſeculariſue poteſtaf licenciam habeat ibi placitandi, concionandi aut quelibet iura ſecularia exercendi, que fratrum, inibi deo militancium ſecundum regulam beati auguſtini, quietem interrumpere ualeat (sic), quod abſit, aut diſturbare. Si qua uero perſona temerario auſu contra hoc priuilegium noſtrum uenire temptauerit et ſecundo tercioue commonita non emendauerit, banno noſtro ſubiaceat et XXX. libraf auri puriſſimi ad kameram noſtram perſoluat. Sigillum domini friderici romanorvm imperatorif augusti. Ego *vdalricus cancellarius* uice *reinaldi colonienſif archiepiſcopi* et *archicancellarii* recognoui. Acta ſunt hec anno dominice incarnationif MCLXII. Indictione X. Regnante domino friderico Romano Imperatore glorioſiſſimo, Anno regni X. Imperii uero VII. Datum *Papie poſt deſtructionem mediolani II.* nonaf octobrif feliciter Amen. (l. c. N° CXV.)

CXXVII.

Notum eſſe uolumus omnibus chriſti fidelibus, quod fratref eccleſie Richerſpergenſif tria prediola de *chrengelbach*, que

erant Ottonis pueri uitam canonicam in Richersperge professi, sita iuxta *fluuium innam*, inter uillam, que dicitur *Gismuthsaim* et montem *hungersperch*, coempta pecunia cuiusdam uiri nomine Ditmari, ei permiserunt in perpetuam possessionem et posteris eius, vt uidelicet per omnem posteritatis lineam cuicumque posterorum, patri mortuo succedenti, eorundem possessio prediolorum hereditario iure contingat, quadraginta denariorum censum iam dicte Richerspergensi ecclesie annuatim in festo sancti Stephani persoluat, ut in anniversario matris iam dicti Ottonis, Helene, cum ipsis XL denariis fratribus prebenda melioretur, nec ob alivd quid insumi permittatur. Sed hec censualis concessio ea stabilitate firmata est, ut nulli de predicta congregacione, siue preposito, siue cuiquam subditorum eius liceat presignata prediola uel uendere, uel aliquo alio transferre, sed eiusdem ruris possessio iam dicto Ditmaro et eius heredibus sub debito prenominati census, perpetuo iure permaneat. Huius scripti confirmacio sub domino *Gerhoho* eiusdem Richerspergensis loci preposito facta est. (l. c. N° CXVI.)

CXXVIII.

Notum sit cunctis christi fidelibus, quod quidam fidelis homo, Werenhardus nomine, porciunculam hereditatis sue tradidit ad altare sancti Michahelis Richersperge, coemptam nimirum a quodam sacerdote, Walthero nomine eiusdem loci canonico, sex solidorum precio ad luminaria et alios usus ecclesie, cuius ipse tunc ex obedientia custos existebat. Huius rei testes sunt, *Wicpoto et filius eius Werenhardus de Horth*, *Gerhardus De Stocharn*, *Albwinus De Mithen*, *Gumpertus De Rothówe*. (l. c. N° CXVII.)

CXXIX.

Item sciant christi fideles, quod quidam fridericus frater predicti Werenhardi una cum sorore sua, Gerlint nomine, hereditatem, que se paterno iure contingebat, a prefato sacerdote tribus talentis ac dimidio in similes usus ecclesie coemptam, tradiderunt ad altare sancti Michahelis. Huius rei testes sunt, *ipse*

traditor fridericus, Meingozus De Aſpach et Gerlochus, Reihewinus De Tobele, Ôze et Rûdolfuſ, De familia eccleſie Adalbero De Aſpach et Vdalricuſ, Sigeboto Vdalfcalcus, Wolfoldus. Hii omneſ de familia ecclefie. (l. c. N°. CXVIII.)

CXXX.

Item cuncti chriſti fideles nouerint, quod quidam Heinricus una cum uxore ſua nomine Richiza, ſorore uidelicet prefati friderici et Gerlindis, partem quoque hereditatiſ ſue, que ſe contingebat, predicto ſacerdoti Walthero nouem ſolidiſ uendidit et nomine contradicente ad altare ſancti Michahelis contradidit. Huius rei teſteſ ſunt, *Ipſe traditor Heinricus de Lawen, Megenwardus De frihem, Heribort De Aeichat, Meginhart De Obernberge et filius eius . . . . . *), Berenhardus De frihen. Vdalricus cognomento Grûgel, Heinricus Sibezen et Otto,* Hi omneſ de familia ecclefie. (l. c. N°. CXIX.)

CXXXI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, quod quidam *nobiliſ princepſ dominuſ Gebehardus, hallenſiſ comeſ,* una cum matre ſua *domina Hadewiga comitiſſa* tradiderunt ad altare ſancti Michahelis Richerſperge predia ſua, duaſ uidelicet curteſ cum appendiciis ſuiſ ultra *fluvium enum* in loco, qui *eholuingen* dicitur, ſitaſ et predium *in partibus auſtrie*, quod *Graben* dicitur, uidelicet quinque uineaſ, habenteſ agroſ et omnia ad culturam neceſſaria, preter unam, que non habet agros culture deſtinatoſ, et ſeruicium decem uinearum, quod perſoluitur de ipſo monte, in quo eedem uinee poſite ſunt, quod uulgariter perchreth uocatur, cum omni familia utriuſque ſexuſ, que eadem predia tunc incolebat. Hec predia culta et inculta cum pratiſ, paſcuiſ et ſiluiſ eiſdem pertinentibus et duobus molendiniſ in *eholuingen* et omni utilitate queſita et inquirenda, iuſ quoque, quod habetur in ſilua, que

*) Im Originale ein leerer Raum.

uocatur uorſt ex poſſeſſione predii iam dicti *eholuingen*, in inciſione videlicet lignorum et paſcuiſ pecorum tradidit predictus comeſ Richerſpergenſi eccleſie ad omnimodam proprietatem, conſenciente fratre ſuo *comite Diterico*, in uſuſ fratrum inibi deo ſeruientium ſecundum regulam beati Auguſtini. Ipſa autem traditio facta eſt in die ſolempni feſtiuitatis ſancti Michahelif coram multa frequentia populorum. Teſteſ per aurem attracti infra subnotati sunt, *Erchenbertus de moſebach*, *Wicpoto de Orte et filius eius Werenhardus*, *Ůdalricus de hactal et filius eius Heinricus*, *fridericus de chilingelineſbach*, *Hagen*, *Eberhardus*, *Almar proprii Erchenberti de mosbach*, *Ditericus de piſchoueſtorf*, *Vdalſchalcuſ de Tobele*, *Werenhardus de wilbach*, *Norpreth de ſancto Georgio*, *Herbordus*, *Wecil*, *Eppo*, *Raewinus*, et alii multi de familia eccleſie. (l. c. N°. CXX.)

CXXXII.

Notum ſit preterea cunctiſ chriſti fidelibus, quod *dominuſ Ditericus comeſ* et ſoror eius *domina Chunigundiſ*, *comitiſſa de Vra* cum filiiſ ſuis abnegauerunt, quidquid iuriſ et proprietatiſ habere poterant in prediiſ *eholuingen* et *graben*, et benigne conſenſerunt fratri ſuo *domino Gebhardo*, *comiti hallenſi*, ut ipſe delegaret et contraderet ea, quocumque uellet, pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum. Actum aput *Wazerburch* et aput *Vra*. Utriusque abnegationiſ teſteſ per aurem attracti ſunt, *Engelbertus marchio de Chraiburch*, *Pernhardus de Rivte*, *Erchenbertus de Moſbach*, *Otto de Aſchaim*, *Otto de Steueningen*, *Hainricus et filius eius Ortolfveſ de Laimingen*, *Eberhardus de Hage*, *Sifridus et Hainricus et Pruno de Riute*, *Siboto de Sconſteten*, *Chunradus de Buſenberc*, *Růtwinus de Behaimriute*, *Sifridus de laimingen*, *Lůdwicus de bachman*, *Arnoldus de weſterberch et frater eius Wernherus*, *Marchwardus camerarius*, *Herbordus de Můnſtůre*. Teſteſ autem abnegationiſ comitiſſe de Vra et eius filiorum ſunt hii, *Heinrich de grauendorf*, *Ortolf filius heinrici de laimingen miniſterialeſ comitiſ Gebhardi predicti*, *Wergant de aſcha*, *ſeruus eiusdem comitiſ. Hainricus cellerarius*, *Ůdalrich coquuſ predicti comitiſ*, *Perenger de hagenouwe*. (l. c. N°. CXXI.)

CXXXIII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo, Otto nomine De Anteſen*, predium ſuum, quod in eodem loco habebat, poteſtatiua manv tradidit ad altare ſancti Michahelis Richerſperg ad omnimodam proprietatem ea conditione, ut eiusdem eccleſie predium, *Waltherſtorf* dictum, ad tempuſ uite ſue et uxoriſ ſue in uſu fructuario poſſideret et eiſ decedentibus eccleſia predium ſuum cum uniuerſiſ mobilibus ſuiſ rehaberet, et interim annuatim in argumentum taliſ conuentioniſ cenſum LX denariorum eccleſie perſoluerent. Inſuper manſum, quem habebat in beneficio, predicto predio, quod tradidit eccleſie, contiguum a patauienſi eccleſia proprio manſo obtinere laudauit eccleſie Richerſpergenſi poſſidendum. Huius rei teſtes ſunt, *Ôdalricus De Ride, Diethricus et Heinricus de Pomgarthen, Chunraduſ de Rothe, Wernhardus et frater eius Rudegeruſ De Ride, Alkeruſ de Hibenberc, Bernhardus de Gotbreſthem, Ôdalricus et Chunradus de Stôze, Wernhardus de Sincingen, Ôdalfcalcus de Tobele, Wernhardus de Wilbach, Heribordus, Chunradus, Lûitpertus, Ôdalfcalcus, Hartmannus, Wolfpertus.* Hii omneſ de familia eccleſie. (l. c. N°. CXXII.)

CXXXIV.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *Eberhardus dei gracia iuuauenſiſ archiepiscopus.* Predeceſſorum ſtatuta iuſta et rationabilia ſucceſſoreſ debent inuiolabiliter cuſtodire, maxime, ubi conducunt ad augmentum religioniſ et ſuſtamentum (sic) deo ſeruientium. Ea propter noſ conſiderata beate memorie predeceſſoriſ noſtri *Chunradi archiepiſcopi* largitione in decimiſ duarum *parrochiarum, putinenſiſ et brambergenſiſ* atque noualium uicinorum partim cultorum, partim excolendorum, in uſum cenobii richerſpergenſiſ, conceſſionem ipſius ratam habemus et in perpetuum ratam uolumus et decernimus habendam. Sed quia in eiusdem predeceſſoriſ noſtri priuilegio *termini auſtraleſ* huius donationiſ ambiguo nomine *montiſ Hartberch* ſunt prefixi, et exinde fuit occaſio contentioniſ inter collectoreſ decimarum nobis et predicto cenobio pertinentium, certiorem prefigimus terminum, uidelicet *fluuium pincah*, uſque ad cuius ripam noualia

in filua putinenſi ad prefenſ culta et in poſterum colenda, excepta canonica portione plebanorum, in decimiſ fructuum terre atque animalium proueniunt in vſuſ fratrum regulariter converſantium in prefato cenobio. Quecumque autem ſeculariſ aut ſpiritaliſ perſona, quod a beate memorie predicto anteceſſore noſtro pie ordinatum et a nobis nichilominus pie ad cultum pietatiſ roboratum eſt, aliquo modo in irritum duxerit, atque in hoc prefatum cenobium temere perturbauerit, et ſecundo ac tercio commonita non reſipuerit, iram dei ſentiat in interitum carniſ, ut ſpiritus ſaluetur per ueram penitentiam, ſine qua, ſi morietur, in ultimo examine reddet rationem coram ſummo iudice. De ſalubri ſane diſpoſitione noſtra preſenſ pagina conſcripta et ſigillo noſtro inpreſſa data eſt *in caſtro Strazburch* anno dominice incarnationis MCLXI. Indictione VIIII. VIII. idus ſeptembriſ. Huius rei teſteſ ac conlaudatoreſ ſunt, quorum nomina ſubnotauimus, *Romanus Gurcenſiſ Epiſcopus*, *Hugo preprofituſ maiorif eccleſie*, *Gotfridus abbaſ admontenſiſ*, *Romanus gurcenſiſ prepoſitus*, *Hecil abbaſ ofciacenſiſ*, *Pilgrimus abbaſ s. Pauli*, *Wernherus prepoſitus ſecowenſis*, *Chúno prepoſitus ſubnenſiſ*, *Magiſter adalbertus de houen*, *Hademarus archipreſbyter friſacenſiſ plebanus*, *Engelrammus de ſancta Maria archidiaconus Zol*, *Otakker archipreſbyter de viſcach* et capitulum *frisaci* habitum, in cuius audientia cauſa hec fuit propoſita, quo etiam annuente per conſilium rationabiliter acta eſt, predicti cenobii prepoſito *Gerhoho* eligente pocius conſilium, quam ivdicium. (l. c. N^o^ CXXIII.)

CXXXV.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *Chûnradus* dei gratia *ſalzburgenſiſ eccleſie archiepiſcopus* apostolice ſedif legatus. Cum uniuerſiſ deo famulantibus in ſuiſ peticionibus benignum prebere debeamus aſſenſum, hiſ profecto, qui temporalibus rebus abrenunciunteſ, apostolice converſationiſ normam aſſumpſerunt, ampliori beniuolentie affectu noſ fouere conuenit et honorare. Hinc eſt, quod ad imitationem uenerande memorie predeceſſorum nostrorum, *Chûnradi* ſenioriſ et domini *Eberhardi archiepiſcoporum* pauperibus chriſti religioſiſ ſcilicet viriſ richerſpergenſiſ eccleſie fratribus in ſuiſ poſtulationibus ſancte

conuerſationi debitum preſtantes aſſenſum ea, que ex liberalitate predictorum deceſſorum (sic) noſtrorum eiſ collata sunt, noſ quoque auctoritate, qua fungimur ipſiſ concedimus, quo oportunius rachelif frui ualeant officio. Inter ea uero, que a predeceſſoribuſ noſtriſ eiſ collata sunt, hec ſpecialibus uocabuliſ exprimenda duximuſ. In *parrochia putina* omneſ decimaſ, excepta canonica portione plebani, quam eidem plebano indiminutam uolumus in perpetuum permanere, et exceptiſ decimiſ vinearum in eadem parrochia poſitarum. Totam quoque decimam *parrochie pramberch*, tam de uineiſ, quam de agriſ uel de aliiſ rebus, iure nobis perſoluendam, ipſiſ concedimus, excepta canonica portione ſacerdotum illic perpetuo conſtituendorum. Et quia eadem parrochia de adiacenti *filua putinenſi* preſtante domino poteſt ampliari a loco, qui dicitur *putinowe* uſque ad *terminoſ ungarorum* et uſque ad montem *hartperch* in predio *comitiſ ekkeberti* creſcentibus ibidem noualibus, hoc ſtatuimus et stabiliter in poſterum conſeruari uolumuſ, ut omnia novalia, que in ſilua prefata intra terminoſ prefignatoſ exquiſita uel exquirenda parrochie pramberch continuabuntur uel in parrochiaſ nouaſ formabuntur, in eadem conſtitutione permaneant, ita videlicet, ut exceptiſ debitiſ portionibus ſacerdotiſ plebani, decime omneſ uinearum frugum et animalium perſoluantur ad predictam eccleſiam cum integra iuſticia noſtro ivri debita et ad noſtram diſpenſationem pertinente ſecundum ſcita canonum, quibus monemur habere curam pauperum. Vt autem hec noſtre diſpoſitioniſ pia conſtitutio nulla inpietatiſ machinatione uioletur, ſed in perpetuum firmiter conſeruetur, ſigillo noſtro hanc paginam communitam roboramuſ. Si quiſ igitur contra eam agenſ temere tercio commonitus non reſipuerit, ira dei maneat ſuper ipſum in interitum carniſ, ut spiritus ſaluuſ ſiat per penitentiam, ſine qua, ſi defunctus fuerit, de perpetrata iniquitate ſe reum cognoſcat in tremendo examine iudiciſ cuncta cernentiſ.

Ego Chůnradus ſacre ſalzburgenſiſ eccleſie humiliſ miniſter ſabinenſiſ epiſcopus, apoſtolice ſedis legatuſ ſubſcripſi.

Ego Heinricuſ ſalzburgenſiſ Monaſterii ſancti Petri abbaſ ſubſcripſi.

Ego Johannes garzenſiſ prepoſitus ſubſcripſi.

Ego Megingotus povmburgenſiſ prepoſituſ ſubſcripſi.

Ego fridericus decanus maioriſ eccleſie ſalzburg. ſubſcripſi.
Ego Rvdolfus chiemenſiſ prepoſitus ſubſcripſi.
Ego Wernheruſ secowenſiſ prepoſitus ſubſcripſi.
Ego Adalbertus cuſtoſ et canonicus ſalzburg. ſubſcripſi.
Ego Heinricus presbyter et canonicus ſalzburg. ſubſcripſi.
Ego Lvdewicuſ preſbyter Salzburgenſiſ ſubſcripſi.
Ego Pertoldus diaconus et canonicus ſalzburg. ſubſcripſi.
Ego Meinharduſ ſubſcripſi.

Acta ſunt hec multiſ coram aſtantibus nobilibus laiciſ et miniſterialibus, quorum nomina ex parte ſubnotauimus, *Otto ivnior palatinus et frater eius fridericuſ*, *Chúnradus comeſ de pilſtein*, *Walchunus de ſtein*, *Wilhelmus de wageneberge*, *Starquandus de merre*, *Liupoldus de walde*. Ego *Rudegerus prothonotarius* curie ſalzpurgenſiſ anno ab incarnatione domini MCLXXVIIII, IIII. idus februarii, ex mandato domni *Chúnradi archiepiſcopi* ſalzpurgenſiſ, apoſtolice ſediſ legati hanc paginam conſcripſi. (l. c. N°. CXXIV.)

CXXXVI.

Diemůt et ſoror eiuſ pertha, due *nobileſ femine*, pro conſilio auunculi ſui contraderunt (sic) ſe eccleſie ſancti michaheliſ richerſperg cum omni poſteritate ſua ad V denariorum cenſum. Diemůt autem cum filio ſuo Eberhardo frequenter uenienſ ad noſ, cenſum ſuum, ſicut debuit, perſoluit.

CXXXVII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *liber homo* nomine *Heinricus de poumgarten* tradidit ac delegauit Rihzam famulam ſuam ſuper altare ſancti Michaheliſ richerſperg ad omnimodam proprietatem cum poſteritate ſua. Huius rei teſteſ sunt, *Pruno de weſterndorf*, *Chunradus et Vlricus frater eius de haſla*, *Rikkerus de drahſlheim*, *Ditricus de tæbrichndorf*, *friedricus*, *Wecil*, *Albero*, *Helmwicus et alter Helmwicuſ*, *Hawardus* omneſ de familia eccleſie. (l. c. N°. CXXV.)

CXXXVIII.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod quedam mulier nomine Heilica cum marito ſuo fridrico de Chuncinge tradiderunt

predium ſuum per manum cuiusdam *nobilif uiri Ernſ* nomine ſuper altare ſancti Michahelif Richerſperg pro remedio anime ſue et parentum ſuorum et pro filio ſuo friderico in communi uita ſecundum regulam ſancti Auguſtini educando. Huius rei teſtef *ſunt, fridericuſ et frater eiuſ Eckehardus cum patruele ipſorum friderico de Chuncinge, Ernſ de wibarn, Albero de helm. De familia eccleſie Cotſcalcus, Albreht merch. De eholuingen, Chůnrat, Rŏdiger et Dietricus et Reinhardus, fridericus de harhaim*, et alii quam pluref. (l. c. N°. CXXVI.)

CXXXIX.

Notum ſit cunctif chriſti fidelibus tam futuri, quam preſentif temporif, quod venerabilif ac *nobilif matrona,* domina *Hadewich comitiſſa hallenſif* delegauit et contradidit de poteſtatiua manu predium ſuum in villa, que *Maichingen* dicitur ſitum, cum omnibus pertinentiif ſuif et cum familia utriusque ſexuſ, que idem predium incolebat, et unum molendinum in *grauendorf* ſuper reliquiaſ ſanctorum eccleſie ſancti Michahelif in Richerſperge pro remedio anime ſue et ſeniorif ſui, *comitif Engelberti* et patrif ſui *comitif Diterici* ac matrif omniumque parentum ſuorum in uſum fratrum inibi deo ſeruientium. Huius rei teſtef per aurem attracti ſunt hii, *Etich et filius eius Chůnradus de Adloltingen, Meginhardus et filius eius Etich de geginperg, Ŏdalricus et filius eius Ŏdalricus de Achtal, Guntheruſ et Hecil item de Achtal, Pernhardus de Liubendorf, Ŏdalſchalcus de Tobel, Wernhardus de Wilbach, Eberhardus de Hufruke, Hainricus de Poumgarten cognominatus Zant, Adilbero edificator, Pertholdus cremefair, Siboto,* et alii multi de familia eccleſie Richerſpergenſis. (l. c. N°. CXXVII.)

CXL.

Notum ſit cunctif chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo, nomine *Etich de Adloltingen,* delegauit et contradidit ad altare ſancti Michahelif in Richerſperg predium ſuum *Dancholuingen* dictum, prope *altheim* ſitum, ad omnimodam proprietatem, conſentiente filio ſuo Chůnrado et delegationem una cum patre ſuo faciente. Huius rei teſtef ſunt, *Heinricus de wigratingen fororiuſ iam dicti etichonif, Etich fratrveliſ eius, fridericus de*

chilinglinſbach, Pernhardus de liubendorf, Ermprehth hominef predicti etichonis, Meginhardus ſeruus eius. Herbort de Eicha, Chůnradus fueuuf, Siboto filius Geroldi, et alii multi de familia eccleſie. (l. c. N°. CXXVIII).

CXLI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *liber homo* nomine *Gerhardus de Stochar* delegauit ad altare ſancte cruciſ in eccleſia ſancti Michahelif Richerſperge predium quoddam *paumlinefperg* dictum ad omnimodam proprietatem in uſum fratrum inibi deo ſeruientium, rogatu et peticione *Adilheidif de Pramperg* et filii eiuſ karoli pro remedio anime mariti ſui Wernhardi occiſi, fratriſ *Wicpotonis de Orth*, et ipſa die quando delegatio facta eſt, in cimiterio eiusdem eccleſie ſepulti. Huius rei teſteſ sunt, *Engelbertuf de Planchenperg, Wicpoto de Orth, Etich de Adloltingen, Wernhardus filius Richkeri de Oſterna, Eberhardus de puchenperg, fridericus puer item filius Richkeri, Gerhardus delegator, Ekkehardus de Chamer, Hatto, Richkerus de Trahſelheim, Wernheruf de ſancto Martino, hominef Wicpotonis.* (l. c. N°. CXXIX.)

CXLII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobilif homo* nomine *Egen de Vrl* tradidit ac de poteſtatiua manu delegauit ſuper altare ſancti Michahelif Richerſperge vineam ſuam, quam habebat in *partibus orientif* in loco, qui *graben* dicitur, poſt obitum videlicet ſuum ob remedium anime ſue parentumque ſuorum. Hec autem delegatio facta est preſente uxore ſua item *nobili Adilheit* nomine et conſenciente. Teſteſ per aurem attracti ſunt hii, *Ůdalſcalcuf de Tobel, Werinhart de Wilpach, Heinricus de grube, et fororius eius Herborduf et hominef predicti Egnonis.* (l. c. N°. CXXX.)

CXLIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *nobilif homo*, nomine *Heinricus de Povmgarten*, tradidit ac delegauit ad altare ſancti Michahelis Richerſperg famulam ſuam Irmgar-

dam nomine ad V denariorum cenſum. Huius rei teſtes ſunt, *Chůnradus filius ethichonis de Adloltingen, Richkeruf de trahſelheim, Heinricus Zant, Magnus de vihuſen, Manegoldus de anteſinhouen,* et alii multi de familia eccleſie. (l. c. N°. CXXXI.)

CXLIV.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus, quod *domina ſophia, comitiſſa de purchuſen,* delegauit in manum fratris Diterici cellerarii famulam ſuam quandam nomine Mathilt cum filiis ſuis et cum omni poſteritate ſua vice ſua delegandam per eum ad altare ſancti Michahelis Richerſperg ad cenſum V denariorum, quod et ille perfecit Cuius rei teſtes ſunt, *Erchenbertus de moſbach, Wicpot et filius eius Wernhart de orth, Pilgrim de ſwent, Ainwic de Minninberg, Liupolduf de Ratenberg et fridericus de hunſperg, Henricus de loſenpach, Swickerus de pramdorf, Herranduf de . . .* *) et alii multi (l. c. N°. CXXXII.)

CXLV.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo nomine *Werenheruf de Půtenberch* tradidit ac delegauit ad altare ſancti Michahelis Richerſperg duo mancipia ſua, Marquardum et Giſilam, ad V denariorum cenſum cum liberis et poſteris ſuis, que ſe ad hoc antea dato precio ab eo redemerant, ſub certis teſtibus quorum hec ſunt nomina, *Chůnradus filius ipſius werenheri, cuius eciam conſenſu ipſa delegatio facta eſt, Rapot de Enteuelt, Ódalricus de wizenchirchen, Růdegerus et frater eius Ódalricus de ſmidingen, Engelbertuf de putenberch et Waltherus de grantperg diſpenſatores ipſius werenheri et Otto filius iam dicti waltheri, Magnuf et Regenhardus de vihuſen* et alii multi. (l. c. N°. CXXXIII.)

CXLVI.

Notum ſit cunctis chriſti fidelibus, quod quidam fidelis homo *Livpoldus* nomine de *prammerdorf,* dum egrotaret infirmitate, qua et mortuus est, tradidit ac delegauit ſuper reliquiaſ

*) Das Wort kann nicht mit einiger Sicherheit gelesen werden. Die Mon. Boic. haben: Mieche.

ſanctorum de Richerſperg quoſdam hominef de familia ſua ad cenſum V denariorum Richerſpergenſi eccleſie ſingulif anniſ pro remedio anime ſue perſoluendum, factum eſt autem hoc preſente quodam venerabili preſbytero Richerſpergenſiſ eccleſie, philippo nomine, a quo et idem livpoldus iam in extremiſ conſtitutus viaticum accepit, preſente quoque fratre Eberhardo ſeniore, cognato ipſius livpoldi, preſentibus etiam aliiſ multiſ de familia ipſius livpoldi. Nomina autem eorum, quoſ eccleſie Richerſpergenſi tradidit, hec ſunt, Sifridus cum uxore ſua Chunze et filius eius Heinricus cum aliiſ filiiſ et filiabus ſuiſ. Oze cum liberiſ ſuiſ, Herman cum liberiſ ſuiſ et Mengengozus cum aliiſ pluribus et tota poſteritaſ ipſorum. Huius rei teſteſ sunt, *Meinhardus et heinricus de Vbling, Rupertuſ liber, Ditricuſ de angeſiez, Erniſto de prambach, Marquart, Hugo de rutheimn*, et alii quam pluref. (l. c. N°. CXXXIV.)

CXLVII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo, Pilgrimus nomine, una cum uxore ſua Pertha tradidit ad altare ſancti Michahelif Richerſperg predium ſuum in loco, qui *Studa* dicitur, ſitum, per manum cuiusdam liberi hominiſ *Werenhardi* nomine de *Marcelineſpach* tali tenore, hacque conditione, ut ipſe iam dictus pilgrimus totaque proxima poſteritaſ eius idem predium poſſideat et inde ſingulis anniſ ſtatutum ſeruicium, hoc eſt XXX. denarioſ perſoluat eccleſie Richerſpergenſi ob remedium anime ſue ac uxoriſ ſue iam dicte, parentumque ſuorum. Huius rei teſteſ per aurem attracti ſunt hii, *Adelhalm de ekkolvingen, Werenhardus de frihœim, Werenhardus delegator, Hainricus de pontingen, et de familia eccleſie, Herbort de aichae, Meginheruſ, Chúnradus de gurten, Livpkozuſ de mulberc, Wolfpret faber, Rahewinus edificator, Gotſcalch kranpan, Winther, Gerhart, Merborduſ.* (l. c. N°. CXXXV.)

CXLVIII.

Notum ſit cunctiſ fidelibus chriſti, quod dominuſ *Hainricuſ, comeſ prouincialiſ*, cum conſenſu uxoriſ ſue *domine Rickardiſ* delegauit quandam feminam ſui ivriſ nomine Hilpurgam

in manum patrif ipſius mulierif . . . . . *) delegandam uice ſua ad altare ſancti Michahelif Richerſperg ad cenſum V denariorum. Quod ille fideliter exſecutus eſt, delegando eam coram certo nuncio predicti comitif et ad hoc perficiendum ab eo deſtinato, nomine operto de moſbach, et coram multif teſtibus de familia predicte eccleſie, quorum hec ſunt nomina, *Geroldus ſenior, Magnus et Reginhardus de vihùſen, Gerlochus fullo de aſpach, Engelfridus et filius eius manegoldus de Antefenhouen, Magnus ivnior de vihuſen*, iam dictuſ quoque opertuſ per aurem teſtif attractuſ eſt cum aliif multif. (l. c. N°. CXXXVI.)

CXLIX.

Notum eſſe uolumus omnibus chriſti fidelibus tam futurif quam preſentibus, quod *comes Dietricus de Vihtnſten* quamdam de familia ſua chriſtinam cum liberif ſuis Hadewig, Ditrico, delegauit ad altare s. Michahelis in Richerſperg ad quinque denariorum cenſum per manum cuiuſdam *Nendingvi nobilif uiri de rvpretſperg*. Huius rei teſteſ sunt *Henricus de grauendorf, Penzo, Gotfridus, Purchardus miniſterialeſ predicti comitif* et alii quam plurimi. Eiuſdem autem delegationiſ, quam idem Nendingus compleuit, teſteſ per aurem attracti ſunt . . . . . **) (l. c. N°. CXXXVII.)

CL.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod treſ fratreſ Reinhardus Gebhardus, Heinrich, filii cuiusdam *Reinhardi de tirſwelle* acceptis V ſolidif a Magno presbitero, qui tunc prefuit hoſpitali, abdicauerunt quidquid iuriſ habere poterant in predio *tirſwelle*, quod idem predium pater eorum iam dictus Reinhardus accepto precio a fratre Mahtfrido, qui antea hoſpitali preerat, delegauerat ad altare ſancti Michahelis Richersperg. Hec autem abdicatio filiorum eius facta eſt primo iuxta *taidiſchirchen* in manum fratrif ditterici cellerarii ſub hiſ teſtibus *Wernhardo de Ort, Ditmaro de ſtille, Liutoldo de eodem loco, Hartmanno et Engilgero de*

*) Im Originale ein leerer Raum.

**) Im Originale sind keine Zeugen beigeschrieben.

winthag. Secundo autem rurſus facta eſt in manum iudicis domini Alhkeri in *publico conloquio* etiam preſente iterum fratre Ditrico. Huius quoque rei teſtef sunt, *Alhkerus filius Alhkeri, Hugo de lengenowe, Meingozus de prambach, Nendingus, Lantfriduf, Rafolduf de rupretſperge, Rupertus et filiuf eius Eberharduf de Owe, Gundoldus mezign.* (l. c. N°. CXXXVIII.)

CLI.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *Harthungus de Wengen* rogatu cuiusdam *Othacharii de Craphsperge* tradidit quendam Walbrunum ſuper altare ſancti Michahelif Richerſperge ad quinque denariorum cenſum. Huius rei teſtef ſunt, *Pertholduf De Regenhartſem, Eberwin de Oſtranha, Othachar de Tumolſhem, Harthmût de eodem loco, Keroldus de Riede, Perhart Izingen, Hiembret de Haingen, Manegoldus de Langenſtadel Trûthlib de Tobele* . . . . . .
. . . . . .
. . . . . *)
Marquart, Arnolt, Hadelauch, Chinz, Wernhardus, Siboto, Dimût, Gertrudif, Adelhait, Giſila, Chunradus, Hartwicus, Heinricus, Levcardis, Mathildif, Pertha, Goltrun, Ricart, Chunigunt, Pero, Chunraduf, Haziga, Gerunc, Heinricuf, Chunigundif, Giſela, hadewigis, Levcart, Pertha, Hadewic, Helh. Riemût, Mathilt, Siboto, Wilhalm, Chunigundif, Diemût. (l. c. N°. CXXXIX.)

CLII.

Notum facimus, cunctif chriſti fidelibus tam futurif quam preſentibus, quod quidam *nobilif princepf comef Otto de Ratiſpona* peticione cuiusdam proprii ſui Wecelonif delegauit filiam eiuſdem nomine Hiltburgam ad altare ſancti Michahelif ad cenſum quinque denariorum. Huius rei teſtef ſunt, *Etich, Erniſt, Aerbo, Wernher germani, miniſterialef eiuſdem comitif, Opreht de moſbach.* (l. c. N°. CXL.)

*) Nach einem leeren Raume von $2^1/_2$ Zeilen folgen nachstehende Namen.

CLIII.

Chunradus de aeichperg delegauit ad altare ſancti Michahelis richersperg prediolum iuxta predium *tirſwelle* ſitum, cum conſenſu uxoris ſue et filiorum ſuorum Wigandi, Chunradi, Heinrici et aliorum, qui omneſ in manum domini Philippi parrochiani ſui abdicauerunt, quidquid iuriſ habere uidebantur in eodem prediolo. Teſtes sunt, *Wernhardus et frater eius Heinricus de Ort, Herwich homo eorum, Selpkerus hucingaer, Reinhardus de uiehuſun, Eppo molendinarius, Hartgerus ſeruus hoſpitalis.* (l. c. N°. CXLI.)

CLIV.

Cunctis chriſti fidelibus notum eſſe uolumus, quod quidam fideliſ homo, nomine Siboto, cum haberet propriam famulam richerſpergenſiſ eccleſie uxorem, nomine friderun, dato precio unius talenti redemit eam cum filiiſ et filiabus ad V denariorum cenſum, quorum nomina ſunt hec, Dietwin, Siboto, Pertha, Alheit, Wentel. Huius rei teſteſ ſunt, Herbordus, Gotſcalcus, Woluoldus, Leuchozus de muliberch, Rehewin de Tobele, et alii quam plureſ de familia richerſpergenſiſ eccleſie. (l. c. N°. CXLII.)

CLV.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo*, *Weſegrimus* nomine de *winthag*, rogatu cuiuſdam *Gerhardi de ſtocha* tradidit ad altare ſancti michahelis richerſperge Leupertum et ſororeſ eius Hadewigam, mathildam cum matre ipſorum Giſila et filioſ Hadewige, altmannum, Chunradum, alhedam cum omni poſteritate eorum ad V denariorum cenſum. Huius rei teſteſ sunt, *Helmwicus et frater Hartwicus de ſancto Georio, Vdalſcalcus de Tobele, Ekkehardus de winthage, Ditmaruſ de Geinpach, Engelgeruſ, Weſegrimus, Otto, Rempertus de winthage,* et alii quam plureſ. (l. c. N°. CXLIII.)

CLVI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam *nobiliſ homo Gerhardus* nomine de *ſtocha* habenſ propriam famulam nomine Leucardem tradidit eam filie ſue Chunigundi iure ſuo poſſidendam. A qua eadem Leucardiſ cum unica filia ac omni poſteritate ſua precio talenti ſe redimenſ, ipſa Chunigundiſ iam dicti Gerhardi filia tradidit eam in manum cuiusdam *Engelgeri, nobiliſ uiri,* delegandam cum unica filia ac omni poſteritate ſua, pro (sic) ipſa poſtulaſſet. Huius abnegationiſ teſteſ sunt, *Wernhardus ipſius Gerhardi filius, wernher, Erchinger utrique de Geinbach, waſgrim, Rempreht et frater eius Ekkhardus omneſ de winthage.* Poſtea idem Engelgeruſ petitione ipſius Leucardiſ delegauit eam cum unica filia et omni poſteritate ſua ad altare ſancti Michahelis in richerſperge ad cenſum V denariorum annuatim perſoluendum. Huius rei teſteſ sunt per aurem attracti, *Engelger, Ekhardus, wernhardus filius gerhardi omneſ de winthage, Ulſcalcus de tobele,* et alii quam plures de familia richerſpergenſiſ eccleſie. (l. c. N° CXLIV.)

CLVII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod dominuſ *Heinricuſ de poumgarten* accepto talento ratiſponenſiſ monete tradidit ac manu ſua delegauit ſuper altare ſancti michahelis richerſperg fromv̊dam filiam Waltheri de monaſterio ad cenſum quinque denariorum annuatim perſoluendum, data ab eo alia quadam femina pro ea ad eccleſiam babenbergenſem, a qua ipſe eandem fromŏdam in beneficio poſſidebat. Teſteſ huius rei per aurem attracti ſunt *ipſe heinricus et frater eius ditricuſ de poumgarten et hominеſ eorum, Richkeruſ de traſilheime, Rawinus de eccleſia ſancte marie, Wernhardus de geltoluingen, Wernharduſ de orth et mileſ eius hartmudus, Herbordus, Chvnradus de aiche, Liupertuſ, Ditmaruſ, Gotſcalcus de hoſpicio,* et alii de familia eccleſie. (l. c. N° CXLV.)

CLVIII.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod quidam uir, nomine *Geroldus de wilbach*, eccleſie Richerſpergenſiſ cenſualiſ quandam iuriſ ſui famulam, nomine Diemûdam, ex petitione uxoriſ ſue waltradiſ, cuius eadem propria exſtitit, eidem eccleſie Richerſpergenſi pro remedio anime ſue ſimul et uxoriſ ſue eam cum omni poſteritate ſua ad cenſum quinque denariorum annuatim perſoluendum contradidit. Huius rei teſteſ sunt per aurem attracti, *Waltheruſ et Engelſcalchuſ de tobele*, *Engelfriduſ de Antiſenhouen*, *Manegoldus de antiſen*. (l. c. N^o^ CXLVI.)

CLIX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod unus ex miniſterialibus *Engelberti marchioniſ de Creiburch*, nomine *Wernherus de pûtnberc*, una cum uxore ſua dicta Adelheid delegauerunt ad altare s. Michahelis in Richerſperg curtem ſuam *Haſla* per manvm nobiliſ uiri *Waltheri de hagnign*, uſu fructuario sibi ad tempus uite ſue retento. Huius rei teſteſ per aurem adtracti, *Adelrammus de genpach*, *Wernhardus et frater eius haituolc de pram*, *Wernhardus de riſach*, *Vdalricus de pigartn*, *Adalpertus et Waltherus de anteſnperg*, *hominef ipſiuſ traditorif Wernheri*. (l. c. N^o^ CXLVII.)

CLX.

Sciant chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quedam *nobiliſ femina*, *Acela* nomine, cum filia ſua nomine mathilda tradiderunt ſeſe eccleſie richerſpergenſi ad V denariorum cenſum annuatim perſoluendum. (l. c. N^o^ CXLVIII.)

CLXI.

Notum habeant chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod *Wernherus fundator* loci iſtius tradidit ad altare ſancti Michahelis Rudpertum ad omnimodam proprietatem. Qui uolenſ accipere uxorem conſilio ac auxilio amicorum obtinuit, ut *nobilem* quandam acciperet, nomine *Diemûdam*, *tamquam et ipſe*

eſſet liber. Qui ſimul in pace manſerunt, donec illa rimata omni dubitacione reſciuit, quod ille propriuſ eſſet eccleſie. Et illa recedenſ ab eo dolenſque, quod decepta fuerit, reverſa eſt ad amicoſ nec ultra redire ad eum deſtinauit, donec coram prepoſito loci ipſius domino *Gerhoho* et domino Regingero ſic ad integrvm terminatum eſt, vt illa eo pacto rediret ad eum, quod filiorum, quem uellet primum uel ultimum dimitterent liberum, et illa elegit ultimum. Quorum filiorum ultimus erat femina Richilt nomine. Huius rei sunt teſteſ, *Mainſo de vihuſen, Pecel de familia eccleſie, Engelfridus de antefenhouen et frater eius Anwicus de wilbach, Geroldus de eodem loco, Merboto de marcelineſbach, Otto de munſtur.* Que Richildiſ cum ſic eſſet libera, tradidit ſe cum omni poſteritate ſua ad altare ſancti Michahelis ad V denariorum cenſum. Huius rei teſteſ sunt, *Vdalſcalchus, Rawinus, Peritoldus omneſ de tobele, Wolfpertus faber, Meingozus et Gotſcalcus frater ipſius mulieriſ, Perihtolduſ cognomento pelch,* et alii. (l. c. N^o^ CXLIX.)

CLXII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ homo, Dietricuſ* nomine *de aſpach*, habitu religioniſ aſſumpto in Richerſpergenſi cenobio, tradidit ad altare ſancti Michaelis quendam Adelberonem cum filiiſ ſuiſ ad ivſ proprietatiſ ſue, filiaſ vero cum eſſent taliſ libertatiſ, quod non poſſet eaſ tradere, niſi nupſiſſent hominibus aliene conditioniſ, obtinuit aput patrem, ut primogenitam filiam, nomine Mahtildam, eius anniſu traderet ad altare ſancti michahelis ad V denariorum cenſum. Treſ vero alie ſororeſ, quarum nomina sunt hec, Wentela, Adelheit, Hilta ſe ipſaſ ad ſimilem cenſum eidem eccleſie contulerunt. Huius rei teſteſ sunt, *Liupoldus de ratenperg, et filius eius Siboto et frater eius Eberhardus, Vdalſcalcus de tobel, Hainwicus de widen, Arnoldus et iterum Arnoldus de luchlinſbach, Cûnradus de gurten, Gotſcalchus et frater eius meingozus, Wernherus de merſwanch.* (l. c. N^o^ CL.)

CLXIII.

Notum ſit chriſti fidelibus, tam futuriſ quam preſentibus, quod quedam matrona nomine *Vdlgart de potenhouen* delegauit

famulam ſuam uocabulo Diemûdam, cum II^obus. liberiſ ipſius, Adelheide et Rûdgero in manum domini *Ottoniſ de Anteſen* delegandam eccleſie Richerſpergenſi ad V denariorum cenſum, at ille delegauit ipſoſ hominef in manvm domini *Reingeri de Riede*, Qui delegauit eoſ eccleſie Richerſpergenſi ad cenſum V denariorum. Teſtef huius rei sunt *ipſi delegatoref dominus R. et dominus O. et dominus Wicpoto de ort*, cui iure aduocatie commiſſi tenentur, et filius ipſius *Wernhardus*, et alii quam pluref. (l. c. N^o. CLI.)

CLXIV.

A. dei gratia richerſpergenſiſ eccleſie uocatus prepoſitus. Sciant fideleſ chriſti tam futuri quam preſenteſ, quod quedam femina nomine bertha, uxor adelberoniſ, cum eſſet de propria familia eccleſie, datiſ de rebus ſuiſ eccleſie in fratrum uſum, hoc a nobis et a congregatione obtinuit, vt ipſa et liberi eius, Adalbero, Heinricus, Adalheideſ (sic) de cetero ſinguli quinque denariorum cenſum annuatim ſoluant. Hoc feſto ſancti Michaheliſ diuulgatum eſt in audientia tocius multitudiniſ. (l. c. N^o. CLII.)

CLXV.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quedam feminæ germane Ita, Chriſtina, Adelheit, Mahthilt, Wentelmût, Hadewich, filie cuiusdam *Peritoldi de ruripe*, cum eſſent libere, tradiderunt ſe ipſaſ eccleſie ſancti Michahelis in Richersperg ad V denariorum cenſum. Teſtes per aurem attracti ſunt hii, *Chunradus haugire, Liukozus de mulberch, Wolfpertus faber, Vlfcalchus de tobele, Albuinus de hagnowe, Herbordus de Aeiche*, et multi alii de familia eccleſie. (l. c. N^o. CLIII.)

CLXVI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo, nomine *Vdalchſalcus de Tobele* accepta pecunia circa X ſolidoſ a proprio famulo ſuo, nomine Ottone, tradidit eum ad altare ſancti Michaheliſ in Richerſperge ad V denariorum cen-

ſum. Huius rei teſtef sunt *ipſe traditor Vdalſcalcus, Werenhardus de Wilebach, Liůchozus de Muleberch, Herebordus et Chůnradus de Eichee, Otto et Helmwicus* de familia eccleſie. (l. c. N° CLIV.)

CLXVII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, quod quidam nomine Otto de cognatione eorum, qui ſunt in uilla *uihuſem*, optinuit a prepoſito et fratribus congregationiſ richerſpergenſiſ ecclefie, ut ſit ſeruienſ ad eccleſiam ſancti Michahelif in richerſperge ad cenſum quinque denariorum per ſingulof annoſ, ſicut et cognatio eius, que ſe ſimiliter ad cenſum V denariorum redemit, vt in *libro cenſualium* plene continetur. Vt ergo hunc hominem nulluſ de alio aliquo ſeruicio in perpetuum nec eius poſteritatem moleſtet, hec carta ei in teſtimonium ſigillata a *prepoſito arnone* et a congregatione tradita eſt conſeruanda. Hoc idem Wicmannus et Reimbertus fratreſ fecerunt predicti Ottoniſ. (l. c. N° CLV.)

CLXVIII.

Preſenteſ et futuri chriſti fideleſ nouerint, quod *filie comitiſ Hallenſiſ*, domina *alheidiſ* et domina *Richkardiſ*, traditum ſibi a fratre ſuo *Comite Dietrico* potestatiua manu, peticione fratriſ ſui *domini Gebehardi* aliquando comitiſ et adhuc ſuperuiuentiſ delegandum, quo uellent, tradiderunt ſuper altare ſancte marie in ipsius capella Duringum famulum ſuum ad XII denariorum cenſum in uſum ibidem luminum concinnandorum. Huius traditioniſ teſteſ ſunt hii, *Richkeruſ ſenior de Weſen, Wolfpertus faber, Chůnradus ſueuus, Cotſcalcus, Waltheruſ, Harmannus*, et alii quam plurimi.

Chriſti fideles nouerint, quod iam dicte domine itidem traditum ſibi a fratre ſuo *Comite Dietrico* alterum nomine . . . . delegauerunt ad altare s. marie in capella ad XII denariorum cenſum. Huius rei teſtes sunt, *Hugo iunior de lengenowe, Ermbret, Cotſcalcus*, et alii quam plures. (l. c. N° CLVI.)

CLXIX.

Omnef chriſti fideleſ nouerint tam preſenteſ quam ſuturi, quod fideleſ fratreſ germani filii ſenioris *Rickeri de Weſen*, Rickeruſ, Werenhardus et fridericus dicti pie annuerunt patri et Matri de collatiſ iam dudum ab eiſ Richerſpergenſi cenobio ſuiſ prediiſ. Et ne forte hoc aliqua incidente cauſa mutare poſſent, ſuper altare ſancti Nycoli in ipsius Capella in multorum audientia immutabiliter id ipſum ſtare decreuerunt, annectenteſ, ut ubicumque locorum uita decederent, in ſepulcriſ patrum ſuorum inibi a fratribus deuote ſepelirentur. Quod fratreſ approbauerunt, eoſque ſecundum peticionem ipſorum in fraternitatem ſuſceperunt. Huius rei teſtes sunt, *Richkerus ſenior de Weſen*, *Rudolfus et Arnoldus de Seirlinefbach*, *Cůnradus de Echeberch*, *Vůalſcalcus de Tobele*, *Cotheſcalcus de familia eccleſie*, *Sigboto*, *Arnoldus*, *Heinricus*, *Gebemunt omneſ de Wirtingen*, *Walchun nauta*. (l. c. N°. CLVII.)

CLXX.

Sciendum notificamus omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *clericus* dictus *Arnoldus de půerbach* una cum *uxore* ſua Jutta et liberiſ Sibotone et Henrico predium, quod in *winthag* habuerunt, circiter manſum unum fratribus Richerſpergenſibus ſeptem talentiſ uendiderunt. Cuius predii delegator petitione ipſorum extitit *uir ingenuuſ Chunradus de wolffeke* in quodam *placito enſ habito inter ducem bauwarie et auſtrie* delegando ibi ſuper reliquiaſ prefate eccleſie in preſentia Prepoſiti P. eiusdem loci. Cuius rei teſteſ per aurem attracti ſunt hi: *Engelſchalcus de Waſen*, *Wicmannus de můnſtur et Waltherus*.

Predicta jutta cum liberis Sibotone et Henrico et filiabus abnegationem eiusdem predii fecit in domo propria *puerbach* in manum fratriſ Siglohi in predicta eccleſia conuerſi, ipſo teſteſ ſuper hoc per aurem attrahente predictos Sibotonem et Henricum, Herhardvm, Henricum et filium ſuum chunradum, Ottonem, Hermannum, Rudolfum, Perngerum. (l. c. N°. CLVIII.)

CLXXI.

Omnibus chriſti fidelibus notum eſſe uolumus, quod quidam de miniſterialibus *comitiſ Pertholdi de andheſn*, nomine *Wernhardus de ort*, curtim, quam habuit, *potenhouen* fratribus Richerſpergenſibus uendiderit XX talentiſ, et per manum cuiusdam *liberi uiri Wolfcrim* dicti delegauerit ſuper altare s. cruciſ in prenominata eccleſia in preſentia domini *Philippi* prepoſiti eiusdem loci et fratrum ſuorum. Cuius tradicioniſ a prepoſito teſteſ per aurem attracti ſunt, *Ipſe traditor*, *Wernhardus et delegator Wolfcrim*, *Richkerus de drehſlheim*, *Wilhalmus de mercelinſpach*, *Arnoldus proprius predicti Wernheri*, *Vdalchalcus de tobel*, *Herbordus de eiche*, *Gotchalcuſ*, *fridericuſ*, *Vdalchalcus*, *Otto*, *Helmwicus*, *Albero*, *Vdalricus*, *Hartmannus*, *Waltherus*. Hi omneſ de familia eccleſie. Quidquid autem iuriſ aut proprietatiſ in iam dicta curte frater ipſius Wernhardi Ulricus et ſoror eius Alhedis materque eorum Leucardiſ habuerunt hiſ teſtibus ante ualuaſ eccleſie ſue *Ort* abnegauerunt, *Wernhardus de Ort*, *Wernharduſ de Mortſbach*, *wernharduſ de wilbach*, *ſcaldus de Tobele*, *Rickkerus de Drahſelheim*, *Ulricus de Niderhouen*, *Ulricus de Pigarten*)*. (l. c. N°. CLIX.)

CLXXII.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam *nobiliſ homo*, *Otto* nomine, filius *Eberhardi de Ekke* accepto precio delegauit famulaſ ſuaſ Chunigundam, et filiam eius Rihzam ad altare s. Michahelis Richerſperge ad quinque denariorum cenſum. Huius rei teſteſ sunt *ipſe traditor ac delegator Otto predictus*, *Heinricus de paungart et Rikcheruſ proprius eius de druſelhen*, *Chunradus de Neiuhemne*, *Henricus de weſterdorf*, *Chunradus maritus predicte Chunigûndis*, *Heinricus de hofarn*, *proprius predicti*

*) „Ita et filius eius Wernhardus, Haziga et filie eius Giſila, Mathilt, Leucart, et frater ipſarum Pernhart." Es ist nicht angemerkt, wo diese Worte einzuschieben sind. Sie stehen am Rande neben dieser Tradition.

Ottonis, Eberhardus de eodem loco, Pilgrimus, et Wernhardus et filius eius pertholdus, Cotfcalcus, Chalhochus, Waltheruf, Hartmannus, fridericus de familia eccleſie. (l. c. N°. CLX.)

CLXXIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *liber homo* nomine *pilgrimus de tûtnbach*, dato precio *comiti Ditrico de Vihtnſtein* filiam ſuam nomine Hiltgart redemit libertati, quam poſtea petitione ipſius cum omni poſteritate ſua delegauit ſuper altare s. Michahelis in Richerſperg ad cenſum V denariorum. Huius rei teſtef ſunt, *Chunraduf cognomento Cving, Gotchalcus, Vdalchalcus, Ditmarus, Waltherus*, omnef de familia ecclefie. (l. c. N°. CLXI.)

CLXXIV.

Notum eſſe uolumus omnibus chriſti fidelibus, tam futurif quam preſentibus, quod quedam mulier nomine Gotftev, cum eſſet libera, ſe ipſam cum unico filio ſuo Ghalhoho ac omni ſimul poſteritate ſua obtulit atque contradidit ad altare s. Michahelis in richersperge ad V denariorum cenſum annuatim perſoluendum. Huius rei teſtef sunt, *Heinricus de Grûbe, Pertoldus de momenowe pater mulieris, Rahewinus de Merfwanch, Rahewinus de pfaefingen, Gerharth de vilmutſheimen, Eberhardus, Alber de chirchheimen, Menhardus faber de munſtewer.* (l. c. N°. CLXII.)

CLXXV.

Notum ſit chriſti fidelibus, tam futurif quam preſentibus, quod quidam Gotto nomine, cum eſſet ecclefie ex traditione *Gebhardi hallenſif comitif*, vxorem autem haberet liberam, Heilicam nomine, tref filiaf ſuaf Chunigundam, Wentelmût, Helicam, cum eſſent eiusdem conditionis cuius et mater, tradidit eaf ad altare ſancti Michahelif ad V denariorum cenſum, filium uero ſuum, Chûnradum, redemit ab ecclefia ad eundem cenſum, quia *iuxta morem illorum, qui uocantur parfcalchi* filie maternam

filii vero paternam habent conditionem. facta ſunt hec ſub domino Philippo prepoſito. Teſteſ ſunt, *Gotſcalcus, Heribordus et Chunradus de Eiche, Luipoldus de ratenberg, Arnoldus de luchlinſpach, Wolfpero faber, Liupertus*, et alii. (l. c. N°. CLXIII.)

CLXXVI.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod duo germani fratreſ Menharduſ et Ditricus mancipium ſuum Wernhardum uocatum, accepto ab eo precio, delegauerunt in eccleſia s. Michahelif in Richerſperg ſuper altare sancte crucif ad cenſum V denariorum. Huius rei teſteſ ſunt, *Vdalricuſ de ahtal, Vdalchalcus de tobl, Herbordvſ de Aeche, Calhochus, Lûpertus, Wolfpertus faber.* (l. c. N°. CLXIV.)

CLXXVII.

Omnibus chriſti fidelibus preſenti ſcripto notificamus, qualiter *comeſ Ekkebertus* predium in *bramardorf*, de quo cum richersbergenſibus contendebat, in manum *prepoſiti philippi* abdicauit hiſ, qui ſubscripti sunt, teſtibus. *Engelbertus de blanchenberch, Chadelhâh de ualchenſtein. De miniſterialibus ipſius, Manegoldus et frater eius Rŏbertus, Chonraduſ, Ekkebertus, Pertholdus fueuus, Sigefridus, Siboto, Ŏdalricus, Lûdewicus*, et alii tam de familia eius in *tekendorf*, quam et de *witenekke*. De familia vero ſancti nicolai patauie, vbi preſente domino *Heinrico prepoſito* negotium iſtud uentilatum et terminatum eſt, hi fuerunt preſenteſ, *Siboto, Alberanduſ, Vdelſcalcus, Babo, fridericus, Rŏdgeruſ*, et alii multi. Huius autem controuerſie modus ex eo habebatur, quum Ekkebertuſ idem predium cuidam *Wernhardo de mortefbach*, et Wernherus cuidam *Dietmaro de ſenge* miniſteriali predicti Ekkeberti, uiolenter eccleſie richerſbergenſi ablatum, inbenficiauerat. A quo Dietmaro richerſbergenſeſ illud *coram marchione* iudiciario ordine primum abſoluerunt, dein caritatiue pro conſilio *epiſcopi patauienſiſ* et peticione *marchioniſ* hoc tenore redemerunt, ut duo predia eccleſie uidelicet *hechedefberch* et *rizental* ei permitterent, quoad uiueret, ſic tamen, ut neque ad uxorem, quam

necdum habuit, aut liberoſ uel quoſlibet eius amicoſ beneficii iure tranſirent. Ad cuius rei euidentiam, id eſt, ut pateſceret, quod non predii proprietaſ, ſed poſſeſſioniſ utilitaſ ei indulta eſſet, a manu prepoſiti predia ipſa ſuſcepit hac conditione, ut cenſum XV denariorum in die ſancti michaeliſ exinde ſolueret, et ſi hoc negligeret, predia ipſa libere in fratrum uſum cederent. Sic ergo cauſa ipſa terminata eſt preſente *Dietrico comite de wazzerburch* in luco, qui ſubnenſi clauſtro adiacet, preſentibus et per aurem tractiſ hiſ, qui ſubnotati sunt, teſtibuſ, *Dietricuſ comeſ, Alehkerus de waldekke, et Hainricus filius eius, Rihkerus de weſen et Wernhardus et fridericus frater eius, Wernhardus de orte, Wernhardus de brambach et Megengotus frater eius. De miniſterialibus comitiſ, Gotſcalcus de frieſingen, Hainricus de grauendorf, Rődgeruſ de oſterenberge, Dietricus Orûz *), propriuſ Rikkeri, Wernheruſ de waldekke, Perhtolduſ de orte*, et alii multi. (l. c. N°. CLXV.)

CLXXVIII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *nobiliſ homo Amlbertuſ de Aeglign* delegauit ſuper altare s. Michahelis in Richerſperg Englchalcum et azalam cum liberiſ ſuiſ tûta et Gerdrude, Rudegero, ad cenſum quinque denariorum. Huius rei teſteſ sunt, *Herbordus de Ache, Albero de Helm, Rudegerus de mathchouen, Vdalchalcus de tobl, Albreht caboz, Wernhardus de Wilbach, Gotchalcus, Englchalcus*, pater delegatoris, qui eandem delegationem inpetrauerat precio duodecim ſolidorum. (l. c. N°. CLXVI.)

CLXXIX.

Notum habeant omneſ chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quidam homo Oczo nomine cenſualis Richerſpergenſiſ eccleſie, cum quandam liberam mulierem ducere uellet uxorem, Hiltegardim nomine, ſed de libertate eius ambigeret, illa teſtimonio ſubſcriptorum liberam ſe conprobavit, et ſic de-

*) Könnte auch „Strûz" heissen.

mum illi nupſit. Hi teſtef, *Pero de mulhaimen, Aſchwinus de Uruar, Altmannus frater eius. Pertolduſ frater ipſius mulierif, Engelpreth, Gunderam,* utrique de *munigen.* Postea eadem mulier acquieſcenſ precibus mariti ſui tradidit ſe ipſam cum omni poſteritatis linea ad altare ſancti michahelis in richerſperge ad V denariorum cenſum annuatim perſoluendum. Huius rei teſtef sunt, *Hartmannus miniſterialiſ ducif, Herbordus de Ache, et filius eius Eberhardus, Leukozus de mulberch, Otto de Uriheimen, Heinricus et pilgrimus fratref Óczoniſ,* et alii quam pluref. (l. c. N°. CLXVII.)

CLXXX.

Omnium fidelium chriſti et ecclefie prefenti ſcripto denunciamus memorie, quod quedam *nobiliſ matrona,* nomine *eufemia de Obernperg,* rogatu ſororum in richerſperge tradidit quandam famulam ſuam Pertham nomine ad altare ipſius ecclefie, ut effet in miniſterio iam dictarum ſororum et annuatim perſolueret cenſum V denariorum. Huius rei teſtef ſunt, *Leutoldui et Pernhardus frater eius de Sauerſteten, Pabo de Omenſhaimen, Eticho de Gegenperge, Chunradus fueuus,* et ali quam plures. (l. c. N°. CLXVIII.)

CLXXXI.

Omnibus chriſti fidelibus prefenti ſcripto denuntiamus, quod dominuſ Otto Richerſpergenſis canonicus quandam famulam ſuam Chunigundam nomine cum filio ac filia omnique poſteritatiſ linea tradidit ad altare ſancti Michahelis in Richerſperge ad quinque denariorum cenſum. Huius rei teſtef sunt. *Ditmaruſ ſcriære, et filius eius item ditmaruſ, Chalhohus et frater eius Ditmaruſ,* quoſ ipſe dominuſ Otto eidem loco antea tradiderat. (l. c. N°. CLXIX.)

CLXXXII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *nobilis homo, Weſigrimus* nomine de *Winthag,* rogatu *Richeri de Oſterna* tradidit ad altare s. Michahelis Richerſperge quamdam Richar-

dem cum liberiſ ſuiſ Adelne, Eechehardo et reliquis. Huius rei teſteſ sunt, *Richeruf de Oſterna*, *Pertoldus de winthag*, *Engelgerus de eodem loco*, *Regingeruf de Ride*, *Waltheruf de tobele*, *Engelfcalcus de eodem loco*, *Merboto*, *Herbordus*, et alii quam plureſ de familia eccleſie. Hoc factum eſt tempore *Gerhohi* uenerabiliſ eiusdem loci prepoſiti. Uerum cum iam dictus *Richeruf de Oſterna* uiam uniuerſe carniſ ingreſſuſ eſſet, et Wernhardus filius eius factvm patriſ caſſando predictam Richardem cum liberiſ ſuiſ in ditionem ſuam coegiſſet, tandem Richerſpergenſibus fratribus interuenientibus ab Engelgero premorate Richardis marito precium ſex talentorum accepit, et quidquid iuriſ in ipſa, liberiſque ipſius habuit aut habere potuit, Richerſpergenſi eccleſie remiſit, et eam una cum liberiſ ſuiſ cum omni iuſticia, qua eam poſſedit, ad altare s. Michahelis contradidit. Laudauit preterea idem wernhardus ſuper ſanctorum reliquiaſ et in manum domini Philippi, illis diebus regnantiſ habenaſ Richerſpergenſis cenobii, quoniam, ut filius eius factum ſuum confirmaret, uera fide abſque omni male et ſimulate artiſ fictione ab ipſo conaretur optinere, dum primum decurriſſet nutrimenta teneriorſ infantie. Huius rei teſteſ ſunt *ipſe Wernhardus et homo eius Albertus de Grûbe*, *Chunradus de Aichperge*, *Albuwinus de hagenawe*, *Engelgeruf iam dicte Richardis maritus*, *Chunradus fueuus*, et alii quam plures. (l. c. N°. CLXX.)

CLXXXIII.

Uniuerſis ſub chriſtiana fide degentibus memorabile eſſe uolumus, quoniam quidam *Gebolfuf miniſterialis de wirzburch* predium ſuum *Mezenbach* cum molendino et quandam famulam ſuam nomine Mahthildam cum liberiſ ſuiſ ad omnimodam proprietatem tradidit Richerſpergenſibus fratribus ſub hiſ teſtibus, *Wernhardo de mortfbach et hominibus eius Chunrado et ulrico*, *Rudgero de pramhouen*, *Chunrado de Aichperch*, *Ulfcalco de Tobel*, *Dietdrico cognomento huzingare*, *Gotfcalco de familia*, et aliiſ. Uerum ipſum predium quidam *Wernhardus de Teischirchen*, ipſius predii legittimus delegator, petitione predicti Gebolfi ſuper reliquiaſ iam dicte Richerſper-

genſiſ eccleſie delegauit, hiſ, qui ſubſcripti ſunt, teſtibus, *Wernhardus de Orte, Chunradus de puttenperge, wernhardus delegator, Rudgerus de pramhouen, Rudgerus de eccleſia s. marie, Ulfcalcus de Tobel, wernhardus de wilbach, Ulricus de niderhouen, wernhardus de wizzenawe, Pertolt de Ort, Albero de Grube, Manegoldus de Antiſenhouen, Albero, Helm, Rudegerus de Rintal.* (l. c. N°. CLXXI.)

CLXXXIV.

Nouerint omneſ chriſti fideleſ, quomodo deo deuoti quatuor germani fratreſ, Wernher, Paldunch, Grimolt, Diether cum duabus ſororibus ſuiſ Alburch et Mahthilt pro remedio anime ſue, datiſ etiam L talentiſ per manum domini ſui *comitiſ Hainrici urbis prefecti* in pentecoſten apud *ſtôfen*, tradiderunt eccleſie Richerſpergenſi curtim *Mulberch*. Huius rei teſteſ sunt, *Wernher, Palduncz, Grimolt, Diether, Alburch, Mahtilt et Hainricus ipſi traditoreſ. Preterea et alii, Rôdpertus, Wîf de Paxperch, Eglolfuſ de ſtain, Hartnit de Hereſingen, Sibot de ſtôfe et frater eius Engelſchalc, Sifrit de eigoltingen et frater eius Hartwic, Einwic de tuſingen, Heinricus de Mulbach, Dietmar de tuſingen et Heinricus frater eius, Gotſcalch de Panholz.* (l. c. N°. CLXXII.)

CLXXXV.

Nouerint omneſ fideleſ chriſti preſenteſ et futuri, quod quidam miniſterialiſ Hainricus nomine pro remedio anime matriſ ſue *Giſile de Rehcpochinge* et omnium parentum ſuorum tradidit ſuper altare ſancti michahelis predium ſuum *Vogelnperg* vocatvm. Huius traditioniſ teſteſ sunt, *Comeſ Dietricus de Vihtenſtain, Ortolfuſ de Laimingen, Ditmarus de ſancte mariechirchen, Duringus de braitenberc, fridericus de granberc, et de familia eccleſie Chônradus, Herbordus, Hainricuſ,* et alii. (l. c. N°. CLXXIII.)

CLXXXVI.

Notum eſſe uolumus omnibus tam futuri quam preſentiſ temporiſ hominibus, quod quidam *liber homo*, nomine *Ruper-*

tus de waccelinge, abdicauit in manuſ richerſpergenſium fratrum, quidquid habere poterat iuriſ in prediolo quodam in *galſpach* ſito. Actum apud *Eberſwanch coram iudice in publico placito*, et subnotati sunt predicte rei teſtes, *Siboto ſtoll de wihar*, *Eberger et filius eius Heinricus de Pilgerſheim*, *Willehalmus et Jrmhart et Heinricus de Ecelinge*, *Almar de galſpach*, *Chraft et Eticho de Amphewanch*, *Sibot de wilpach*, *Gotſcalchuſ ſcerio*, *Gerharduſ de tûmoltheim*, *Wolfkanch de Chinden*, *Herbordus de Eiche*, et alii pluresſ. (l. c. N°. CLXXIV.)

CLXXXVII.

Sciant omnes chriſti fideles tam futuri quam preſentes, quoniam quidam fideliſ homo, *V̂dalricus* nomine de *Niderhouen*, in die reuerſionis uxoriſ eius Hiltegundiſ in matrem omnium delegauit atque contradidit ſuper altare s. cruciſ in Richerſperge pro remedio anime ſue et iam dicte uxoriſ eius et utriusque parentum tria iugera per duoſ campoſ diſtributa uille, que *munſter* dicitur, collimitanea. Teſtes per aurem attracti hi sunt, *Wernhardus de Ort*, *Selcherus et filius eius Rudgerus huzingenſeſ*, *Hartmûdus*, *et Pertoldus homines Wernhardi Wernhardus et . . . . . genere ipſius traditoriſ*, *fridericus ſeruus Wernhardi de Ort*, *Pertoldus coquus*. Abdicauerunt quoque quicdquíd iuriſ in hiſ habere uiſe sunt filie ipſius V̂dalrici ſub hiſdem teſtibus. (l. c. N°. CLXXV.)

CLXXXVIII.

Vt cognoſcat generatio altera, et filii, qui naſcentur enarrænt filiiſ ſuiſ, poſterorum memorie ſcripto preſenti commendanda notificamus, qualiter mulier quedam Lieba nomine de . . . . *) . . . . predium in *frihaim*, quod Sigfridus frater eius conſtitucione domini ſui *Hainrici ducíſ* pro concremationе cuius (sic) curtiſ, recherſpergenſibus fratribus contulit. Ipſa poſt

*) Der Name ist so undeutlich geschrieben, dass es nicht möglich ist, ihn mit einiger Sicherheit zu lesen. Die Monum. boic. haben: „Varie".

mortem fratrif hereditario ſibi iure cedere debere contendenſ querimoniam mouit, acceptiſque tandem a prepoſito Richerſpergenſi tribus talentiſ predium ipſum coram hiſ, qui ſubscripti, teſtibus ipſa cum Růdolfo et Hagnone filiiſ et Cunigunda filia abdicauit.

Teſtef sunt, *fridericuſ de prunoe, iudex duciſ in Ranſhouen, ſub quo cauſa iſta terminata est, Eberhardus et Chunraduſ fratres eius. Hainricus de Ellinge, Chunradus de Giſelinge, Vdalricus ſtemphær, ſtefeno de vȯrloe, Germumduſ camerariuſ, Marquarduſ preco, Rawinuſ preco, Pertoldus uillicus in ranſchoue, Ditricuſ de mætich, Růdgeruſ de merental, Eckardus et Hainricuſ frater eius, filii Hainrici Læmloniſ de tafflorf, Luepoldus fabær gener Helmberti, Harmannus de ſonemberch, Nortmannuſ et walgerus, ebouſmanni* (sic) *de uilla Ranſhouen*, et alii. (l. c. N°. CLXXVI.)

CLXXXIX.

Notum eſſe uolumus omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *liber homo, Raffoldus* nomine de *Rupertſperge*, predium quorundam fidelium Helpfrici ac Wilibirge uxoriſ eius, *Wezelbach* dictum, peticione ipſorum ob remedium animarum ſuarum ſimulque utriusque parentum tradidit ad altare s. michaeliſ in richerſperge ſub hiſ teſtibuſ. *Hugo de Ruthaimen, Albertus de Grube, Ulſcalcuſ de Tobele, Herbordus de Aiche, Chunradus ſueuuſ, Cotſcalcus de hoſpicio, Pilgrimus pellifex, Waltheruſ calcifex, Leupertus et Vlſcalcus* ſerui prepoſiti, et alii quam pluref per aurem attracti. Nam ipſa delegatio in audientia totius multitudiniſ, que ipſo die utpote die dominico ad eccleſiam confluxerat, celebrata est. (l. c. N°. CLXXVII.)

CXC.

Cunctis chriſtiane profeſſioniſ hominibuſ preſenti ſtilo denunciamus, quod unus miniſterialium *comitiſ Pertholdi de Newenberc* (sic), *Wernhardus de ort*, uxori eius Chunigundi uiam uniuerſe carniſ ingreſſe, cum traderet terre carniſ materiam, pro remedio anime eiuſ parentumque ſuorum una cum patre iam

dicte Chunigunde, nomine *Luepoldo de Walde*, tradidit ac delegauit ſuper altare s. Michaelif in Richerſperge manſum unum in *karinthia*, *Puhel* dictum, ſecus eccleſiam *Stadel*. Huius rei teſtef ſunt hi, *ipſe Wernhardus et ſocer eius Luepoldus, Wernhardus de Rotawe, Richeruf de Weſen et frater eius fridericus, Wernheruf de putenperge, Vlricus hucinger, et ſororius eius Duringuf, Richerus de Draſelhaimen, Ditmarus proprius Luepoldi, Hezel de Rotawe, Luepoldus de Rintal, Gompertus, Pertolduf, Impertus, hominef Wernhardi, Ulricus de wirtinge.* (l. c. N° CLXXVIII.)

CXCI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibuf futurif et preſentibus, quod *duo comitef de Ortenberge* abdicauerunt, quicquid iurif habuerunt in duobuf prediif *potenhouen* et *Reuel* in manvm *Philippi prepoſiti*, datif ſibi ſicut poſtulauerant, IIII talentis et equo. Huius abdicationif teſtef ſunt, *Wernhardus de rotawe, Ullernharduf de Orte, Hertingus de talheim, Hermannus de ſazpach, Hezel de graben, Heinricus de Erla, Vlricus de chirchdorf.* (l. c. N° CLXXIX.)

CXCII.

P. dei gratia Richerſpergenſif eccleſie uocatus prepoſituf. Sciant fideleſ chriſti tam futuri quam preſenteſ, quod filia Epponif nomine Herlint, cum eſſet de propria familia eccleſie datif de rebus ſuif eccleſie in fratrum uſum, hoc a nobis et a congregatione obtinuit, ut ipſa et poſteritaſ eius de cetero ſingulif anniſ quinque denariorum cenſum ſoluant. Huius rei teſtef ſunt, *Manegoldus et frater eius mainſo de Anteſenhouen, Pertoldus de muntrichin, Cothefcalcus de hoſpicio, Liupertus ſeruuf prepoſiti, Otto cognomento faedehilh, Pilgrimus et Růdgeruf de camera, Meingotus de hoſpitali, Helmwicus et Růdgerus et Perhtoldus de piſtrina.* Hec ſcripta et geſta ſunt(a) domino Magno tunc decano et fratre Liupoldo cellerario: (l. c. N° CLXXX.)

CXCIII.

Sciant omneſ chriſti fideleſ tam preſentiſ ſeculi quam futuri, quod *comitiſſa de purchuſen domina Sophia* tradidit ad altare ſancti Michahelif hominem ſuum Meinwardum nomine, cum dimidio manſo ad omnimodam proprietatem pro remedio anime ſue. Hec facta ſunt preſentibus *abbate de pŏrem Walthero, et teſtibuſ ſubſcriptiſ, Otto et Cŏno frater eius de ſtephninge, Rapoto de oberndorf, Gebolfuſ mileſ domini Ottoniſ, Chvnradus camerarius de pŏren. Ŏdalricus camerariuſ domine Sophie comitiſſe, fridericus* de familia eccleſie noſtre. (l. c. N° CLXXXI.)

CXCIV.

Omnibus chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus hoc ſcripto notificamus, quomodo fideliſ homo V̂lſchalkus nomine pro receptione duorum filiorum ſuorum et filie unius delegauit predium ſuum *petinge* ſuper altare ſancti Michahelif per manum liberi hominiſ, *Alrammi de geinpach*, sed et dimidium manſum *tobel*, qui de prediiſ *Wernheri fundatoriſ* conputatus, a pie memorie *Gerhoho* eiuſdem loci prepoſito, Walthero patri prefati V̂lſchalci in beneficium ad tempus uite ſue ceſſerat, iam dictuſ Ulſchalcuſ patre decedente quaſi hereditaria conceſſione contra uoluntatem fratrum Richerſpergenſium diu poſſederat, abnegauit ac filium ſuum abnegare inpetrauit. Hiſ peractiſ ipſum manſum in beneficium ad ſpacium uite ſue ac uxoriſ ſue redonari sibi poſtulauit a *domino Philippo* prefate eccleſie prepoſito. Quod et factum est. Huius autem delegationiſ et abnegationiſ teſteſ ſunt hii ipſe delegator, *Wernhardus de orte et frater eiuſ V̂lricuſ, Wernhardus de wilpach, Leo de oſterna et alii quam plureſ de familia eccleſie, Coteſkalcus de hoſpicio, Pilgrimus, Marqwardus, Leupertuſ, fridericus et frater eius Heinricus, Livkozuſ de mvlberch et filii eius Otto et Herbordus, Otto phedel, Perhtoldus nautta.* (l. c. N° CLXXXII.)

CXCV.

Notum eſſe uolumus omnibus chriſti fidelibus, quod quidam fideleſ hominef Heinricus, Perhtoldus, Megengotus delegauerunt hominef ſuof Chunradum, Chunradum, Chunradum, Ottonem, Liukardem, et filioſ ſuof Rûpertum, Reimpoldum, Waltherum, Gerdrudem cum filio ſuo Heinrico, et filia ſua Rihza ſuper altare ſancti Michahelif in Richerſperge ad V denariorum cenſum perſoluendum, et huius rei teſteſ ſunt, *Liupertuſ, Vlſchalcus, Liupolduſ filius Liupoldi de rattenperge, Waltheruſ ameize, Otto mulhart, Ditricus Zegel, Eberharduſ de uotteſdorfe*, et alii quam pluref, quorum nomina non ſubnotauimus. (l. c. N°. CLXXXIII.)

CXCVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus preſentibus et futuriſ, quod *nobiliſ homo Richkerus de weſen* delegauit ſuper altare ſancti Michahelif in Richerſperge manſum in monte *aechberch* ſitum pro remedio anime uxoriſ ſue ibidem ſepulte. Huiuſ rei teſteſ ſunt, *Wernharduſ et frater eiuſ Vlricuſ de ort, Wernhardus et frater eiuſ Heinricuſ de Rotawe, Alkeruſ de jmberge, Ulricuſ de ſancto Georgio, Heinricus et Chunradus de eichperge, Liupolduſ Impertuſ de Rintal, Heinricuſ de Laufenpach.* (l. c. N°. CLXXXIV.)

CXCVII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibuſ preſentibuſ et futuriſ, quod quidam fideliſ homo, nomine *Wernharduſ de orth*, cum fratre ſuo Vdalrico delegauerunt hominef ſuof cum filiiſ et omni poſteritate ſua, Trûtam cum filio ſuo Vlrico et filiabus ſuiſ Liugarth, Chunegunt ſuper altare ſancti Michahelif in Richerſperge ad V denariorum cenſum perſoluendum, et huius rei teſteſ ſunt, *Magiſ, Manegoldus, Vlricus, Vlſalcus, fridericus, Liupreth, Herborh, Cunradus de eichehe, Vlſalcus de tobel, Wernhardus.* (l. c. N°. CLXXXV.)

CXCVIII.

Noverint omneſ chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quidam miniſterialis *Anwicus* nomine de *Hagenowe*, tradidit ad altare ſancti Michahelis in Richerſperge per manum *nobilif uiri Alberonif* nomine de *Chircheim* predium *Elrichingen* in omnimodam proprietatem et uſum inibi deo ſeruientium ad remedium anime ſue et uxoriſ ſue *Hemme* et omnium parentum ſuorum. Predictus quoque mileſ tradidit et aliud predium ad altare ſancti Michahelif in Richerſperge *Murenperge* dictum per manum *ingenui uiri Erchenberti* nomine de *Hagenowe* in proprietatem et uſum fratrum Richerſpergenſium. Huius rei teſteſ ſunt *ipſe delegator et aduocatus Erchenbertus et filius eius Wernhardus de Hagenowe, Chunradus de merſwanch, Wernhardus et frater eius Vlricus de Orte, Amebertus de Aigelingen, Waltkerus de Meinhartingen, Chunradus de Anteſenperge, Chunradus Haugier, Heinricus de göcheſheim, Heinricus de Ahe, Meinoldus de tolbach, Rudolfuſ de Gegenperge, Vlſchalcus de frenchlinſpach, De familia eccleſie, Chunradus ſweuuſ, Gotſchalcus, Livpertus, fridericus,* et alii multi. (l. c. N°. CLXXXVI.)

CXCIX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod predium in *widae*, quia in lite fuerat per quendam ortolfum et ſororem ſuam, iuſto iudicio optinuimus. Huiuſ rei teſteſ ſunt *ipſe iudex Alkeruſ et fratreſ ſui Heinricuſ et Eberwinuſ, Pabo de holzluten et quinque filii ſui, Eberharduſ preco, Chůnradus preco, Waltherus de eiche, Eberharduſ de auve, Ulricuſ de eiche, Dietricuſ de cruglinge, Selbker de mœvzinge.* (l. c. N°. CLXXXVII.)

CC.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quomodo anno ab incarnatione domini MC nonageſimo, domino *Gerloho* eccleſiae Richerſpergenſiſ prepoſituram agente, iuſticia ipſius eccleſie in *aſcha*, que uulgo můta dicitur, quia iam per X annoſ iniuſte

abalienata fuerat, est requiſita. Siquidem cum per XXX annoſ ſine lite, nemine contradicente, liberam ibi tranſuectionem habuiſſet, eo quod contigua eſſent et terra et aqua in predio eccleſie, poſtea fere per X annoſ ex neglientia prouidentium in iuſ uſurpata eſt alienum, donec predictus Ger. prepoſitus incipienſ contradicere, uocatuſ in iudicium in *publico concilio* hanc accepit ſententiam, ut ſi uellet optinere ipſam mûtam ad eccleſiam ſuam pertinere, hoc *VII idoneiſ teſtibus* eum probare oportere. Acceptam itaque ſententiam executus ſtatuto die XVI kal. iulii eiuſdem anni teſteſ cauſe produxit, quorum iſta ſunt nomina, *Chunradus rêghalm, Willehalm de geileſpach, Egen de poſenpac, Uolcholt et filius eius Alram, Waltherus de aſcha, Egen de chalinge.* (l. c. N°. CLXXXVIII.)

CCI.

Notum ſit omnibus pie in chriſto uiuentibus futuriſ et preſentibus, quod *nobiliſ miniſterialiſ, Chûnradus de anteſenperge*, delegauit ſuper altare ſancti michahelif in Richerſperge pro ſalute anime ſue dimidium manſum, qui dicitur uulgo *azelinfhube*, fructuario uſu ſibi ad tempuſ uite ſue retento, datiſ V denariiſ in teſtimonium delegationiſ, ipſo quoque defuncto, hominef, qui fuerint coloni ipſius manſi, ſimul erunt eccleſie. Huius rei teſteſ ſunt, *Wernharduſ de ort, Gerhart de chadlinge, Chunradus et Wernhardus frater ſvos de holzluten, fridericus de ort, Alram de windeperge.* (l. c. N°. CLXXXIX.)

CCII.

Notum ſit omnibus in chriſto uiuentibus, quod *comitiſſa de ortenberge, Eliſabeth* nomine delegauit ſuper altare ſancti michahelif in Richerſperge predium, quod *plade* dicitur, Huius rei teſteſ ſunt, *Walchun de ſteine, per cuius manus delegatum eſt, et filiuſ eiuſ Chunraduſ, Ekkehardus de uvhten, Chunraduſ de razlinſdorf, Hartwicus de rocholuinge, Walchun de lohe, Heinricuſ de trebenfrête, Hartwicuſ de hage, Otto filius ekkahardi de fuhte.* (l. c. N°. CXC.)

CCIII.

Nouerint chriſti fideleſ et futuri, quod quidam miniſterialis, *Gebehardus* nomine de *Aigelinge*, occisus a fratre ſuo Amelberto, in preſentia fratrum ſuorum non contradicentium, tradidit eccleſie richerſpergenſi ad omnimodam proprietatem hominef ſuof, quorum iſta sunt nomina, Alhardus, Liubmanus, Rapoto, friderun ipſa tercia cum duobus filiif, Alheit, Diemût, Perhtha, Quof omneſ ipſe morienſ ſeculo abrenuntianſ, delegatorem ſuum *Liutoldum de Sauerſteten* delegari fecit cum omni poſteritate ſua ſuper altare ſancti Michahelif in eadem eccleſia, quo et ſe ipſum contulit. Huinſ autem primum traditionif et poſtea delegationif attracti per aureſ teſteſ ſunt, *Ipſe delegator Liutoldus, filiuſ eiuſ Liutoldus, Pernhardus frater eius, Pernhardus macer, Hermannus et frater eius Amelbertus fratres ipſius occiſi, Ditmaruſ, Walther ſnaterinch, Wâdalricus, Wernhardus, Perhtoldus et alter Perhtoldus, Arbo medicus, Omnif (sic) iſti de ſauerſteten. De familia eccleſie Cotſcalcus, Chûnradus, Liupertus*, et alii quam plurimi. (l. c. N° CXCI.)

CCIV.

Cunctiſ chriſtiane profeſſionis hominibus tam preſentibus quam futuris preſenti ſtilo denunciamus, quod unus miniſterialium *comitiſ Pertholdi de nuenberghe, Wernehardus de ort* mulierem nomine Itam, quam in beneficio habuit, alia data per concambium, delegauit ſuper altare sancti Michahelis ad V denariorum cenſum; huius rei teſteſ sunt, *Wernehardus de ort, fridericus et hartmûdus militeſ ſui, Richerus de trœſelheim et fratres ſui Wernehardus et hainricus, hainricus de percheim, Rappoto, Pernehardus de trœſelheim, Herrandus et fridelip de linde, de familia eccleſie Luprethtus, herbordus, Albero de gurten.* (l. c. N° CXCII.)

CCV.

Sciant omneſ chriſti fideles tam preſentiſ ſeculi quam futuri, quod quidam miniſterialis eccleſie Eberſperg, nomine Eberwinus,

famulum ſuum Wernehardum delegauit ſuper altare ſancti Michahelis Richerſperg ad cenſum V denariorum. Teſtef per aurem tracti ſunt hi, *Ipſe eberwinus, Lupoldus preco ducif, De familia eccleſie, herbordus, Albero, Arnoldus, gotſcalcus, Rœwinus, Otto, Albero de gurt, Siboto, hainricus puman.* (l. c. N°. CXCIII.)

CCVI.

Notum eſſe cupimus omnibus chriſti fidelibus, quod domina Diemůdif, relicta domini *Meingozi de furberch*, pro remedio anime ſue ac domini Meingoti mariti ſui et omnium parentum ſuorum curiam unam *voitefwinchel* contulit eccleſie Richerſperge. Sed et dominuſ *Siboto de furberch* alteram in eadem uilla curiam ſimili tenore predicte eccleſie contradidit et utramque traditionem *archiepiſcopuſ adelpertus* conſenſu ſuo ac miniſterialium ſuorum roborauit. Huius rei teſtef ſunt, *Heinricus prepoſitus de werde, Wichmannus prepoſitus de halle, Siboto de furberc et fratruelif eius Hermannus, Heinricus de wifbach, Heinricus de ůzlinge, Cotſkalcus de Vncinge, Perhtoldus, Hii omneſ miniſteriale/ f. Růdperti ſalzpurgenſif. Livtoldus, Engelpreht, Walchun, Arnolt, Gotfridus militef domine diemůdif, Dietmarus de plaigen, Rugerus, Rudolfus de furberch, Otto de Richerſperge, Ulricus de ſalzburch*, et alii pluref. (l. c. N°. CXCIV.)

CCVII.

Notum ſit, quod Hermannus cognomento swærze, cenſualis eccleſie, dedit pro remedio anime ſue prediolum, quod habuit ad *ekkhartinge*, cum conſenſu filii ſui Hermanni, ad hoſpitale in uſum pauperum accepto modico precio uidelicet LX denariorum ab Hermanno preſbytero, qui hoſpitali tunc prefuit. Teſtef ſunt, *Megengotus de hoſpitali et fororius ſuus Chůnradus, Albero de tobel et Heinricus huleware, Manegoldus de tobel, Wernhardus piſcator, Herpertus et alii pluref de familia eccleſie, Heinricus de Lawe.* (l. c. N°. CXCV.)

CCVIII.

Notum fit, quod tria prediola ad *Ekhartinge in dem tale*, que tref uiri Herman, Pilgrim, Wernhart dederunt ecclefie s. Michahelif in Richerfperge ad cenfum V denariorum fingulif annif et ut poft obitum filiorum omnimodif effent ecclefie. Albero prefati pilgrimi filius, adhuc uiuenf, quicdquid iurif habuit in predio fuo, totaliter ecclefie noftre contradidit, ut neceffaria uictus et ueftitus in hofpitali acciperet. Teftef funt, *Megengotus de hofpitali et fororii fui Engelfcalcus et Chůnradus, Rawinus de prevhufe, Albero uækcel, Hartmannus et Rahwinus de horto*, et alii pluref. (l. c. N°. CXCVI.)

CCIX.

Notum fit, quod quedam fidelif mulier, *Gerdrudif de Oberaltheim*, tradidit ad altare fancti michahelis famulum fuum Heinricum pro remedio anime uiri fui Rudgeri, accepto etiam dimidio talento a patre ferui Meinhardo, pofuit quoque predium uum, quartam partem manfus, ad *oberaltheim* in pignore in manum facerdotif, ut reddantur denarii, fi de pofterif fuif quifpiam prefatvm feruvm fibi uelit uendicare. . . . . Teftef *) . . . . . (l. c. N°. CXCVII.)

CCX.

Notum effe cupimus omnibus chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialif, nomine *Cunradus de anthefenperge*, acceptif duodecim ſolidif quandam famulam ſuam nomine Chunnegundam cum filia iuniore, nomine Aldelhaide, pro remedio anime ſue contradidit ſuper altare ſancti Michahelif cum omni poſteritate ſua ad cenſum quinque denariorum. Huius rei teſtef ſunt, *Gotfcaldus de hofpicio, Albero de tobel, Rahwinus de phefgin, Herbordus de Aiche, Lêchoz de mulberge, et filius eius Rahwinus, fridericus de tobel, Engelherus prepoſitus predicti Chunradi, Pernhardus uinitor fuus.* Idem Cunradus ſecundario acceptif duodecim ſolidif predicte famule filiam, nomine Jutam et filium nomine Vlfalevm, delegauit ſuper altare ſancti Johannes (sic)

*) Die Zeugen fehlen auch im Originale.

in abſide ad cenſum quinque denariorum. Huius rei teſtef sunt, *Manegoldus et frater eius magnus de anteſenhoven, Rôdegerus de anthesenhouen, wiccherus de antheſenperge, Rôdulfus in coquina, Magnus prepoſitus predicti Chunradi, Hainricus de frihaim, Siboto de frihaim, Herbordus caupo, Rvdegerus frater herbordi, Margvadus de frihaim.* (l. c. N°. CXCVIII.)

CCXI.

Notum ſit, quod miniſterialis quidam, *Chunradus de anteſenperge*, dedit eccleſie noſtre predium, quod apellatur uulgo *dazemenichlin*, cauſa anime uxorif ſue Ite. Teſtef sunt hii, *Wernhardus de ort, Wernhardus de prampach et frater ſuuf Meingotus, Amelpertus de Aigelinge, Hartmudus de ort, Perhtoldus zybirnoz, Dietricus de uiſenhart, Manegoldus et frater ſuuf de Anteſenhouen, Magnus, Gotfridus, Engelpertus, Magnus de anteſenperge, Wernherus de hibinge, Heinricus ſtrichære.* (l. c. N°. CXCIX.)

CCXII.

Notum ſit, predium *frihaim* tali modo nobiſ deueniſſe. Quedam *nobilis mulier Berhta* et filius suus Einwicus, quoniam illud de fundo eccleſie fuiſſe recognouerunt, poſt mortem ſuam liti cedentef, predium nobis reliquerunt. Uerum Wernhardus filius predicte B. afferenſ sibi hereditario iure illud ceſſiſſe, inuitif nobis uſque ad finem uite ſue predium retinuit, quamquam etiam quodam anno, quod liti renunciauit, domvm sibi edifficauimus et duaſ prebendaſ ſubminiſtrauimus et duaſ filias in clauſtrvm ſuſcepimus, quas tamen, ne predium perderet, nobis ignorantibus, de clauſtro recepit. Tandem poſt mortem ſuam gener ipſius Walkerus fortiter nobis reſiſtentibus, predictum predium inuaſit, at *caſtrenſef de obernperge* pro bono pacif tale medium fecerunt, ut ſororem uxoris prefati Wal. in clauſtrum reciperemus, prediumque ſine lite haberemus. Predium quoque *Gunthalminge*, ſi ſine herede decederent, ad nos pertineret. Teſtef, *Livtoldus et filius ſuus Livtoldus de ſauerſteten, Chunradus de merſwanch, Wernhardus de ort, Her-*

mannus de Eigelinge, *Meinhardus de murringe*, *Heinricus de faspach*, *Heinricus de murheim*, *Bernhardus humbel*, et alii pluref. (l. c. N° CC.)

CCXIII.

Nouerint omnef chriſti fideleſ, quod quedam *nobilif matrona*, nomine *Diemudis de Weſenperg*, cum filio ſuo *erniſto* delegauit ſuper altare ſancti michahelif in Richerſperg per manum cuiusdam *liberi hominis Livtoldi de huntoving*, pro remedio uiri ſui friderici ibidem ſepulti dimidium manſum in *aichenbach* et dimidium *zehenzingen* ſitum, in omnimodam proprietatem. Huius rei teſteſ ſunt, *Marquardus frater domini heinrici de morſpach*, *Cotſcalchus de Weſenperg*, *Meinhardus pechſtœin*, *Heinricus de ſuben*, *Heinricus de murheim*, *Engelſalcus milef domine diemudis*, *Livtoldus delegator predicti predii*, *Livkozus de mûlperg et duo filii eius herbordus et Rahwinus*. Hii ſunt teſteſ, quod dominuſ *Otto de riede* in extremis ſuiſ tradidit nobis predium *luchilinſpach*, *Grifo de albrehſtheim*, *Pilgrimus huzingenſif*, *Engelbertus ſpiluogel*, *hiltradus cellerarius*, *Wernhardus ſacerdos*, *Albero*, *Geroldus*, *Gerhardus*, *Pernhardus vrbani de Riede*. (l. c. N° CCI.)

CCXIV.

Notum ſit omnibus fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quedam *nobilif matrona* nomine *Levkardis*, relicta domini *Ottoniſ de ſtevz*, pro remedio anime uiri ſui eiusdem Ottoniſ, predium *Leuchlinſpach*, ſicut ipſe adhuc uiuenſ diſpoſuerat, delegauit ſancto Michaheli in Richerſperg per manvm domini *Vlrici ſtreun* ſine omni contradictione. Similiter et predivm *lintloch* eadem deuocione obtulit sancto Michaheli in Richerſperg. Acta ſunt hec in eccleſia *ſtôze* . hvius rei teſteſ sunt hi, *Vlricus delegator*, *Abbaſ Chûnradus de ſitanſteten*, *Otacher de ſitanſteten*, *Pernhardus ſacerdoſ de chunigſer*, *Rûdolfus preſbyter de Neudorf*, *Eberhardus de falwa*, *Dit imar et Hermannus preſbyteri de ſtevz*, *Rudigeruſ de gawaſt*, *Eberhardus de ſtevz*, *Herbordus Korchvch*, *Pilgrimus wiſint*, *Minhart de rot*. (l. c. N° CCII.)

CCXV.

Nouerint omneſ chriſti fideleſ, quod quidam *plebanus de Roſſpach* nomine *Pilgrimus*, cum eſſet in extremis, elegit ſepulturam in cenobio ſancti Michahelis in Richerſperg et decem mancipia, que proprietatiſ iure tenebat, pro remedio anime ſue tradidit ſancto Michaheli ad cenſvm quinque denariorum, quorum iſta ſunt nomina, Heinrich, Wernhart, Meinhart, Chůnrat, Heinrich, Růdolf, V̂lrich, Heinrich, Liukardiſ et filia eius Diemůt. Huius rei teſteſ ſunt, *Chůnradus de Einign, legätarius eorum hominvm, kadelochus frater prefati plebani, Albertus plebanus de ſancto Georio, Růdbertus plebanus de eccleſia ſancti Stephani, Perhtoldus et Eberhardus ambo de trivbach, Heinricus de berg, Otto edituuſ.* (l. c. N°. CCIII.)

CCXVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod frater Eberhardus, dvm eſſet cellerarius fratrvm in Richerſperg, emit uineolam in *Cremſ*, contiguam uineiſ noſtriſ pro X talentis a quodam burgenſi, nomine Rapotone, abdicante ipſo Rapotone et uxore eius ac filiiſ quicquid iuriſ habebant in ipſa uinea. Acta sunt hec in cremſ. Huius rei teſteſ ſunt. *Meinhardus delegator, Rapoto predictus, Siuridus burgenſis, Wolfpreht, Engldich pater predicti Ra. Sifridus, Englscalcus, Herbordus Eiche, Vlfcalcus Sestaller, Chůnradus Ganſ, Albero de tobl.* (l. c. N°. CCIV.)

CCXVII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, quod quidam *nobiliſ Otto hochuch* nomine delegauit ſuper altare ſancti Michaeliſ quandam Gerdrudem nomine omnimodam in proprietatem, acceptiſ duobus talentiſ per manum cuiusdam *liberi Sibotonis*. Huius rei teſteſ ſunt *ipſe Otto et Siboto et filius ſuuſ Errandſ, Walkerus frater ſuus, Cotfridus, Heinricus perhteſgadmenſiſ, Heinricus et Leupoldus de wier, Eberhardus de ratnperg, Perhtoldus et frater ſuuſ de ratnperg, de familia noſtra, Herbordus caupo, Meinhardus can-*

cer, Otto manſionarius et filius ſuuf Otto, Heinricus de preuheuf. (l. c. N°. CCV.)

CCXVIII.

Iſti ſunt teſtef prioris abdicationif qui prefentef erant quando *Meinhardus de Zun* et duo filii eius ortolfus et chunradus abdicauerunt iuri ſuo ſuper predio de *Mûlber, Chunradus et Ortolfus frater eius de zun, Marquardus de Widem, Rehwinus de gurten, fridricus de Mûlber, heinricus de friheim, Pertoldus plôchere, Meinhardus cancer, Otto fullo.* Postea iratus nobis Ortolfus in odium noſtri occidit uaccam uidue chriſtine de *tobel* et tunc iterato abdicauit iuſ ſuum, quod prius abdicauerat ſuper eodem predio et renuntiauit omni ivri, quod aput noſ dicebat ſe habere hac conditione, vt noſ predicte vidue de illato dampno ſatiffaceremus. Huius rei sunt teſteſ, *Vlricus de Ort, et filius ſuuf heinricus de Merſwanch, heinricus de drehſliheim, Eberhanus et Heinricus et frater ſuuf chunradus de zvn, fratref predicti Ortolfi,* et alii plurimi.

CCXIX.

Notum ſit omnibus fidelibus tam futurif quam preſentibus, quod matrona quedam nomine diemûdif pro remedio animarum uiri ſui *heinrici de erla* et ſui (sic) parentumque ſuorum delegauit ſancto Michaheli in Richerſperg predium . . . . . *) per manum domini *Rudolfi de gienberg* ſine omni contradictione in omnimodam proprietatem. Huius rei teſteſ ſunt ipſe delegator *Rudolfuf et fratref eius Meingotus, Heinricus, chunradus, Heinricus et frater eius yrnoldus de yzing, Vlricus de chirctorf, plebanus de ſancto georio dominuf albertus, et ſacerdof ſuuf chunradus, Otto manſionarius et filius ſuuf Otto, Herbordus de Aiche, Albero de tobel, Rudigerus de aiche, Hartmannus mancus, Hermannus mancus, Albero zændal.* (l. c. N°. CCVI.)

*) Im Originale ein leerer Raum.

CCXX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam matrona, nomine *tuta de Purcbach* famulam ſuam Gerbirgem nomine et filiam eius Livpirch dictam, delegauit ad altare ſante cruciſ in Richerſperge ad cenſum quinque denariorum ob remedium animarum uiri ſui et ſui ipſius, Huius rei teſtes, *Ditmarus hophe, Heinricus priomarſter, Gerungus de phephinge et fratreſ Otto fullo et chunradus maeiſo, Eglolfus ſororius fratriſ Vlſalci, Heinricus textor, Waltherus phuſtlinch et filius eius Rudpertus*, et quam plureſ alii de familia eccleſie. (l. c. N°. CCVII.)

CCXXI.

Notum ſit omnibus fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam miniſterialis nomine *Vlricus occiſuſ de woirttingen* tradidit famulam ſuam nomine chûnigundam ob remedium anime ſue ſuper altare ſancti michahelis ad cenſum V denariorum. Huiuſ rei teſteſ sunt, *pilgerimus de hôzingen, Rûdigeruſ mileſ ſuus, Ortolfuſ ſeruuſ ſuuſ, Herbordus de phâſingen, Herbordus de Aicha, Otto pulſator, hvgo.* (l. c. N°. CCVIII.)

CCXXII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod *Siboto et Hainricus de zaun* filii meinhardi abdicauerunt iuri ſuo, quod uidebantur habere in predio *Mûlberch* ſicut etiam pater ipſorum Meinhardus et fratres eorum Ortolfus et Chunradus ante fecerant accipientes a nobis equum et tres ſolidos. Huius rei teſtes ſunt, *Gerhardus plebanus de Hirſhaim, Hainricus uicariuſ de Tetenwis, Hainricus de sazpach, Wlricus de Wolhaim, Rûdolfus manſionarius, Perhtoldus cocus, Hadmarus ſcolaſticus, Meinhardus pellifex, Albero zendal, Herbordus, Hirtel,* et alii plures de familia eccleſie. (l. c. N°. CCIX.)

CCXXIII.

Nouerint omnes chriſti fideles tam presentes quam futuri, quod cum *Chunradus de Anteſinperg* contenderet ſe esse aduo-

catum in predio ecclesie, quod dicitur *Maerzlinespach*, contradictum fuit sibi a preposito et fratribus Richersbergensis ecclesie. Quare ille ille (sic) permotus abstulit colono illius ecclesie equum ad cuius redditionem cum cogeretur precepto domini *Patavienſis episcopi* et etiam per penam excommunicationis tandem lis illa tali modo fuit decisa, quod predictus chunradus pro retentione equi omne ius quod usurpabat sibi in predio illo una cum filio suo abdicauit. (l. c. N^o^ CCX.)

CCXXIV.

Isti sunt hominess censualess, quos frater *heinricus de graben*, dum essent sui iuris, tradidit ecclesie sancti Michahelis ad censum quinque denariorum, ipse frater Heinricus inibi conuersus, Gerbirgis, Alheidis, Diemut, Mahtild, Willibirgis, Perhta, Alheidis, Jutta, Gerdrudis, Diemut. in loco qui dicitur tesselbrun, sunt manentes. Huius rei testes sunt, *Ditmarus cognomine hophe, Otto fullo et frater eius chunradus Meisæ, Siboto de frihaim, Siboto faber, Eglolfus fororius fratris Vlfalci, Rudolfus manſionarius, Pertoldus plochilær, Heinricus wizchamp, Gerlohus de vihuſin et priuignus eius Rudigerus, Rudpertus textor de frihaim*, et alii quam plures de familia ecclesie.

CCXXV.

Pernoldus de palude et *Albertus hopher* intromiserunt se de domo nostra in *chremes*, que uocatur ad paludem, dicentes, quod *albertus taren* cognomine eandem domum sibi obligasset. Quam causam Richersbergensis ecclesie prepositus Heinricus et fratres sui Ditricus celerarius et Dithardus camerarius, cum cognouissent, coram iudicio publice proposuerunt et legitime probauerunt, quod prenominate homines, scilicet perholdus et albertus hopher nichil iuris in eadem domo habuerunt. Huius rei testes sunt, *Erchenpertus, qui tunc iudex exſtitit, Rapoto de V̊rfar, Eiglo, Gotfridus, Gerhart gneſgern, fridricus, Eberhardus preco, Rapoto filius Item Dietrammus de stein, Prunwardus de Eſelſtein, Meinhardus filius pitrolfi, Vlfal-*

cus vinitor, Pertolduſ cůglio, Albero zendal, Meinhardus cancer, Livtoldus wehſeler, Pertoldus plocher et Syboto de hohenau, Vlricus pochel.

CCXXVI.

Hainricus filiuſ Meingoti de Radendorf tenetur nobis in feſto Michahelis de dote, quam ad dieſ ſuos tantum tenere debet, treſ ſolidoſ et XII denarios et duoſ pulloſ et Anſerem. Item Vlricus inſtitor, qui dicitur dux, tenetur nobis in feſto michahelis de uinea, que ſpectat ad cameram, li . . . . ad purchreht XV denarioſ et quatuor urnaſ uini de eadem vinea et ſi de aeadem uinea aliquo caſu contingente uinvm ſoluere non poterit, de ipſius uinee collaterali tantundem ſoluere debet, alioquin iuſ ſuum amiſit.

CCXXVII.

H. dei gratia Richerſpergenſiſ ecclefie prepoſitus cunctiſ haſ literaſ perſpecturiſ ſalutem in perpetuum. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuriſ, quod *hermannus* cognomento *Rughalm* noſ Richerſpergenſeſ inpetebat, ſe a nobis dampnum ſuſtinere, quod aque meatus molendini noſtri in *wruanch* in *chadeligne* occuparet partem predii ſui ibidem poſiti. Que liſ in arbitroſ commiſſa, tali modo eſt deciſa, ut noſ richerſpergenſeſ de curia noſtra in *chadelign* iam dicto hermanno daremus agri culti XII *cubitoſ*, quod uulgo *holzellen* uocatur, que menſura a uiriſ prudentibus trutinata conputata eſt ad ſex agroſ et quatuor parteſ, quod uulgariter dicitur *drumer*, et ita diffinitum eſt, ut ipſe hermannus pro dampno ſuo talem reconpenſationem haberet, ut in uno tantummodo campo ſibi demonſtrato . . . *) Nobis vero Richerſpergenſibus aque meatus, pro quo liſ agebatur, cum omni iure molendini in quieta et uera poſſeſſione permaneret. Si autem inundatione aquarum, ut ſepe fieri ſolet, idem meatus interrumpatur, molendinarius de conſilio uicinorum tali cautione reparare ſtudeat, ne aliqua indè auerſio oriatur,

*) Entweder iſt hier ein Wort ausgelaſſen, oder das „ut" iſt überflüſſig.

ut hec compoſitio in futurum ſtabiliſ permaneat, ſigillum noſtrum appendimus atque teſteſ, qui interfuerunt, ſubſcribimus. *Heinricus mileſ de caſtro ſcẽmberch, Hertwicus de hetcingn, Otto de ſconnpuhl, Wernhardus iudex prioriſ anni illius facti, Irnuridus tunc temporiſ iudex, Bernhardus lurzarius, Gerungnus Ǒez, Sifridus familiareſ eccleſie de aſca, Marquardus tunc uillicus in chadelign, Heinricus molendinarius, Meinhardus de uihpach, Manigoldus cenſualiſ noſter et filius ſuuſ, Chůnraduſ hoſpeſ, Heinricus ſeruuſ cellerarii*, et alii quam plureſ. (l. c. N° CCXI.)

CCXXVIII.

Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, poni ſolent in linqua teſtium et ſcripture memoria perennari. Sciant ergo preſenteſ ac poſteri, quod *Hœrtwicus de Angeſieze* pro receptione ſororiſ ſue in conuerſationem fratrum et ſororum deo in Richerſperge militantium, quoddam predium, ſitum in *Pitzlingen*, pro decem talentiſ obligauit eidem congregationi. Quod quidem predium, dum poſtmodum redimere non poſſet, acceptiſ a iam dicta congregatione quinque talentiſ idem predium cum omni iuris ditione delegauit ſuper altare ſancti michahelis in Richersperge. Huius rei teſteſ ſunt, *Perhtoldus coquinarius, Růdolfus eccleſiaſticus, Albero ſeruus prepoſiti, Chunradus ſurdus, herbordus caupo, Chunradus hoſpeſ, Wernhardus pellifex, Ortolfus calcifex, fridericus pellifex, fridericus Winno, Merboto in piſtrino, Dominus Eberanus mileſ de Oberuperge, et ipſe traditor hœrtwicus de Angeſieze et Vlricus ſalmannus . . . . . *) heinricus ſwertfürbe iudex, Reinbertuſ de Lina preco, Růdigerus de Antefenmůnde.* (l. c. N° CCXII.)

CCXXIX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam *nobilis puer*, **Weinhardus** nomine filius

*) Im Originale ein leerer Raum.

domini *Vlrici de Orte*, in ſepultura eiusdem patriſ ſui pro remedio anime ſue delegauit et contradidit ſuper altare sancti Michahelis in Richersperge hortantibus matre ipſius pueri et militibus ſuiſ propriis, qui eidem ſepulture interfuerunt, predium quoddam, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur *ze dem heiligem pŏme*, abdicato omni iure tam aduocatie quam cuiuscunque exactionis uel petitionis tam in illo predio, quam in aliis prediis noſtris, in quibus aduocatiam pater ſuuſ iniuſte sibi uendicauerat, hoc quoque laudamentum interpoſuit, quod ſi quisquam affereret, ſe iuriſ ditionem habere in eodem predio et impetendo nos de manibus noſtris extraxerit, ipſe ſine omni contradictione reconpenſaret . huius rei teſteſ sunt *ipſe traditor Wernhardus cum ſalmanno ſuo domino Ludewico de hagenowwe*, *dominus Albertus plebanus de Prieſtingen*, *Livtoldus de sauerſteten*, *Eberanus de Obernperge*, *Ambelbertus*, *Treſ fratres de Geimperge*, *uidelicet Meingotus*, *Rûdolfus*, *Chunradus*, *Rudigerus denſ*, *Livpoldus de heldenheim*, *Gebehardus de Swente*, *Heinricus de zvn*, *Herbordus de Obernperge*, *Engilſchalcuſ cancer*. (l. c. N°. CCXIII.)

CCXXX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod *heinricus de Morſpach* miniſterialis ecclefie Patauienſis tradidit ad altare ſancti Mychaelis in Richerſperge porcionem filue in *Wilhalminge*, idem dimidietatem, que ipſum contingebat. (l. c. N°. CCXIV.)

CCXXXI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Otto cognomento rex quandam famulam ſuam Mathilt nomine cum omni ſua poſteritate Richerſpergenſi ecclefie pro remedio fratriſ ſui Alberti aput noſ ſepulti et ſui et aliorum amicorum ſuorum (tradidit). huius rei (teſtis) *fridericus plebanus de pharrechirchen*.

CCXXXII.

Notum eſſe uolumus chriſti fidelibus, quod quedam *Chunigundiſ de Granperch* pro remedio anime ſue et parentum ſuorum proprium hominem ſuum, Wernhardum nomine, Richerſpergenſi eccleſie ad V denariorum cenſum (sc. tradidit) . huius rei teſteſ ſunt, *Dietherus de vichtenſtein et filius eius pabo, Wernhardus de Wilhart, de familia Levpoldus, Chunradus, hainricus, hainricus rufus, Ainwicus, cuius filiam duxerat, hainricus de ſancto Zenone.* (l. c. N°. CCXV.)

CCXXXIII.

Notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris, quod *Poppo de Rechpokking* pro remedio patriſ ſui aliorumque parentum ſuorum predium ſuum in *Mezſcenpach* cum Molendino ad idem pertinente predium cum ſiluis et paſcuis et omnibus aliis pertinentiis dedit beato Michaheli in Richerſperge et fratribus ibidem deo ſeruientibus nullo ſibi iure in eodem predio retento . hujus rei testes sunt per aurem retracti, *Dominuſ Vlricus prepoſitus eiusdem eccleſie, Auunculus ſupra dicti Popponiſ, quo mediante iſtud teſtamentum factum eſt, Gvndakarus ſacerdoſ, Albero plebanus de Oſternperg, Dominuſ Otto de Chlafpach et duo filii ſui Duringus et hainricus, churadus bawarus, hermannus de forha, Gebhardus de Schalkſdorf, Chvnradus roſenhœmœr, Ortolfus oſpeſ noster de Batauia, Marquardus, Rœhwinus, Herbordus, Livpoldus,* et alii quam plures. (l. c. N°. CCXVI.)

CCXXXIV.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod quedam mulier nomine hiltgardis, cum eſſet libera, tradidit ſe et filium ſuum Wernhardum fabrum et filiam Giſlam cum omni poſteritate ſuper aram ſancti Michahelis in Richerſperge ad cenſum V denariorum . huius rei teſtes sunt, *Pernhardus de wilpach, hainricus planko, Otto ſtadelmeiſter, Perhtoldus cocus, Ditricus villicus de Tobel, Chunradus villicus de*

Monte, hainricus Zinko, Chunradus vblinger, Chunradus nvzfcær, Wernhardus de Ode, hainricus tobler, et alii quam pluref. (l. c. N° CCXVII.)

CCXXXV.

Notum eſſe uolumus chriſti fidelibus, quod quedam femina Alheidif nomine, cum eſſet libera, tradidit ſe et liberos ſuos, hainricum uidelicet et Richkardem, Mæthildem et Jutam cum omni poſteritate ſuper aram beati Michahelis in Richerſperge ad cenſum V denariorum . huius rei teſtes sunt, *Engelſchaldus iudex de Obernperg, hainricus planko, Pernhardus de wilpach, Chunradus molendinator, hainricus antiſenhouen, Chunradus vblinger, Livpoldus, herbordus, hainricus peſ, Vlricus ruſticus, Wernhardus de phæffingen, hainricus toblær, Rvdegerus in villicali*, et alii quam plures.

CCXXXVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod dominus *hainricus de Morſpach*, dum adhuc uiueret, contulit eccleſie in Richerſperge pro remedio anime ſue et parentum ſuorum predium una cum filua in *willehalmingen* cum omni iure proprietatis . huius rei teſtes sunt, *hainricus oder, Chunradus et otto de Serlinſpach, Albreht, Challoch, hainricus de Niderdorf, Attich de Guntherſperg, hainricus de Aichperc et ſeruiens ſuuf hainricus, Ernſto Abbaf de wilheringen, Vlricus confrater conuerſuf ſuuf Rvdegerus, Otto, Vlricus*, et alii quam plures (l. c. N° CCXVIII.)

CCXXXVII.

Sciant omneſ tam preſenteſ quam futuri, quod quidam fidelis homo, nomine *hainricus de Ginperch*, contulit eccleſie Richerſpergenſi per manum legittimi ſalmanni, nomine *Regengeri de Ottenange*, curiam in *Aiche*, nullo sibi iure in dicta curia retento. Predictus uero hainricus dictam curiam cuidam homini eccleſie noſtre, nomine hainrico Reuelario, pro XII talentis obligauerat, qui acceptiſ a nobis VII talentis dicte curie

renunciauit, promiſimus etiam ſupra dicto hainrico ad dieſ ſuos prebendam domini, quandocumque deductioniſ cauſa ad nos declinare ipſum contingeret, Insuper pellicium in ſecundo anno et annuatim XII vlnas linei panni et duos calceos cum caligiſ . huius rei testes sunt, *Regengerus predicte curie ſalmannus, Vlricus prepoſitus eiusdem loci, Waltherus cellerarius, Gundakarus, Eberhardus, hainricus ſacerdotes, Ditmarus de Hugenperg, Hugo de Sauerſteten, hainricus et Livtoldus de Aiglingen, hiltprandus et filius ſuus pilgrimus, Hainricus et Mangoldus fratres de Aheim, Chunradus de Drœhfelheim, Hainricus planco, hainricus toblœr, Livpoldus, Chunradus, herbordus, Pernhardus de Wilpach*, et alii quam plures. (l. c. N°. CCXIX.)

CCXXXVIII.

Notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris, quod quidam *nobiliſ homo Vlricus de hôzinge* pro remedio anime ſue et parentum ſuorum propriam famulam ſuam Chunigundam nomine tradidit ſuper aram beati Michahelis in Richerſperg ad V denariorum cenſum . huius rei teſtes sunt, *Gebhardus de ſwent, Engelſalcus iudex, Heinricuſ planc, Heinricus cinc, Ditricus uillicus de tobel, pernhardus de weilpach, Chunradus de vihovſen, Rudgerus villicus noſter, ortolvvs manſionarius.* (l. c. N°. CCXX.)

CCXXXIX.

Ego *Chunradus Oſpes* in *chremis* in curiam Richerſpergenſem Redemi ad ſeruicium dominorum meorum iuſ vrbanum videlicet XXX denariorum Aput dominum *hadmarum de Legenvelde* pro V ſolidis. Huius Rei teſteſ ſunt, *Albertus marſalcus de waedlige, Vlricus minner ciuis chremſ, Gebolveſ et Rudgeruſ de truizenſdorſ, wicpoto ſartor, Chunradus windeſgût, Ditmarus, famulus noſter.*

Item Redemi aput dominum Herrandvm et aput heredeſ ſuos iuſ vrbanum, quod pertinet ad capellam noſtram, videlicet decem denariorum, pro XL denariiſ . huius Rei teſteſ ſunt,

Herbordus marſchalcus de velz, Meinharduſ de velze de familia noſtra, Chunradus molendinator, Heinricus frihemmer. Item conparaui aput Chunradvm Crôllegfuit in curia hallenſi agrvm vnvm pro duobus talentis. Huius rei teſteſ sunt, *Otto dictus norbrecht de halle, Vlricus haller, Otto magiſter, Hainricus officialis de Niwendorf, ditmarus famvlus noſter.* Item conparaui aput Ortolwum de wagren Agrvm ad tria iugera pro tercio dimidio talenti . huius Rei teſteſ sunt, *Hainricus officialis de Niwendorf, Otto magister, hainricus frihemmer, Ditmaruſ famulus noſter*, Ego vlricus prepositus Redemi etiam iuſ urbanvm ad XV denarios de vinea *taillant,* que ſpectat ad cuſtodiam, pro dimidio talenti.

Ego *Chunradus Oſpeſ* Redemi iuſ urbanvm in tribus curtiſ, (sic) videlicet ante curiam noſtram in chremſ, ad quandam Jutam filiam pernoldi pro X ſolidiſ, quorum due reddunt XXX denarios, quelibet videlicet XV, tercia vero uiginti V, et quelibet ipſarum in natiuitate domini duoſ pulloſ. Huius rei teſteſ sunt, *Irmfridus decanus in chremſ, Albertus marſchalcus de wadlinge, ſifridus vinitor, Rudolvvſ, Livbwrfel, wicpoto ſartor, chunradus carnifex,* et alii quam plures.

CCXL.

Notum eſſe uolumus uniuerſis, quod *Hainricus de Aigling,* cognomento clericuſ, pro receptione ſororie ſue *Chunegundis de Touſenbergch,* contulit Eccleſie dimidiam Hûbam, ſitam in *Pimphing.* Huius rei teſtes ſunt, *Leutoldus de Aigling, Chunradus de Erzing, Rudlinus de Aigling, Otto de wartenbûrgch, Hainricus plancho, Hainricus Freihaimer, Dietricus de Tobil, Hainricus tobler, Chûnradus Vblinger, Herbordus.* (l. c. N°. CCXXI.)

CCXLI.

Omnibus in chriſto fidelibus notum eſſe cupimus, quod Domnus *wernharduſ de Mœrring,* dum adhuc uiueret, pro dampnis nobis ſepius et ſepe illatis, contulit eccleſie Richerſpergenſi Hûbam in *Chunſtenobil* ſitam, nullo Jure sibi in dicta hûba retento. Huius rei teſtes ſunt, *Minhardus de Mœrring,*

frater eiusdem wernhardi, Ortolfus et Hainricus fratres de waldekke, Chunradus de wald, Hainricus de Geinpergh, Otto de Wartenbûrgh, Hainricus et Rûdlinus fratres de Aigling, Otto de Drehfelhaim, Engelfchalcus iudex de Obernperg, De familia eccleſie, Hainricus plancho, Rudgeruf uillicus, Otto Stadilmagister, Dietricuf de Tobil, Perhtoldus cocus. (l. c. N° CCXXII.)

CCXLII.

Pateat tam preſentibus quam futurif, quod *Meinharduf de Môrring* pro ſepultura fratris ſui domini wernhardi contulit eccleſie Richerſpergenſi predium in *Stainpach* ſitum iuxta *Merenpach* ad omnimodem proprietatem, in aduocatia nullum sibi iuf uendicanf. Huius rei teſtes sunt, *Hainricus et Leutoldus de Aigling, Hugo de Sauerſteten, Hainricus de Pyrchenwanch, Vlricus schiuer, Rudgerus Gawel, Dietmarus et Sifridus filius fuus de Hugenperg, Otto et Griffo fratres de Albrehtfhaim, Engelfchalcus Judex de Obernperg, Chunradus molendinator, Hainricus plancho, Hainricus Freihaimer, Hainricus Tobler,* et alii quam plures. (l. c. N° CCXXIII.)

CCXLIII.

Uniuerſis notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris, quod dominus *Ortolfus de Praitwefen* pro Remedio anime ſue et pro ſepultura contulit eccleſie Richerſpergenſi dimidiam Hûbam in *pûbenperg* ſitam aput *Eberfwangch.* Huius rei teſtes ſunt, *Vlricus Goel. Ortolfus de Housing, Hainricus de Aigling, Leutoldus de Aigling, Gebhardus de Svent, Wernhardus de weigrœting, Hainricus et Ortolphus fratres de waldekke, Engelfchalcus Judex, Hainricus plancho, Dietricus de Tobil, Hainricus Freihaimer, Chunradus molendinator, Chunradus Vblinger, Hainricus Tobler,* et alii quam plures. (l. c. N° CCXXIV.)

CCXLIV.

Sciant omnef chriſti fideles tam preſentif temporif quam futuri, quod quidam fideliſ homo et *nobilis Domnus Albero de*

Polnhaym, dum adhuc uiueret, contulit ecclefie Richerſpergenſi per manum legitiminj (sic) salmannj nomine ottoniſ . . . *) predium in *Stokche,* ſitum aput *watzenchyrchen,* ad omnimodam proprietatem pro remedio anime ſue et parentum ſuorum iuri aduocatie renunciando omnino. Teſtes, *Gundakarus de Staynpach, Domnus vlricus de Dahſpergh, Herranduſ iudex dominorum de Schovmberch. De familia ecclefie, Dietricus cellerarius, Engelſchalcuſ officialiſ in Viehpach, Hainricus plancho, Herbordus ſeruienſ prepoſiti,* et alii quam plures. (l. c. N°. CCXXV.)

CCXLV.

Memorie cunctorum chriſti fidelium notum eſſe uolumus, quod cum *werenhardus de reiſſenpach* haberet predium in *uihowſen* contiguum predio noſtro tantum in vno campo, pro dampno nobiſ illato, et pro ſepultura delegauit idem predium una cum decima per manum legitimi *ſalmanni Wlrici dicti vzemtal* ſuper aram beati Michahelis in reichersperge. Dedimus etiam predicto wernhardo et filio ſuo chriſtano ſcaſium frumenti patauienſiſ menſvræ et XV metretas auene, inſuper predictum predium ſoluimus pro ſeptem ſolidis apud quendam *Chvnradvm de dræchſelhaim,* cui ante dictus wernhardus obligauerat. Huius rei teſtes ſunt, *Wlricus prepoſitus, Waltherus celerarius, chriſtanus filius ſepe dicti wernhardi, wernhardus filius eichpergenſis, wlricus vzzemtal, Engelprechtus ivdex, pilgrimus preco, chvnradus pertherens, Herbot de celle, et filii ſui wlricus et heinricus, Heinricus de riote,* et alii teſtes quam plures. (l. c. N°. CCXXVI.)

CCXLVI.

Notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuriſ, quod dominus *Ortholfuſ* et frater ſuus *hainrichuſ de waldeg,* cum haberent dimidiam hůbam et quartam partem hůbe et tria iugera et decimam ad idem predium pertinenſ in *frihaim,*

*) Im Originale ein leerer Raum.

empta a domino hainrico Liſt et a fratre ſuo ***Wernhardo de anhangen*** pro XX^{ti} talentis, adhuc uiuentes, pro dampnif nobis ſuper numerum illatis, contulerunt eccleſie Richerſpergenſi libere et abſolute . huius rei teſtef ſunt. ***Otto filiuf eiuſdem ortholfi, Alkerus frater predictorum ortholfi et hainrici, hainricus de Ahaim et frater ſuuf Mangolduf, hainricus clericuf de aiglin, Levpoldus de Aiglin, Gebehardus de ſwende, . . iltprandus de ſenhaim***, de familia uero eccleſie, ***hainricuf blanco et filii ſui Ortholfus, vlvingus et wernhardus, pernhardus de wilpach, Cv̊radus molendinarius, Cvnradus vbelinger, Levpoldus, hainricus Tobilarer.*** Cvm vero poſſeſſionem predicti predii intrare uellemus, uenerunt quidam Seruientef ***hvgonif de ſawerſteten, Cvnradus de Mvnolvingen*** et filius ſuuf cv̊radus, minif ſuif colonos noſtros in dicto predio terrendo, Afferentef, idem predium ſucceſſiue ad ipſos deriuatum et in preiuditium ipſorum fuiſſe uenditum. Verum cum talif controuerſia inter nos et ipſos nerteretur, uexacionem nostram Mediante ***hugone de Sawerſteten*** et ***Gebehardo de Swent*** redemimus tali modo, dedimus enim ſepedicto cv̊rado IIII^{or} Schaffia filiginis noſtre menſure et tunicam cum pallio, filio vero ſuo Cv̊rado dedimus ſtiuales et LX denarios, et ipſi coram teſtibus subſcriptis quidquid iurif habebant in predicto predio delegauerunt ſuper aram beati Michahelis. huiuſ rei teſtef ſunt, ***hugo de ſawerſteten et ſeruientef ipſius, Wernehardus de pranſcharchen, Levpoldus de Ekkolwinge, Gebehardus de swent, Weruhardus vogel, Dominus liber, Dominus Eberhardus, Dominus hainricus, Waltherus cellerarius, Johannes, Wernhardus refectenerius, Cremſarius, Rvdolfuſ ſculaſticuſ, Ekriuſ ſcularis et ortolfus, Wernherus de drehefelhaim, Plunco, h. Ruſticus, Ortholfus eccleſiaſticuſ, Levpoldus Vbelinger, Frihaimer***, et alii quam pluref. (l. c. N^{o} CCXXVII.)

CCXLVII.

Notum habeant omneſ chriſti fideleſ, quod dominuſ ***Vlricus de Hůrenpach,*** cum eſſet in extremis, contulit ecclefie Richerſpergenſi libere et abſolute dimidiam hubam dictam ad ***flaiſchakœr,*** ſitam apud ***Elhenpach,*** et emptam ab ottone et heinrico

fratribus cognomento schach, nos uero uersa uice dedimus sibi communionem ecclesie et ad peticionem ipsius sepeliuimus eum in cimiterio nostro Ort. Huius rei testes sunt, *Waltherus cellerarius*, *Vlricus de Elhenpach*, *Hainricus de Elhenpach et filii sui hainricus*, *Vlricus*, *Hainricus planco et filii sui Ortolfus et Wluingus*, et alii quam plures. (l. c. N°. CCXXVIII.)

CCXLVIII.

Memorie posterorum presenti scripto notificamus, quod quidam nomine *Otakarus de Reisepach* et soror sua Willebirc contulerunt ecclesie Richerspergensi dimidiam hubam in *Rœtling* sitam aput *Taischirchen* ad omnimodam proprietatem pro sepultura fratris ipsorum, cognomento Aespin. Huius rei testes sunt, *Waltherus cellerarius*, *Ortolfus de Rvnting*, *Ortolfus de Waldek*, *Pernhardus de wilpach*, *Chunradus molendinator*, *Hainricus planco et filii sui Ortolfus*, *Wluingus*, *Ditricus de Tobel*, *Livpreht et frater suus Aigel carpentarii*, et alii quam plures. (l. c. N°. CCXXIX.)

CCXLIX.

Sciant omnes christi fideles, quod cum dominus *Otto de Anhange* contenderet cum ecclesia Richerspergensi pro quodam famulo nomine Rvdgero, tunc existens officialis noster in Villicali, asserens eundem habere in beneficio a domino *Ortolfo de waldek*, quod minime probare potuit, data puerulo suo prebenda ad duos annos, liti ac uexationi absque omni simulate artis fictione renunciauit omnino. Huius rei testes sunt, *Hainricus clericus de Aiglingen*, *Hiltprandus de Asenhaim*, *Hainricus de Tumboltsheim*, *de familia uero ecclesie Hainricus planko*, *Pernhardus de wilpach*, *Chunradus molendinator*, et alii quam plures. (l. c. N°. CCXXX.)

CCL.

Notum esse uolumus omnibus christi fidelibus, quod dominus *Hainricus de Mortspach* in sepultura uxoris sue domine

Helene de Sauerſteten contulit eccleſie Richerſpergenſi dimidiam Hubam in *Pramſchachen* libere et abſolute ad omnimodam proprietatem nullum ius in aduocacia sibi uendicando. Huius rei teſtes sunt, *Hugo de Sauerſteten frater predicte Helene, qui etiam iuri ſuo ibidem renunciauit in predio predicto, Ortolfus de Waldek, Ortolfus et wernhardus canonici patauienſes fratres de Mortſpach; Hainricus, Livtoldus de Aiglin, Hainricus, Mangoldus fratres de Aheim, Griffo et Otto de Albrehtſheim, Wernhardus de Bramſchachen, Chunradus de Mvnoluing,* et alii quam plures. (l. c. N^o. CCXXXI.)

CCLI.

Noſſe cupimus uniuerſos, quod cum nobis dubium inſideret de quibusdam hominibus noſtrif Ditmaro et fratribus ſuis, uidelicet Hainrico, waltero, Chunrado de Monaſterio et ſororibus ſuis Perhte et Gerdrude, quali iure noſtre adtinerent eccleſie, proprietario uel inſtitutorio ſeu etiam cenſuali, uenienſ ad noſ dominuſ *H. nobilis de Povngarten* abſtulit nobis dubium et dixit, eoſ factoſ fuiſſe hactenus condicionaliter cenſualeſ. Ipſe ſiquidem allegauerat, ſe habuiſſe iuſ in eiſdem occasione patrif eorum, *Ditmaro* (sic) *de Oblinge*, qui ſuuſ erat, ſed Mater ipſorum Mergardiſ nomine exſtitit propria eccleſie et altercatio ſuit inter nos et ipſum nobilem de diuiſione puerorum, qui tandem liti ceſſit tali modo, ut ipſos pro cenſualibus de cetero haberemus. Cum igitur hoc fuerit in retroactif temporibus actitatum, noſ nichil innouantef, ſed ueteribus dantes remedium ipſif ſuper cenſualitate, ita quod ſinguliſ annif in feſto beati Michahelis ſinguli quinque denarios pro cenſu offerant, preſentem paginam conſcripſimus ipſif ad cautelam.

CCLII.

Notum facimus omnibus chriſti fidelibus, quod quidam fideliſ homo, nomine *Wernhardus Rvrippær*, acceptiſ ſex ſolidis, delegauit duo mancipia Chunradum uidelicet et Gerhardum ſuper aram beati Michahelis ad V denariorum cenſum. Huius rei

teſtes sunt per aurem adtracti, *Hainricus planko, Engelſchalcus et filius ſuus Vlricus de Vihpach, Hainricus Vihpech.*

CCLIII.

Notum ſit cunctis fidelibus, quod dominuſ *Hainricus de Poŏngarten*, cum eſſet in extremis, annuente filio ſuo Ditrico tradidit ſuper aram beati Michahelis in Richerſperge quandam Elſbetem, filiam *Hailke de Pŏngarten* ad cenſum V denariorum. Huius rei teſtes sunt, *Vlricus canonicus Richerſpergenſiſ frater ſupra dicti Hainrici, qui eandem delegationem in manus ſuas a fratre recepit, Dominus Babo, Herwicus.* (l. c. N° CCXXXII.) *)

CCLIV.

Pateat tam preſentibus quam futuriſ, quod quidam miles Heinricus nomine, cognomento de *Tvmoltſhejm*, ob remedium anime vxoris ſue Diemŏdis ac pietatis intuitu predium ſuum quoddam, ſitum aput *pockenbach*, dimidium ſuper altare delegauit ſancti Michahelis in Richerſperge in uſum canonicorum deo inibi ſeruientium ad omnimodam proprietatem. Huius rei teſtes sunt. *Heinricus filius militis supradicti, Hœrtnidus miles, Heinricus de pŏche, Heinricus de Oberheim, Heinricus himtha, wernhardus eckel, Hĕgo de plintenganſen, Heinricus aſpeche, Vlericus et Heinricus de Flechenbach, de familia Ditricus de Tobel, Livpolt gaſtmeißer, Heinricus Ŏder, Dominuſ prepoſitus Hœrwicus, cellerarius wal, Wernherus dyaconus, Wolfhardus ſubdyaconus, Cunradus acolitus de swent, Gŏtfridus, hiltprandus,* et alii quam plures.

CCLV.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod *Poppo de Rechpockinge*, cum non haberet predium uicinum nobis, conparauit aput Eccleſiam Richerſpergensem dimidium manſum, in hŭbe

*) Dieſs ist die letzte Nummer des cod. tradit. reichersberg. in den Monum. boic. III. pag. 520.

fitum, pro V talentis patauienſis monete, et in depoſitione vxoris ſue ob remedium ejus ac omnium ſuorum parentvm iam dictum predivm verſa nice delegauit ſuper aram Sancti Michahelis in Richersperge. Huius rei teſtef sunt, *Albertus de iahnſdorf*, *Heinricus de Mêlheim*, *Otto de Drœhfelheim*, *Wernhardus de sewalhen*, *Rêdegerus Schevchener*, *Herbordus pôrzel*, *Wernhervs Dyaconus*, *Wolfherus ſubdyaconus*, *Cunradus de swent acolitus*, et alij quam plures.

CCLVI.

Sciant omneſ chriſti fideles tam preſentiſ temporiſ quam futurj, quod quedam Diemûdiſ, cognomento Trôſtinne, pro receptione ſui nepotis contulit Ecclefie Richerspergenſi predium ſuum in *Vrilinge*. Huius rei teſtes sunt, *Heinricus de Aheim*, cujus filia extitit ſupradicti (sic), *Manegoldus de Aheim*, *Vlricus De anteſnperge*, *Chunradus de Geinperch*, *Engelſchalcus iudex in obernperge*, *Siboto ſcriba plebanus in ôfhoven*, et alii quam plures. *cunradus de ſwent acolitus*.

CCLVII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod dominus Offo Cuſtos Ecclefie in *Vornpach* toto ſuo Capitulo conſentiente mulierem quamdam, nomine Diemudim, que cenſualis fuit Ecclefie ſue in Vornpach altari ſancti Michahelis Ecclefie Richerspergenſis delegauit ad cenſum eumdem, quem huc vſque ſingulis annis, ſcilicet V denariorum, in vornpach reddidit perpetuo perſolnendum. Propter quod dominus Gvndacharus uenerabilis prepoſitus Richerſpergenſis mulierem cenſualem Ecclefie ſue, dictam Wilbirgim, in commutationem prelibate alterius mulieris cum conſenſu Capituli ſui ad tantumdem cenſum, V videlicet denariorum, vornpechensi ecclefie delegauit. Huius rei teſtes ſunt, *Wernharduſ piſtor*, *Anwicuſ*, *Hanricus ſtruma*, *Perhtoldus cocus*, *wuluingus de Aſpach*, *Chunradus in valle*.

CCLVIII.

Ego Gvndacharus congregationis in Richersberge humilis miniſter, Notum facio vniuerſis, quod redemi ivs vrbanum ad

XXX den. de vinea noſtra *vrechowe,* quod dabatur *ottoni* dicto de *Mertinſdorf* pro V ſolidis, sed cum idem otto debitum carnis vna cum vxore ſua Engel solviſſent, Reimarus et ſoror ſua, vt anniverſarius eorum ageretur, cum aſſenſu awunculi ipſorum Gerhardi, dederunt nobis pro predictis denariis pvrchreht prelibatum. Teſtes ſunt, *Chunradus in fine uinitor, chunradus hophœr, ditlinus de Lœnthersdorf, walchvn wrcke ch . . . rote Ditmarus procurator curie, ch . . in valle, heinricus Mvnſlevrœr, villicus . . . . de Mertinſdorf etch. swenter H . . . Aynwicus.*

CCLIX.

Notum ſit omnibus, quod quedam mulier, dicta Gerwirch, vna cum filio ſuo chunrado et omni poſteritate ipſorum, ſe altari ſancti Michahelis ad cenſum V denariorum annif singulis contulerunt. Teſtef sunt, *ditricus, ch . . in valle, chunradus balneator, Aigelo, wernherus calcifex, Livpertus, chunradus nûzzer, H. flêgel.*

CCLX.

Presenti ſcripto pateat vniverſis, quod quidam *Livtoldus dictus de Aygelinge,* accepto ab Eccleſia noſtra vno talento, abrenuntiavit omni ivri, quod habebat in decima poſſeſſionvm ſuarum in friheim, quas tunc ab ipſo poſſedit et coluit ernſto. Huius rei teſtef sunt, *Gundackarus prepositus eiusdem loci, Arnoldus, wernhardus de Anteſenhoven, Johannes, Heinricus ſacerdotes et canonici, Chunradus swenter diaconus, vl . . subdyaconus, frater heinricus Cellerarius, Chvnradus in valle, Chvnradus villicus de Revel, Pernhardus de wilbach, Chvnradus de monte pêchperger, Aigelo, Rudegervs de villicana curia filius supradicti Livtoldi, Amelbertus,* et duos alios filios minores fecit inſcribi ch . . et . . . et filiam parwulam. Propter cavtelam superhabvndantem, Anno domini MCCLVIII, Indictione prima, III. nonas Martii.

CCLXI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Hainricus cognomine dictus Mórlir pro remedio anime ſue et in recompenſationem dampnorum nobis ab ipſo illatorum et pro conſeruatione ſcolaris ſui per biennium, addito ſibi inſuper talento promptorum denariorum, predium *wolgrvbing* nostre Eccleſie, Richerspergenſi videlicet, condonauit libere et abſolute. Huius rej Teſtef ſunt, *dominus waltheruf prepoſitus, petrvs cellerarius, fridricus de Aſenhœim fratres et canonici ciuſdem loci, Chvnradus plebanus in Obernberg, Marquardus Rérmvnt, Hainricuf ſenior de aheim, Hainricus filiuf ſuuf, vlricuf de Anteſenperg, Hiltprandus et Hœrtnidus militef, Otto et Chvnradus fratres de drœhſelhaim, swikkerus de wihſelberch, Chvnradus de Elriching, Fridricus de ſigenhaim, maritus domine môtlinne, Livtoldus de Talhœm, Pilgrimus de Aſenhœim, Marquardus de Lavſenpach, Ditmarus de Emling, Vlricus Grazzel, Haidenbicus de Elriching, Wolfhardus filius ipſius môrlini et chunradus ſcolaris*, et Alij quam plures. Acta ſunt hec Anno domini MCCLXVIIII Indictione XII. VII. Iduf Julij, Tranſlatione ſancti Nycolaj.

CCLXII.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod *Wernhardus der Riſchenbecke* tradidit ad altare ſancti Michahelif in Richersperge chunegundem cum filio ſuo chunrado et omni poſteritate eorum ad cenſum V denariorum . huius delegationis teſtef ſunt, *Dominus waltherus prepoſitus, petrvs cellerarius, vlricus cuſtof f. plebanus, Sifridus, otto Diaconi, Wernhervf, fridericus Subdiaconi, Wernharduf de Riſchenpach, Wolfger, Durinck ibidem, Vlricus de celle et filius ſuuf herbordus, Ditwinus Officialis. Rudgerus villicus, Wernhardus Servf prepoſiti, H. cocus Bœmus, Dittinus ſtephanus coquinarii, Livtoldus eccleſiaſticus, wernhardus de Aſſpach,* et alij quam plures. Anno domini MCCLXXV. Agate virginis et martyriſ.

CCLXIII.

Notum ſit uniuerſis, quod Heinricus et Fridericuſ fratres dicti de *lauterbrunne* optulerunt Eccleſie ſancti Michahelis in Richerſperge ſubnotataſ perſonaſ ad cenſvm quinque denariorum anniſ ſingulis perſoluendum. Sunt autem hec perſone, Chunegundiſ et filiuſ ſuus Wernharduſ, alhejdis, Giſila, Gevtta, filie ipſius. Teſtes vero ſunt hii, *chunradus balneator*, *Livtoldus de stadelhof*, *Ditricus*, *Wernhardus de Ode*, *Fridericus faber*, *Gerhardus de Vihauſen*, *Gundakkarus de Mvntrichinge*, *hermannus de Orto*, *Ortwinus*, *Levtoldus feruuſ prepoſiti*, et alii quam plures. Datum anno domini MCCLXII.

CCLXIV.

Notum eſſe cupimus vniuerſis, quod *Vlricus de Anteſenperge* legauit Richerſpergenſi Eccleſie ſubſcriptaſ perſonas cedenſ iuri aduocationis, quod habuit in eaſdem. Ipſaſ itaque perſonaſ Eccleſia noſtra libere poſſidet eo iure, quod dicitur Stiftrehl, quarum nomina ſunt hec, Gerdrudiſ et filii ipſiuſ Wernhardus et Heinricus. Teſtes hujus rei ſunt hii, *Livtoldus de Aiglinge*, *Chunradus Molendinator*, *Ditricuſ*, *Ljvtoldus*, *Wernhardus de Ode*, *chunradus de reiheim*, *chunradus Bohemus*, *Wernharduſ faber*, *Heinricus Planch et filius ſuus Wlfinch*, *Rvdegerus villicus*, *Aigel*. Datum anno domini MCCLXII.

CCLXV.

Notum ſit omnibus, quod *Hœrtwicus de Hœvtzinge* dedit Eccleſie Richerſpergenſi libere et abſolute predium ſuum, quod dicitur *Andemhove*, ob remedium anime ſue et Vxoris ſue Margarete. Huius rei teſtes ſunt, *Meinhardus de zavn*, *Chunradus Mulner*, *Heinricus planch*, *Wernhardus piſtor*, *Heinricus Calcifex*, *Livtoldus*, *Ravdegeruſ*, *Aiglinus*, *fridericuſ*. Datum anno dominj MCCLXII.

CCLXVI.

Notum facimus vniuerſis, quod *Wernharduſ de Talheim* ob remedium anime ſue iuris advocatie, quod habuit in Curia

noſtra, que dicitur *an dem Hof*, cedenſ nobiſ libere reſignauit. Huius rei teſteſ ſunt, *Heinricus de Riede, Herbordus de spreid ſerui ipſiuſ Wernhardi iam dicti, Rvdegeruſ villicus, Levtoldus magiſter horrei, Aiglinus, Hermannus in Orto, Livtoldus, Einwicus, Wernhardus conſobrinus, Wernhardus piſtor, Ditricuſ Balneator, chunradus Molendinator, chunradus Bohemus, Livpoldus de lapidea fovea, Ditricus, Wernhardus faber, Wernhardus Calcifex, Ditmarus, Ditmarus molendinatoreſ de Mvnſtevr, fridericuſ faber, Gvnthervſ.* Datum anno domini MCCLXIII. Indictione VI.

CCLXVII.

Conuentus Richerſpergenſis Eccleſie. Notum ſit vniuerſis, quod domina Helena quartam partem Curie in *Pokchenpach*, cum treſ parteſ eiuſdem Curie prius et adhuc noſtre ſint, Eccleſie tradidit et donauit ob remedium anime ſue pariter et ſalutem. Cuius rei teſtes ſunt, *dominus hœrtnidus, dominuſ Herranduſ militeſ de Ried, Herranduſ Juvenif, Hugo de plintenganſen, Ekkelo, fridericuſ phnvrre, Jordanus, pilgrimus, Junior tumoltſheimer, Chunradus de Mernpach, hœrtwicus de pergarn, Rœhwinus, Otto de Cell ſerui domini Hœrtnidj, Wernhardus conſobrinuſ et Stephanus familiareſ noſtri.* Datum anno domini MCCLXIII. Indictione VI.

CCLXVIII.

Nouerint vniuerſi fideleſ chriſti, quod *Hœrtwicus litteratus dictuſ Hevtzinger*, dedit ſuper altare beati Michahelis chunegundim cum pueriſ ſuiſ, quoſ iam habet et habitura erit in poſterum, ad cenſum V denariorum quolibet anno ſoluendorum. Huius rei teſteſ ſunt, *Fridericus ſcolaſticus, fridericus de tumoltſheim, Gvntheruſ, fridericuſ faber, Wernhardus clerici, familiares uero Rvdegeruſ villicus, Aiglinus, Wernhardus calcifex, Livpoldus, Levtoldus de ſtadelhof, Livtoldus ſeruuſ prepoſiti, chunradus Balneator, Wernhardus piſtor, Ditricuſ, Hermannus in Orto, Wernhardus faber*, et alii quam plureſ.

Acta ſunt hec anno domini MCCLXIII, Indictione VI. In dominica Judica me deus.

CCLXIX.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod Matrona quedam nomine Sophya contulit Eccleſie Richerſpergenſi terciam portionem vnius curie, dicte *praitenberge*, que eam contingebat cum omnibus attinenciis ſuis, videlicet pratiſ, agris et ceteris pertinenciis perpetuo poſſidendam, et hoc ſine omnj iure aduocatie. dedit etiam ſuper altare beatj Michahelis hominem quendam nomine hainricum ad cenſum V denariorum ſingulis annis ſoluendum. Cuius rei teſteſ ſunt, *Hilprandus plebanus de Merenpach, dominus Ortofus ſacerdos de wůlhaim, Hertnidus mileſ de Ride, Gebhardus de Ellinge maritus eiusdem, Wernhardus de puch, Wernhardus fratruelif eius de puch, Fridericus pfnůrre, Pilgrimus vagerer, Wicherus, Chunradus de Smidhaim, Arnoldus de Riede, Harnitnus filius Ekkelinj, Hainricus de Ellingen*, et ceteri quam plures. Acta ſunt hec Anno dominj MCCLXVII. Indictione VIIII. In diuiſione Apoſtolorum.

CCLXX.

Sciant omneſ chriſti fideles tam preſentiſ temporiſ quam futuri, quod dominuſ *hanricus plebanus aurolczmunſter* ob remedium anime ſue et parentum ſuorum predium ſuum, ſitum in uerovdenperg, tradidit eccleſie ſancti Michahelif in richerſperg ad uſuſ fratrum deo ſeruiencium ibidem. Huius rei teſtes ſunt, *dominuſ waltherus prefate eccleſie prepoſitus, dominuſ hanricus de pramberch canonicus, dominuſ petrvs cellerarius, dominuſ Vlricus ſcolaſticus. Laici, Vlricus cognatus prepoſiti, leudoldus pecus, Hanricus patruus, Leutoldus cuſtoſ pomerii, Cunradus filius caponiſ, Cunradus hoſpes, wernhardus ſerwus cellerarii*, et alii quam plures. Datum Anno gracie MCCLXXIII.

CCLXXI.

. . . . . .

vna cum fratre eius hanrico In remedium animarum ſuarum tradiderunt Beato Michaheli in richerſperg in uſuſ fratrum deo ibidem ſeruientium predium in antetichſſurt et Molendinum ibidem. Huius rei teſteſ ſunt *dominuſ waltherus predicte eccleſie prepoſitus, h . . dictus de pramperch ſacerdoſ, dominuſ petrus. Laici, Vlricus cognatus prepoſiti, Leutoldus pecus, Cunradus filiuſ caponiſ, Cunradus hoſpes, Wernhardus ſeruus cellerarii, Hanricus patruus*, et alii quam plures. Acta ſunt hec in *richerſperg*. Anno domini MCCLXXIII.

CCLXXII.

Ad noticiam peruenire volumus multorum, quod noſ *Livpoldus et Hartnidus de Ellingen* fratreſ, receptiſ XII ſolidiſ a quodam Engelperto, filiaſ ſuaſ Dimvdim et Mæthildim ſuper aram beati Michahelis in Richerſperge delegauimus ad cenſum V denariorum. Huius rei teſteſ ſunt, *Waltheruſ prepoſitus, Petruſ Cellerarius, Fridericus plebanus, vlricus, Chunradus, Sifridus, Otto, wernherus, Sacerdoteſ, fridricus, wolfardus, Vlricus ſubdiaconi, Rudigerus villicus, Aiglinus magiſter Curie, Chunradus pellifex, wernhardus faber, Engelpertus de Ort, Engelpertus de Revt*, et alij quam plureſ. Anno domini Milleſimo CCLXXVI.

CCLXXIII.

Notum facimus vniuerſiſ tam preſentibus quam futuris, dominum *hainricum de pramperch* confratrem eſſe in richerſperg pie memorie tempore prepoſiti Baltheri . . .

CCLXXIV.

Anno domini MCCLXXXXIII Perhta, cum eſſet libera, tradidit ſe eccleſie ſancti Michaelis in Richersperge ad cenſum V denariorum vna cum pueriſ ſuis, videlicet Hainrico, vlrico, Hermanno, Chriſtina.

CCLXXV.

Notum facimus vniuerſis, quod quidam *Chunradus de wilbach* calcifex, homo ſancti Stephani in *patauia*, cum haberet liberam vxorem nomine Giſilam, genuit ex ea filiam Nomine gerdrut, quam filiam predictuſ chunradus tradidit libere ad cenſum V. denariorum super altare sancti Michahelis in Richerſperge . . domini Gundachari prepoſiti. Teſteſ ſunt *Ainwicus*, *Heinricus ſtvma*, *Ortwinus de horto*, *Aygel*, *chunradus* . . *Wernhardus piſtor*, *vlricus morſ*, *Ditricus in valle*, *Chunradus in valle*, *chunradus balneator*, *Rvdegervſ de v* . . . . *uria*, *Chunradus diaconus Swentær.*

CCLXXVI.

Notum facimus vniuerſis, quod Domina *Jeutta de Gurten* delegauit quendam Heinricum nigrvm, proprium ſuum, ſuper reliquiaſ ſancti Michahelif ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſteſ sunt, *Heinricus de aſpach*, *Aygelo*, *Rvdegervſ villicus*, *wer. piſtor*, et tota congregatio conventus, et alii quam plureſ, et *chunradus Swenter* preſbiter. In die beati Michahelis. Item *Herbordus de Obelinge* obtulit quandam H. filiam *Reinardi de Hohenſchachen* . . . quinque denariorum. Teſteſ ſunt, *Ditricus in valle*, *v. de lawe*, *H. plancho*, *Wer. de Ode*, *Helmwicus* . . . *H de aiche*, *Livtoldus ſtadelmeiſter cum omni poſteritate ſua et cum filiabus ottoniſ* . . *Chunrad. Gertrud. Perhta.*

CCLXXVII.

Seruitivm ad Cameram jn ieivnio.

In medio *Grôbe*, Vlricus et Gener ſuuſ witwer VI ſolidos, H. longus libram, Rvdelo dimidium talentum, Albertus offitialis V ſolidos, Item ad Cameram VI. et Gener ſuuſ de duabus curiif ibidem XVIII metretaſ avene et XII ſolidos denariorum et carradam pabuli et vnus quiſquam duo . . (prandia?) vnvm michahel. et alivd in carniſ privio . predivm Rudlini talentum et duo prandia.

Curia offitialis in ſuperiori *Grvbe* XII ſolidos et dua prandia. Hofſtat aree, Heinrici, Chunradi, Alheidiſ, de vnaquaque LX denarios. Ad wiſode in anno vnaqueque area duoſ caſeoſ. Item predivm domine Tute, quod ad cellerariam, et H. XL metretaſ tritici, Item ibidem Ch. et H. tantvndem. Albertus officialiſ et . . . totidem, et vnvm dimidium predivm ſolvet XX metretas tritici, Item altera area XXX denarios, et vnvm (?) . . . totidem ſicut ceteri. Item Eberhar XL metretas ſiliginis et X tritici. Wernhardus dvoſ Modioſ.

CCLXXVIII.

Gerelouſ dei gratia Prepoſituſ De *Richersperge* Notum facimus, quod quidam *homo Nobilis* dictus *Wernherus De Perchayme*, (sc. cum) in extremis laboraret, ob Remedium anime ſue tradidit ad altare Sancti Michahelis predium, dictum *an dem aigen*, ſitum *Taufkyrchen*, et pro dimidia huba eſtimatum, ſoluens anniſ singuliſ pro penſione denarios LXXX. Poſt obitum autem wernheri venienſ ad noſ quidam kalohus de sancto Georio, a quo idem predivm pro VI talentis in iuſ proprietatiſ conparat (sic.), (et) dixit sibi . . . . . dum (nondum?) ſoluiſſe LX denarios in predio memorato, quoſ cum domnuſ Petrvs cellerarius iam dicto Kalhoho obtuliſſet, renuntiauit et ipſe coram teſtibus subſcriptiſ omni iuri, quod habere dinoſcebatur, libere et abſolute, tradenſ per manuſ . . . per heinricvm filivm videlicet *Chvnradi de tobel* ſine aduocationiſ titulo ad omnimodam proprietatem. Huius Rei teſtes sunt . . . *to ſcriba de Obernperge. H. de Ayglinge. H. de Ahaim, Gebhart de Swent, hilprandus de Asenheim, O. de Drœchſelheim et filius ſuuf, H. de Mvlheim, Engelſchalcus iudex, Swikeruf villicus, Ch. de Revel et . . . villicus de tobel, H.... chen, chunradus vriheimer, ch. Molendinator.* Actum anno domini M . CC . LX in die Marci ewangeliſte.

Codex Traditionum

Monasterii Subenensis

Ordinis canon. regul. S. Augustini.

Die hier folgenden das Kloster Suben betreffenden Traditionen wurden zuerst von Christoph Gewold in seiner Ausgabe von Hund's Metropolis Salisburgensis (München 1620) aus einem gegenwärtig verschollenen Codex dieses Klosters mitgetheilt. Aus dieser wurden dieselben im IV. Bande der Monumenta boica (München 1765), jedoch nicht ganz vollständig, abgedruckt, nachdem den Herausgebern derselben das Archiv des Klosters Suben nicht zugänglich geworden war (loc. cit. 514). Der nachfolgende Abdruck ist nach der oberwähnten Gewold'schen Ausgabe der Metropolis veranstaltet.

Codex Traditionum

Monasterii Subenensis.

I.

Notum ſit fidelibus vniuersis, quod Comes *Vdalſcalchus* & coniunx *Adalheit* tradiderint *Altmanno* ſuo SVBVNA, & altare ſancti *Lamberti* martyris Chriſti cum attingentibus beneficiis in jus proprium ad diuinum ſeruitium Clericis ibidem ſeruientibus ſecundum maiorum ſuorum conſtitutionem. Huius rei testes ſunt *Fridericus* Comes de *Tengilingen* & filius eius *Chunrat*, *Weregando* Comes, *Meginhardus* & frater eius *Fridericus*, *Marchvard* & filius eius *Gebehart*, *Reginbreth* de *Herchouan*, *Werinherus*, *Ratold*.

II.

Notum ſit omnibus in Chriſto, qualiter *Adelhaid* Commitiſſa tradidit cum filio ſuo *Altmanno Cholomunzi* cum omnibus appendiciis, præter illa, quæ excepit in proprietate. Huius rei testes *Marchvvard* & filius eius *Gebehardus*, *Ratold*, *Werinherius*, *Manhili*, *Shi*, *Enzi*, *Lanfrid*, *Arbo* & filius eius *Gifilold*, *Manhili* de *Cheminatin*. Huius ſunt teſtes *Almanni (Salmann)* bonorum *Subune* & *Cholomunzi*.

III.

A. Dei gratia *Tridentinus* Epiſcopus, vniuerſis Chriſti suisque fidelibus. Dicente veritate: date & dabitur vobis, magnam habemus fiduciam, ſi noſtra pro Deo damus tranſitoria, quod recipiamus æterna. Nos grante (sic) promiſſionis animati & auctori noſtræ ſalutis per omnia deuoti, Eccleſiam ad *Subuna* in honorem ſancti *Lamberti* conſtructam, vbi etiam corpora parentum noſtrorum in pace ſepulta ſunt, in laudem Dei ampliare decre-

uimus et fratribus communis vitæ ibidem Deo militantibus pro noſtra, pro parentum & fidelium noſtrorum ſalute in proprietatem ſubſcripta bona contulimus, *Ad heingiſt* eccleſiam, cum dote & dotalibus mancipiis, aream, vbi curia quondam nouella vinea plantata eſt, excepta curte ſtabularia cum ſuis appendiciis, quam *Hugo* fidelis noſter & filius eius in concambium prædij ſui in proprium à nobis receperunt. *Berindorff*, *Sedingen*, exceptis ibi duabus hubis Dominæ noſtræ, mancipia etiam illuc pertinentia, videl. *Perinhart*, *Engildich*, *Wezila*, *Heilca* cum filiabus ſuis, *Wichart*, cum filiis ſuis, *Parſcalchesdorff* inferius, *Preurat* Beneficium, *Chadilholn*, *Hafilaha*, *Suarzaha*, Beneficium *Werinherij* ad *Gloiach*, *Abbatisperge*, *Sulba*, *Rakkaniz* cum mancipiis illò pertinentibus, in loco, qui dicitur *Vlaspurch*, manſum vnum, *Vichtinſtein* manſum vnum, *Wenzindorf* manſus III. *Dethalmingen* manſum vnum, *Liebrecht* dimidium manſum, *Ludoltisheimin* duos manſus, ſupra *Pornzonen* manſum vnum, *Sugartruit* manſum vnum & ſextam partem vnius manſus, *Ekkinperge* manſum vnum, *Hebinſpach* dimidium manſum, *Sletere* dimidium manſum, *Grube* dimidium manſum, *Ad oberinhofin* manſum I. *Alrichiſperge* manſum I. *Rigilpach* manſum I. *Seinpach* manſum I. *Zidlarperge* manſum I. *Dunheimin* manſum I. *Pramovva* ſecundum dimidium manſum, *Ammandorf* manſum vnum, *Lutinpach* manſum vnum, *Pramardorff* dimidium manſum, *Liuffen* manſus tres & tertiam partem vnius manſus. *Rospach* XXV. ydrias, *Heide* manſum & dimidium, *Hidirheimin* dimidium manſum, *Loha* tertiam partem vnius manſus, *Ricansriut* dimidium manſum, *Grainperge* dimidium manſum, *Viſinhart* tres manſus & dimidium, *Mercilinifpach* duas partes vnius manſus, *Willihalmesberge* manſum I. *Svveinheimin* VI. manſus, *Pfoalsovva* dimidium manſum, *Heigirarin* dimidium manſum, *Schardingen* manſum I. *Mittich* II. manſus & dimidium, *Snegilheimin* manſum I. & ſextam partem manſus. *Riſtingin* manſum I. *Roare* manſum I. *In hiugen* manſum I. & tertiam partem manſus. *Stocha* & *Ovva* manſum I. Duo molendina in loco, qui dicitur *Pramæ* & quinque curtes ſtabularias. Dimidium portum (in) loco, qui dicitur *Schardingin*, in loco, qui dicitur *Halla*, dimidiæ ſartaginis locum. *Carinthiæ* quicquid Comes *Adelbero* habuit in loco, qui dicitur *Malmantin* & omnia illò pertinentia.

IV.

Notum ſit omnibus tàm futuri quàm præſentis temporis fidelibus, quod *Altmannus* venerabilis *Tridentinus* Epiſcopus Eccleſiam ſuam *Lurne* ſitam, nomine *Cholmuncze* cum mancipiis & dote ad eam pertinente delegauit ad altare Sancti *Petri* ſanctique *Rudberti*, & cum ea ſtabiliuit Eccleſiæ suæ *Hengiſteà* Venerabili *Saltzburgenſis* Eccleſiæ *Chunrado* Archiepiſcopo concambium à parentibus ſuis tempore Archiepiſcopi *Gebehardi* cum prædio *Cidlarn* factum, videlicet ſepulturam & baptiſmum prænominate villæ & duabus villis, *Parſcalchiſdorff* dictis. Præterea redemit eidem Eccleſiæ tertiam partem decime de prædictis tribus villis & prædio ſuo *Maichinſteine*, *Rouſimhe* & *Rakamche* ſito, exceptis ſtabularibus curtibus, quarum vna *Meihenſteine*, ſex alie verò ſingule quatuor, quod vulgariter *ſcobere* dicitur, dare debent. reliquum eidem Eccleſiæ. Eodem etiam concambio ſtabilitum eſt, vt homines prædicti *Tridentini* Epiſcopi tàm liberi quàm ſerui in valle *Malentina* habitantes baptiſmum & ſepulturam apud Eccleſiam malentinam, reliqua Eccleſiaſtici iuris à plebano accipiant. Huius rei teſtes ſunt *Sigeboto* Comes, *Heinricus* Comes *Ratiſponenſis*. Facta eſt autem haec traditio per vtriuſque Aduocati conſenſum, anno incarnationis Dominicæ M.C.XXVI. Indict. IV. VII. Kal. Sept. *Salzburch*.

V.

Hi ſunt tributarij ad Subunam pertinentes, *Dekindorf*, *Walther* & frater & ſoror eius, & filius materteræ eius, *Manegolt* & frater eius *Heinricus* de *Stouſinberch*, *Adalheide* filie tres & filius eiuſdem *Diemarus*, *Hartliep*, & frater eius *Ekkerich*, *Perchtolt*, *Richmut*, *Meginolt*, & ſoror eius *Pezela*, *Germut*, *Marcvvart*, & filij eius duo, *Chunibrech* de *Aſchach*, *Marcvvart*, *Adalmut*, *Perchtolth Kuntheri* filius, *Perchtolt*, *Eberhardus*, *Kerolt* de *Wegiſceda*, *Richart* de *Strach*, *Richart* & ſoror & fratres eius. *Wolfger* de *Heinparc*, *Wezil* & fratres eius quatuor & ſorores eius quatuor, *Wikker* & filij eius. *Wikkeri* filius *Adalbero*, *Altman* & filius eius & frater eiusdem *Altmanni* de *Ahalttin*, *Perchtolt* & ſorores eius duæ. *Ekkehart* & frater *Perchtoltdi* de *Dithalmingin*, *Walther Heinriei* frater & ſororis

eius filia *Iuta*, *Chunradi* vxor de *Reinimpach*, *Pezela* & filij & filiæ eius de *Stainpach*, *Vdalfcahl*, *Mathilt* de *Snellindorf* & foror eius *Mathilt* de *Subuna* et *Adalheit*, *Perhtha* & filia eius *Hichela*, *Vhe* foror *Vemonis*, filie due *Englbreth* & fores & mater eius. *Reginsvvint* & foror eius *Chunigunt*, *Keroll*, *Heilrat*, *Fridrun*, *Kifila*, *Liukarde* filia *Kotilindin* & filiæ eius duæ, *Heilca* & filiæ eius tres, *Rapoto*, *Vdalrich*, *Azela* & filia eius. *Sunlinus* & filius eius, *Perhtolt Hecini* filius, *Vdalfcalchi* filius *Adalbero*. *Peringer* & frater eius *Vdalfcalh*, *Pertha* & filij & filiæ eius, *Vdalfcalchi* filius *Diepolt*, *Diemut* & filij & filiæ eius, *Engilman*, *Liupolt*, *Richart* cum tribus filiabus fuis, *Willahalm* & *Durinch Hazaha*, *Vdalrich Diepolt* & *Pilgrim* frater eius, *Dagepreth* œ frater eius, *Magins*, *Enzo*, *Ruho* foror *Reginhardi*, *Wolfger* & frater eius *Wezo*, *Engilfcalch*, *Mezilo*, *Librech*, *Adalbero*, *Liupfun*, *Hezilo*, *Heziman*. Tres filij *Willahalmi*, *Vdalrich*, *Adalbero*, *Pezilo*, *Luipolt*, *Adalbero*, *Wikker* & filij eius *Warmunt*, *Dietrich*, *Wikker*, *Gotfrid*, *Vdalfcalch*, *Diemarus*, *Ekkerich*, *Reginhart*, *Herdegin*, *Vdalrich*, *Willahalmus*, *Engilmar*, *Heinricus*, *Heinrich*, *Dietricus*, *Liebrech*, *Hezil*, *Heziman*, *Walther*, *Wikker* cum tribus filiis fuis, *Ekkericus*, *Heinricus*, *Engilfcalch*, *Ekkihart*, *Dietmar*, *Luipolt*, *Reginpero*, *Enzichint*, *Heriman*, *Perhtolt*, *Peringer*, *Penno*, *Fridericus*, *Adalpert*, *Adalbero*, *Pezzo*, *Pernhart*, *Gumbo*, *Peringer*, *Willahalmus*, *Engilman*, *Rudolf*, *Tiemo*, *Wezil*, *Peringer*, *Heinricus*, *Reginhar*, *Heridegin*, *Vdalricus*, *Gotfrid*, *Vdalfcalce*, *Ekkericus*, *Werinhart* & mater eius *Richil*.

VI.

Quidam nobilis *Albvvinus* de *Steine* rogatus ab *Ottone* presbytero delegauit fuper altare S. *Lamperti Subana* tale prædium, quale presbyter *Ebergerus* habuit in loco, qui dicitur *Rofopach*. Huius rei teftes funt *Pilgrimus* & filius *Albvviuus*, *Heinricus*, *Ludvvicus*, *Adalbret*, *Angilbert*, *Vdalricus*, *Diepoldus*, *Kerhardus*, *Hartvvicus*, *Heinricus*, *Penno*, *Helphricus*, *Pabo*, *Kerboto*, *Pilgrim*, *Dietmarus*, *Gozbreth*, *Ruho*.

VII.

Notum ſit omnibus, quod *Vdalſcalus* nobilis quidam rogatus à *Lupoldo* & filio eius *Wipodone* delegauit ad altare S. *Lamperti Methildem* cum ſua prole ad cenſum V. denariorum perſoluendum. Huius rei teſtes ſunt *Weregant, Herdechen, Pilgrim, Durinc, Gerbreth, Wipoto, Heriman.*

VIII.

Gerhardus cognomine *Seihe* de villa, quæ vocatur *Hezebach*, ſororem ſuam ſed tamen propriam *Irmingarden* nomine cum poſteritate ſua ſuper altare S. *Lamperti* ad perſoluendum quinque denariorum cenſum. Huius rei teſtes ſunt *Borno, Beringer, Walther, Hervvic, Theodericus, Arnolt, Wipoto, Theodericus, Wernart.*

IX.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter *Adalbero* Comes filius *Vdalſcalci* Comitis tradiderit prædium *Malentin* pro redemptione animæ ſuæ ad altare S. *Lamperti* mart. Chriſti per manum *Grimoldi* nobilis viri. Et hoc factum eſt iuſſione *Altmanni* Epi. in feſtiuitate S. *Lamperti.* Huius rei teſtes ſunt *Pilgrim, Arbo, Pertholt, Guzvvin, Sigeboto, Iohannes, Adelbere, Gemmunt, Vzi, Pabo, Adalbero, Isker, Frovvin, Heſſo, Gozpreth.*

X.

Notum ſit omnibus, quod *Ebervvinus* Fr. *Ortholphi* tradidit ſuper altare S. *Lamperti* duo mancipia poſt obitum matris ſuæ, *Hazaga* & *Werinhardum* in cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes ſunt *Hortholf, Heridegen, Peringer, Walther.*

XI.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus tàm præſentibus quam futuris, qualiter *Arbo* iudex Com. *Ekkeberti* rogatu filij ſui *Giſeboldi* prædium, quod fuit *Wiſemanni*, quod vocatur *Roſſeſpach*, tradiderit ſuper altare S. *Lamperti* poteſtiua manu. Huius rei teſtes ſunt *Gifeboldus, Diepoldus*, frater eius *Vdalſcalchus*,

Alcherus, nepos eius *Diethmarus*, *Adelmus* & filius eius *Wicpoto*, *Gerungus*, *Dietricus*, *Geroldus*, *Penno*, *Vzi*, *Ruzi*, *Palo*, *Aſcher*, *Gerboto*, *Pilgerimus* filius, *Gozbertus*, *Adelbertus*, *Liebfridus*, *Houeman*. Facta ſunt hæc an. incarnat. Dom. M.C.XXX. Indictione VIII.

XII.

Notificamus vobis fratribus tam preſentibus quam futuris, quod *Ebergerus* Canonicus S. *Lamperti* martyris poteſtiua manu tradiderit *Iuditam* ſuper altare prænominati martyris Chriſti ad perſoluendum cenſum V. denariorum ſingulis annis, niſi ægritudine aut paupertate detenta. Huius rei teſtes ſunt *Arbo* & filius eius *Giſiboldus*, *Pertholdus*, *Ifenricus*, *Haitfolchus*, *Werintherus*, *Gozvvinus*, *Vdalſcalcus*, *Iohannes*, *Americh*, *Pabo*, *Gerboto*, & filius eius *Pilgerim*, *Kadel*, *Marchvvardus*, *Odalricus*, *Engilſcalcus*, *Willahalmus*, *Helphericus*, *Wikker*. Facta eſt hæc traditio in anno M.C.XXXI. Indictione X. Hæc eſt pars mea quemadmodum contingebat ex fratribus meis in mancipiis, *Engilſcalch*, *Hartunch*, *Megingoz*, *Reginpreth*, *Eppo*, *Volcmar*, *Meginharth* quoque fratrem eius *Gerolt*, *Dietrich*, *Pilgerim*, *Sigemar* & filios eius, *Popo* & filium eius de *Luopach*, *Amalpreth*, *Homepalch*. Hi ſunt de *Gunzilinhofin*, *Wigant* & circum *Wigant Hellinſtanga*, *Pilgrim*, *Ratholth*, *Willahalm* & *Merigarth*, & ſoror eius *Albrath*, *Rupreth*, *Perhtolth*, *Lanze*, *Meginhart* piſtrinum. Hi ſunt de *Hohinpurch*, *Hartvvich*, *Gundram*, & filius eius, & filium *Heremanni* clerici, *Sigefrith*, *Adalpreth*.

XIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tàm modernis quàm poſteris, quod Dominus *Altmannus Tridentinus* Epiſcopus cum aliis prædiis ſuis ad illum cum familia iure hæreditario deuolutis prædium in *Steinpach* ſuper altare S. *Lamberti* in *Suben* pro remedio animæ ſuæ & ſuorum parentum manu libera delegauit. Quod, cum quidam iniuſti poſſeſſores de familia ſua deſcendentes proprietati ſuæ quamuis iniuſte per violentiam ſuam vſurparent, bonæ memoriæ *Pabo* tunc in *Suben* Præpoſitus conſilio & auxilio Comitis *Detrici* de *Wazerburg*, cui etiam Præpoſitus ſpadonem bonum (et) vxori ſuæ palafridum in teſtimonium contulit, XVI. libris

illud redemit ab *Ortvvino* de *Niuenhouen*, tunc viro nobilis matronae *Iuttæ*, tali ſiquidem compoſitione ad S. *Egidium* in *Patauia* celebrata. dictus *Ortvvinus* cum coniuge ſua & filio ſuo *Hecelone* coram *Halgrauio*, & multis viris honeſtis iuri, ſi quod videbatur habere in ſupradicto prædio, in manum *Halgrauij* omnimodis renunciauit, ita quod *Halgrauius* idem prædium Eccleſiæ S. *Lamberti* in *Suben* denuo delegaret manu libera, quod & fecit, cuius redemptionis teſtes ſunt ſubſcripti. *Dietricus* Comes de *Wazerburch*, *Ortvvinus* de *Niuenhouen*, & filius eius *Hezelo*, *Heinricus* de *Grauendorf*, *Fridricus* cocus Comitis, *Hunbertus* preco, *Pabo* Præpoſitus, *Diepoldus* presbiter, *Liupoldus* plebanus S. *Egidij*, & alij plures. Cum autem idem *Ortvvinus* filium *Sibotonem* tunc paruulum habuiſſet, idem paruus factus iam adultus ſæpe dictum prædium cum fratre ſuo *Hezelone*, quamuis Eccleſia *Subenenſis* legitimè & quietè illud diu poſſederit, per tantam violentiam ſibi vſurpauit, vt eiuſdem prædij colonos captiuatos damnificaret amplius, quam ad decem libras. Diuina igitur clementia, iuſtitiæ gubernatrix, dum iniuſtam tandem vellet decidere litem, matrem dictorum iuuenum de medio vocauit. Que quia maritum & filios inſtanter orauit, vt oſſa eius iuxta patres ſuos, ſcil. in *Suben* ſepelirentur, congregatio *Subenenſis* ipſam nequaquam voluit recipere, niſi prius pro damnis ſibi illatis ſatisfactio debita & plenaria exhiberetur. Sæpe igitur dicti filij nolentes retractare promiſſa matris mediantibus *Leucharde* de *Halſe*, & *Sornone* de *Liuthberch*, & *Vlrico* ſextario de S. *Nicolao*, *Friderico* de *Tiuffenpach*, ... de *Chelperch*, ... tunc Capellano de *Halſe*, & aliis quam pluribus talem fecerunt compoſitionem cum Eccleſiæ fratribus *Diepoldo*, *Hermanno*, *Romano*, vt iam tertiò liti ſuæ renunciarent, quod & factum, & tali compoſitione mater eorum ſepulta eſt in Suben, ne de cætero Eccleſiam pro prædicto prædio debeant vllatenus aggrauare. Quod etiam fratribus in *Suben* damna ſibi illata remittentibus promiſerunt præſtito ſacramento. Huic facto, dum fieret in *Halſe an.* Dni. M.CC.XII. indictione XV. teſtes aſtiterunt, *Ortvvinus* de *Niunhouen*, *Rudbertus* de *Wazmanisdorff*, *Hezelo* & *Siboto* filij *Ortvvini*, *Hainricus* de *Legeriute*, *Rapoto* de *Oede*, *Albertus* de *Oede*, *Otto* de *Eſcenheim*, *Born* de *Lintberch* *Heinricus Clhoſener*,

Liupoldus Sezzlare, *Engilbertus* de *Hirtzpach*, *Waltherus Pamſe*, et alij quam plures.

XIV.

Anno Milleſimo Centeſimo Trigeſimo quinto, Indictione Decima ſeptima quarto Nonas Februarij hoc altare dedicatum eſt à Venerabili *Tridentino* Epiſcopo *Althmanno* in honore ſanctæ *Trinitatis*, et ſanctæ *Mariæ* perpetuæ virginis, et omnium ſanctorum, et eorum, quorum nomina hic ſcripta ſunt. De *ligno Domini*, de *Sepulchro* Domini, *Petri* Apoſtoli, *Iohannis Baptiſtæ* et *Iohannis Euangeliſtæ*, *Blaſij* M. *Vigilij* M. *Euſtachij* M. *Dionyſij* M. *Columbani* M. *Oudalrici* confeſſ. *Remedij* Confeſſ. *Abrahe* Confeſſ. *Dauid* Confeſſ. *Anaſtaſiæ* M. De *rubo*, in quo Dns. *Moyſi* apparuit. De veſtimento S. *Mariæ*.

Zweite Abtheilung.

Digitized by Google

Excerpta

Ex Codicibus Traditionum

Ecclesiae Pataviensis.

I.

Codex traditionum antiquissimus

Ecclesiae Pataviensis.

(Monum. boic. XXVIII. II. pag. 1—98.)

I.

Sub Erchanfrido episcopo, qui iuxta Schritovinum ecclesiam patav. rexit 600—624.

Manifestum est et salubre. juxta dei sententiam dicentis. Date elimosinam et omnia munda sunt vobis. quicquid ad loca sanctorum condonemus. ei sine dubio. qui in coelo est porrigemus. Hec igitur ego *Sigiricus presbyter* mente pertractans pro remedio animae meae et mercede futura cum Christo renovavi traditionem meam. quam olim factam habueram ad sanctum Stephanum anteriorum episcoporum temporibus. *Erchanfrido* vocato *episcopo* praesente et donavi de proprietate mea mancipia VII. et dimidietatem terrae meae in loco nuncupante *Herigisinga*. Domum vero meam extra hanc traditionem dereliqui. Item ad *Truna* donavi quicquid ibidem visus sum habuisse omnia ex integro, undecunque ad meam pervenit dominationem tam de alode quam et de emptione de lucro meo. Haec enim sunt quae donavi. casam cum curte et reliquis aedificiis cum terris. pratis. pascuis aquis earumque decursibus. mulinos II. quicquid dici vel nominari potest possessionis meae ut praefatus sum omnia ex integro ad sanctum Stephanum delegavi. Hac tamen ratione ut dum advixero omnia quae supra scripta sunt simul cum beneficio sancti Stephani mihi concesso in mea potestate consistant. et post obitum meum omnia emeliorata ad sanctum Stephanum revertantur. Si quis autem hoc placitum

emutare voluerit aut infringere. volo habere potestatem de meo proprio dare ubicunque mihi placuerit. et beneficium quod nunc possideo ad supradictum locum sancti Stephani revertatur. Haec nomina illorum testium qui praesentes aderant. *Starcolf clericus. Irminperht. Gozpato oportunus tt. Irminperht. Rihhart. Sigifrit. Rihcoz. Ostilo. Waltant. Madalker. Durinc. Willihelm. Epil. Ascarih. Ruodperht,* Item de *Tuenengouue Jacob. Folcrih. Uuenilo.* Actum ad sanctum feria II. die XI. Kal. Septembris. Scripsi autem ego *Plidolfus* ad vicem *Ellenhardi diaconi* feliciter in domino die Kal Sept. *) (l. c. 39. N°. XLIV.)

II.

Sub Otgario episcopo, qui juxta Schritovinum rexit ecclesiam patav. 629—639.

Dum non est incognitum sed coram plurimis ponitur noticia qualiter *Reginolf presbyter* propriam hereditatem ad *ecclesiam beati Stephani* martyris infra muro *civitate Patavie* tradidit sicut hic continetur. Igitur enim ego *Reginolf* per misericordiam dei coepi cogitare pro remedium animae meae seu pro absolutione delictorum meorum. ut in aliquantulum de peccatis meis in die judicii minuere diguetur. Quapropter trado et transfundo hereditatem meam ad praefato basilicae in loco nuncupante *Alpunesfeld in pago Trungouuae.* hoc est cum domo cum curte cum orreo et cum terris arabilis cum pratis tam cultis quam et incultis. cum mancipiis vel quicquid in ipso loco mea videtur possessio. post obitum meum ut ibi sit firmum et stabilitum usque in aevum. In ea vero die manentibus *Otkario* vocato *episcopo* una cum filibus (fidelibus ?) suis in loco nuncupante *ad Puoche.* ubi preciosus martyr Florianus corpore requiescit ut ipso praefato presbytero a nobis humiliter rogante praestare ei quasdam causas a sancto Stephano una *ad Oftherigon.* alia *ad Tegerinpah.* In ea vero ratione econtra. suam traditionem ipse renovavit. quia antea coram *Erchanfrido* vocato *Episcopo* similiter fecit. et nobis placuit atque convenit. quas ipsas res

*) Feria II. et dies XI. Kal. Sept. sub Erchanfrido Episcopo non nisi 600. 506. 617. et 623. coincidunt.

quae superius nominavimus et praestavimus. Post obitum eius ad sanctum Stephanum absque ullius contradictione redeat. Et hi sunt testes: *Egino. Reginolt. Auotilo. Erchanmar. adalger. Salaman. Aparam. Vuentilger. Heripolt. Reginhart. Rihgoz. Puosilo. Asperht. Salago. Ruodlis. Paldheri. Madalgoz. Heriperht. Gundhart. Deothoh. Lantrih. Taho. Rihcouuo. Gotaperht. Werinheri. Gerhart.* (l. c. 35 N°. XXXVIII.)

III.

725—788.

In Christi nomine ego *hrodperht.* atque transfundo hereditatem meam. quod mihi contingit contra filii mei. pro remedium animae meae. ad ecclesiam beati sancti Stephani atque Sancti Valentini sitam in *Bazzauue* civitate: hoc est campis. pratis. silvis. aquis aquarumque decursibus cultis et incultis. servis. ancillis. et nomina eorum *Uuolf. Hetin. Domnica. Ratkis. Uuolfpirin. Aotuni.* peculium utrumque sexum mobilium et immobilium vel quicquid in hodierno tempore possidere videor.

est nominatus *Lankincavui.* tota pars mea et *filium Achart.* quod dominus nobis dignetur retribuere in die judicii. Si quis vero. quod futurum esse non credo. aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis . . . . . *)

(l. c. 45 N°. LII.)

IV.

Sub Hugoberto et Tassilone ducibus. 725—738. 748—788.

Hrodperht tradedit ad sancti stephani in loco nuncupante quod dicitur *takahartinka* mansas IIII. et dominicales *Wazaman* dominicales mansas II. in loco nuncupantem *erinuhmos. arnolt* mansas I. *caozperht* mansas III. ad *uuikinka aotilo* mansas I. *uuelamoot* et *adalunc* mansas II. ad *tuzlingas. Tassilo* tradedit ad sancti stephani. II. mansas ad *feldun* vestitas. *hrodpald* dedit ad sancti stephani. X. mansas et dominicales cum I. ecclesia in loco nuncupante *heiminka. Sigiperht.* VI mansas.

*) Hic desunt folia saltem duo.

ad *nidikeltes auuua.* et dominicales ad sancti stephani. *cundperht* dedit II. mansas *heminkes. gotesscalhc* I. mansas. *fato* I. mansas *heminkum* pōso ad *uparach.* com. II. mansas. cum II. ecclesia. *Isso* dedit II. mansas. *irminperht* dominicales et II. mansas *heminkum. deotsuind* dedit I. mansas. *Tassilo* dedit II. mansas ad *halle. heito* dedit I. mansas ad *heiminkum. Kozheri* dedit I. mansas ad *heimincum. herosta* dedit I. mansas *heiminkum.* ad *stamhaim* sunt II. mansas. ad *Mohhundorf* V. mansas et II ab X. item ad *mohhundorf* III. mansas. et IIII. ab X. et hanc item ad *mohhundorf* II. mansas et dominicales. quod tradedit *cundalperht presbyter* et iterum ad *mohhundorf* tradedit *heririh* ad sanctum stephanum pro remedio animae suae I. mansas. ad uicum *irminperhi,* I. mansas. ad *peronpah* mansas II. aratoria et media mansas. *uttinhus* ad *aeringa* mansas III. ad *chirihhaim* mansas XV. et dominicales. quod tradedit *hupperht dux* ad sanctum stephanum. ad *tutingun* tradedit *kerhart* III. mansas et dominicales. (loc. cit. 54. N°. LXVII.)

V.

Anno 738.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Incipit scientia qui scire ualeat in quo tempore aedificata erat aecclesia ista in tempore duci paiauuariorum *Otilo* erat nomen ejus et annum unum fuit patria ista in sua potestate antequam consecrata erat ecclesia ista et nomen *episcopo* qui fundebat oleum *uiuolo* qui posuit reliquias sanctorum in domum dei hic nomini sepulcro domini sanctae marie sancti petri sancti pauli sancti andree sancti laurenti. et consecrauit in nomine sanctae mariae. et constituit diem sollemnem in Kal. nouembris. *Cotafrid* et *uxor* sua *Kepahilt.* fecerunt cum seruis suis domum hanc et tribuerunt pro remedium animarum eorum tantum quantum potuerunt de pecunia de terris de seruis de ancillis. nom. *uuerdolf roodcaoz cundrih, tagapert adalperht cundachar odalrud.* et offerebat filiam suam velatam sub nigro velamine quod illa deo serviret et sanctae mariae *cotalind. folchraat* dedit pro anima sua quod propitiare dignetur pro delictis suis seruum et ancillam *uualdker* et *lanntsuuind.* cum omnia pecunia cum fructibus

cum terris et fratribus equos duos et bouum unum et casa liutilo. (l. c. 53 N°. LXVI.)

VI.

Sub Tassilone Duce et Wisurico episcopo an. 765—775. Iterum sub Carolo rege et Waltrico episcopo an. 788—800.

In nomine dei summi. Igitur etenim ego proprio nomine *perhhari* tamen per dei misericordia *presbyter* vocatus tradidi villam meam nuncupantem *pazhares salida* ad beatum stephanum primum martirem sub tempore *tassiloni principi* et *episcopi* nomine *uuisuriih* pro remedium animae meae. et modo pro tempore *caroli regi* et cum sua licentia iterum firmaui ad ipsum altarem sancti stephani coram *episcopo* nomine *uualtrih* qui ipsum episcopatum regere videbatur et hoc actum est in sidone (i. e. Synodo) coram omnibus sacerdotibus et populo qui ibidem congregatus erat. sub die VII. Id. Iun. et hanc traditione firmavi ut ego ipse *perhari*. et nepotes mei. *uuerdhari*. et *uualto*. ad suum fructuarium suscipimus in beneficia ita ut annis singulis in festiuitate ipsius sancti stephani reddere debeamus solidum unum omnibus diebus vitae nostrae et post obitum nostrum ibi permaneat in potestate ipsius sancti stephani et episcopi. in cujus potestate consistit. pro mercede domni regi caroli et antecessores meos ut oratio nostra ibi semper permaneat et haec sunt nomina testium. *hroduuaic presbyter. hriihholf presbyter. uuerdhari presbyter. iso diaconus. walto diaconus. iohan, naothart. hitto diacon. tato presbyter*. et hoc omnibus notum sit quod pretium meum aut in caballis vel in vestimentis aut in aliis utensilibus meis et haec carta sit firmior ferro conexa et ueris vinculis ligata omni tempore ab evo in euum. (l. c. 56 N°. LXX.)

VII.

Anno 770—781.

In christi nomine Ego *machelmus* uir clarissimus comparaui. terram coloniam integram. cum alia colonia in loco qui dicitur *hemingus*. de homine cui nomen. *camalheri*. et sic eam emi sicut ipsa fuit terra aratoria pradas. culta non culta.

accessiones et omnia sicut ipse habuit possesse jugeras. plus minus LXXXIII. et de hac uinditione haec sunt testes. *hitto* tes. *hunker* tes. *aotto* tes. *caothari* tes. *caozperht* tes. *reginperht* tes. *kunheri*. *keilo*. *mozzo*. *kauuperht*. *takaperht*. *herido suappo* insuper autem ego *machelm*. postquam haec uinditione feci. sic ipsam coloniam tradidi ad ecclesiam sancti stephani et sancti ualentini quae sita est in loco qui dicitur *pazauuae* pro redemptione anime meae vel divina retributionem. ut praedictam coloniam possedeat pastor ipsius aecclesiae seu defensor quam prefatus sum usque in perpetuum. et haec nomina testium. hanc donationis signum. *aodalpald* tes. *hrodhart*. *starcolf*. *mactolf*. *oleri*. *suappoto*. *hrodfrid*. *takaperht*. *herideo*. ego *uuatto* scripsi. hanc cartulam donationis. et ipse sum testis. (l. c. 52 N°. LXIII.)

VIII.

Sub Tassilone Duce et Waltrico Episcopo an. 774—788.

In christi nomine. Ego *ortuni* trado atque transfundo hereditatem meam in *uico* nunccupatiuo *uuagindorf* ad aecclesiam beati sancti stephani atque sancti ualentini sitam in *pattauae* civitatem hoc tota portio mea de campis. de pratis de silvis de aquis aquarumque decursibus domum meam vel aream pomerium meum et uxori mea deomoth. et granum meum siue in area uel in campis post obitum meum filii mei potestatem habeant faciendi que uoluerint et de omnibus pecodibus meis. Nisi tantum terram et edificia mea hoc trado et transfundo pro remedium anime meae et pro aeterna retributione in die iudicii. siquis hanc cartam inire seu frangere conauerit inprimis iram dei incurrat et sancti petri. testes. *tozzi*. *alarih*. *uualtrih*. *pernuueich*. *raatcoz*. *pernhart*. *engilmunt*. *erimperht*. *nidhart*. scripsi jussus a *uualtricho episcopo*. (l. c. 67 N°. LXXXV.)

IX.

Sub Waltrico episcopo. 774—804.

In Christi nomine. Ego *anthelm* trado ad altare sancti petri que stat in hereditate mea *seruum* meum *aotratan* cum conjuge sua et cum filiis suis cum casa et cum curte et cum tota

colonia sua que ille pertinet et de mea ipsius terra XXXVI. jugeras de campis. et de pratis. jugeras XII. et ego *liutolf* frater illius trado ad hoc altare IIII. mancipias et nos in dei nomine tradimus et transfundimus illum altare ad ecclesiam beati sancti stephani atque sancti ualentini. sitam in *bazauuae* civitatem. et ego *uualtrihhus episcopus* prestaui illam tradi ad *liutolfi presbyteri* et post obitum illius haec carta firma permaneat nihilominus. et totum in quesitum meum hic trado post obitum meum. Haec sunt testes. *frumolt presbyter. madalker. dauid. pero. isanker. ankilperht. lantperht.* (l. c. 53 N°. LXV.)

X.

Anno 782.

In nomine domini Dei nostri Jhesu Christi. temporibus gloriosissimi *ducis tassilonis* anno Ducatui ejus XXXVIII. Indict. V. cum consensa et licentia predicti principis. Ego *lantperht* trado atque confirmo ea. quae habui in loco nuncupante *Dratihaha. uuiuuari.* et in alio loco ubi dicitur *inone aqua* servos et ancillas seu tributales rures. pratas. campos. silvas. aquarumque decursibus. mobile et inmobile. cultum et incultum. omnia ex integro ut diximus trada ad illam ecclesiam sancti Johannis. et cum ipsa ecclesia Sancti Johannis. ad basilicam sancti Stephani et sancti Uualentini. absque continet uxorem meam. ut ibi sit firmum et stabilitum. Si quis autem ulla opposita persona vel ego ipse quod fieri non arbitror. aut aliquis de hereditatibus meis hec irritam facere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore. et causam cum beatissimo sancto Stephano. et curta hec nihilominus firma permaneat. Et si sunt testes. *uuilliperht. Isandeo. Engildeo. Reginhelm. hodolhoh. ruotperht. regilolt**). (l. c. 41 N°. XLV.)

XI.

Circa 782.

Dum non est incognitum sed coram plurimis ponitur noticia. qualiter *snelrih presbyter* propriam hereditatem suam ad ecclesiam

*) Conferantur: Neue bayer. Abhandlungen Tom. I. p. 242. N°. II.

beati stephani martyris infra muros ciuitatis *patauiae* tradidit sicut hic continetur. Igitur ego *snelrih* per misericordiam dei trado et transfundo hereditatem meam ad prefatam ecclesiam in loco nuncupante *dratihaha. in pago trungouue.* hoc est cum domo. cum curte. . . . . .
(l. c. 42 N°. XLVII.)

XII.

Anno 786.

In dei nomine domini salutaris nostri ihesu christi temporibus gloriosissimi *ducis tessilonis* anno ducatui ejus XXXVIIII. indictione*) tua ego *cogo* trado omnia que habui in loco nuncupante *curtuna* ad ecclesiam sancti stephani. et beati sancti ualentini in ciuitate *pazauge* ut ibi sit firmum et stabilitum; Siquis autem ulla opposita persona vel ego. quod fieri non arbitror aut aliquis de heredibus haec irrita facere voluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum juda traditore et causam cum beatissimo sancto Stephano et carta haec nihilominus firma permaneat. et hii testes. *rodhart.* test. *heriman.* test. *erchanperht.* test. *madalker.* test. *angilperht.* test. *sundarheri presb.* sex poues. XXX porcos. XXX oues. XIII mancipias. X caperas**). (l. c. 58 N°. LXXIII.)

XIII.

Anno 788. al. an. Thass. XLII.

Oportet pro salute anime vigilare ut non inueniat quemquam inparatum et usque dum tempus habet non neglegat se redimere Ideoque ego *rato* ut ueniam de pecatis meis consequi merear in futuro trado ad ecclesiam qui est constructa in honore sancti stephani in castro qui vocatur *bazauue* ubi uir uenerabilis *uualtrihchus episcopus* praeesse uidetur donatumque in perpetuum esse uolo in *pago matahgauue* secus fluenta qui dicitur *ankinaha* quod mihi pater meus moriens

*) Sic in Originali.

**) Conferantur: Neue bayer. Abhandl. Tom. I. p. 244. N. V.

dereliquid et quod mihi sorte accedit erga fratres meos id est domibus aedificiis mancipiis campis pratis siluis aquis aquarumue decursibus ac tum trado atque transfundo ut quidquid jam dictus episcopus vel successores ipsius et id facere decreuerint liberam in omnibus habeat potestatem siquis vero quod fieri non credo si ego ipse vel aliquis de heredibus meis aut quislibet opposita persona contra hanc donationem venire aut infrangere temptauerit usque dum de hac causa ad ueram emendationem uenerit. iram dei et sanctorum ejus uel paenas inferni et perire pertimescat et cum supradicto sancto in die judicii ante tribunal aeterni judicis deducat rationem et quod repetit uindicare non ualeat sed haec traditio omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnexa actum est autem haec in *curte* qui uocatur *rantesdorf* anno regni gloriosi principis *tassiloni* XLV indictione XI die consule. V id. Martii et haec sunt testes *Gozperht presbyter.* test. *alouuih.* test. *heririh.* test. *aotto* test. *lanfrid.* test. *sigimar.* et Ego *hildipertus* *), (l. c. 51 N°. LXII.)

XIV.

Circa 788.

In christi nomine Ego *lantpald* trado atque transfundo hereditatem meam quod mihi contingit contra heredes meos in locum qui dicitur *curtuna* trado pro remedium anime meae ad aecclesiam beati sancti stephani atque sancti valentini sitam in *bazauue* civitatem. hoc est campis pratis siluis aquis pascuis aquarumque decursibus cultis et incultis. et duas mancipias. cum curte cum casa. et filii **) ejus II. in libertate seruiant ad istum domum dei pro victum et discant litteras. haec sunt testes. *Siffo presbyter* tes. *alit diaconus* tes. *erchanperht.* tes. *angilperht.* tes. *madalcaer* tes. *popo.* et tes. frater illius *sigipald presbyter.* confirmauit haec traditio. firma et inlibata haec carta nihilominus firma permaneat; (l. c. 52 N°. LXIV.)

---

*) Conferantur: Neue bayer. Abhandlungen Tom. I. p. 243 N. III.

**) In codice: „filiium", abundante um.

XV.

Anno Christi 788 alias Regni Tassil. 42.

Nihil enim ut ait apostolus in hoc mundo intulimus nec quicquam ex eo nobiscum poterimus auferre nisi quod ob animae salutem locis sanctorum vel in substantiis pauperum conferre videmur. igitur ego *gogo clericus* pertimiscens vitam futuram et bona retributionis aeterna ad molem peccaminum meorum minuendam trado ad ecclesiam qui est constructa in honore protomartyris stephani in castro *pazzaugense* ibi duo amnes insimul confluunt ubi vir venerabilis *uualdrichus episcopus* preesse videtur traditumque in perpetuum esse uolo quod mihi pater meus moriens dereliquid id est terris domibus aedificiis mancipiis pratis silvis aquis aquarum vel decursibus, farinariis mobile vel inmobile qui adiacet secus fluenta nom. *gurduna* ut quidquid jam dictus episcopus vel successores ipsius episcopi ex id facere decreverint pro utilitate supradictae basilicae. liberam atque firmissimam in omnibus habeant potestatem si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis vel quislibet opposita persona contra hanc traditionem venire aut eam infrangere conauerit inprimis usque dum de hac causa ad ueram emendationem venerit iram dei et sanctorum ejus habere pertimescat et cum supradicto sancto ante tribunal aeterni judicis in die iudicii deducat rationem et partibus ducis cum cogente fisco conponat auri libra une argenti pondua quique et quod repetit uindicare non ualeat sed haec traditio omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa. actum est haec in curte publica qui dicitur *salzpurc* anno regni gloriosi principis *tassiloni* XLV. sub die kal. martii indictione XI. et haec sunt testes *albuinus presbiter* test. *hrodgaoz presbyter* test. *tito.* test. *amo.* test. *bonifacius.* test. *hrodhardus.* test. *haeriman.* nepotes sui. test. *arhart.* test. *gundacchar*; Ego *hildipertus.* *) (l. c. 60 N° LXXV.)

*) Conferantur: Neue bayer. Abhandl. Tom. I. p. 244. N. VI.

XVI.

Anno 788.

Si aliquid de rebus nostris. locis sanctorum uel in substantias pauperum conferimus hoc nobis procul dubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus Ego itaque *cito* haec mente pertractans ad facinoribus meis minuendis dono post obitum meum ad aecclesiam primi martyris Stephani qui est constructa in *castro pazzaugense* ubi uenerabilis uir *uualdricus episcopus* preesse videtur locellum qui adiacet secus fluenta nom. *gurduna* quod mihi pater meus moriens dereliquid campis pratis siluis mancipiis aquis aquarumue decursibus mobile uel inmobile domibus aedificiis ut quidquid supradictus episcopus post obitum meum ex eo facere uoluerit liberam habeat potestatem siquis uero quod fieri non credo si ego ipse vel aliquis de heredibus meis aut quislibet opposita persona contra hanc donationem uenire temptauerit a liminibus aecclesiae extraneus habeatur et cum supra scripto sancto In die iudicii deducat rationem et partibus ducis componat secundum quod lex est et quod repetit non uindicet sed haec donatio omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa. actum est haec in curte puplica qui dicitur *Salzpur* anno regni gloriosi principis tassiloni XLV. sub die kal. mart. Indictione XI. et haec sunt testes *albuinus presbiter* testes *hrodgaoz presbyter* testes *tito.* testes *amo.* testes *bonifacius.* testes *hrodharius.* testes *heriman. heriperht* testes. Ego *hildipertus.* (l. c. 65 N°. LXXXI.)

XVII.

Sub Carolo M. rege et Waldrico episcopo 788—791.

In christi nomine. Innotiscemus in hac epistola quomodo conciliaverunt domnus *ualtrihhus episcopus.* cum *salucone.* quando ipse ante missos regis. adquesivit filios suos. et filias et uxorem; Tunc conciliaverunt. ut ipse *salucho* suam tradidit hereditatem; illis filiis suis. in perpetuo possedendi. ad ipsam sedem episcopalem. et ad ipsos sanctos serviendi. sancto stephano et valentino. et familiis eorum. et pro sua animam. et diuinam retri-

butionem. ante istos missos domuo *rege. Carolo* haec sunt nomina *sindperthus episcopus.* *) *chadolus. comax. craman com.* et *uuaninchus. judex.* et *abb. Cozrinh* fr. abb. *uurolf. abb.* ante eos fuit conciliatus; Ipse autem *episcopus uualtrihhus* propter suam benignitatem concedit ei; dum ipse vivet. habeat potestatem. filia. ejus in anno operentur. cam misile**) *alit diac. azilo. rimolt. chnitto. altuuart. adalperht. atilo.* testes sunt et alii plures quos enumerare longum est; (l. c. 49. N°. LIX.)

XVIII.

Sub Carolo M. rege 788—800.

In Christi nomine. ego *aarhart* trado hereditatem meam pro remedium animae meae apud pio domino veniam mereamur accipere. vel remissione peccatorum ad *basilicam sancti Stephani* atque valentini. constructam in civitate quae vocatur *pazauue* portionem meam in villa nuncupante *antesna.* in pago *rotahgauuae.* quicquid ibidem ad praesens tam de hereditate parentum uel de quocunque adtractu possidere videmur. totum et ad integrum ad praefatam basilicam uoluisse donatum. cum terris. domibus mancipiis silvis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus rem cultam et incultam ut quicquid jam dicte ecclesie episcopus pro oportunitate ipsius basilicae elegerit faciendi liberam in omnibus habeat potestatem. Si quis uero quod futurum esse non credimus quod absit aut aliquis de heredibus meis seu qualibet persona contra hanc donationem uenire aut eam infrangere uoluerit. inprimis cum sancto stephano habeat rationem. donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat. gloriosissimi regis Caroli. Isti sunt testes: *Into. Rantolf. craos. poso. Cundhrat.* (l. c. 9. N°. VIII.)

XIX.

Sub Carolo M. rege 788—800.

In nomine Domini Dei salvatoris nostri Jhesu Christi. temporibus gloriosissimi *Caroli regis.* Ego *Ilpunc* et *uxor* mea

*) Episcopus Ratisbonensis, obiit 791. 29. Septemb.

**) Lectio dubia.

Imma. et *filius* meus. *Naccho* cogitamus nos de aeterna retributione seu de poenali judicio. qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam. Christoque adhaerentes vitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statuimus in animum nostrum de propria hereditate nostra aliquid Deo conferre. tradimus itaque omnia substantia nostra que habuimus *ad Prampah* et *ad Tuturuna.* et *Aninsezza.* et *ad Papinrisch.* post obitum nostrum et integro. servos et ancillas. pratas. rures. campos. silvas. aquarumque decursibus. ubi currunt in potestate nostra. mobile vel inmobile. cultum et incultum *ad basilicam S. Stephani* prothomartyris Christi pro redemptione animae nostrae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Siquis autem contra hanc cartulam traditionis quilibet opposita persona contra ire uoluerit. iram dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum juda traditore. et causam cum beatissimis sancti stephani et sancti Valentini et carta haec nihilominus firma permaneat. Et hi sunt testes. *Chuntilo. Snello. Gunthart. Ratolf. uuighnand. adalhart. Irmpreht.* (l. c. 39. N°. XLIII.)

XX.

Sub Carolo M. rege 788—800.

In nomine Dei salvatoris nostri Jhesu Christi temporibus gloriosissimi. *rex Carol.* anno ducatui ejus nom. Indictione ego *Ledii* Cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali judicio. qualiter dominum contemnentes poenam incidunt aeternam. Christoque adhaerentes vitam adipiscunt sempiternam. ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. trado itaque omnia. quae illo loco habui. *Aznanu* ex integro servos et ancillas. pratas. rures campos silvas. aquarumque decursibus. mobile vel inmobile. cultum vel incultum ad basilica sancti Stephani atque S. Ualentini pro redemptione animae meae. ut ibi sit firmum et stabilitum jussit. Uualtrihus episcopus. Scripsi ego.

Contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire voluit. iram Dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum Juda traditore et causam cum beatissimis sancti Stephani et carta haec nihilominus firma permaneat. et hii testes. *Ratolf. Adalperht* testes. *Ato* testes. *Frumolt* testes. et omnia Sancti Stephani. (l. c. 44. N°. L.)

XXI.

Sub Carolo M. rege 788—800.

In Dei nomine ego *Liutsuind* pro remedium anime meae seu pro retributione vitae aeternae dono atque trado omnes facultates meas *ad Sanctum Floriani* secundum obitum meum et stet firmatum in sempiternum. et ita oro omnipotentem deum. ut siquis de heredibus meis vel cujuslibet persona hanc traditiones inire seu frangere conaverit. coram summo Deo reddat ratione et sancto Floriani. et in fisco auri uncias XII. coactus soluat domni regi quia contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. et haec sunt testes . . . (l. c. 47. N°. LV.)

XXII.

Sub Carolo M. rege 788—800.

In dei nomine. Ego *Prunnihil* pro remedium animae meae. seu pro retributione vitae aeternae dono atque trado de mea propria hereditate duas partes terram cultam et incultam *ad S. Floriani* et stet firmatum in sempiternum. et ita oro omnipotentem deum. ut siquis de heredibus meis vel cuiuslibet persona hanc traditionem inire seu frangere conauerit coram summo deo reddat rationem et habeat luctam cum S. Stephano primi martyre et in fisco auri uncias XII. coactus soluat domni regi quia contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. et haec sunt testes. *Caganhart. Adalhalt. Kisalhart. Uto. Kerhart. Sundarheri. Heriraat. Keparohc. Erlunc. Uueiheri. Uuerinperht. Cotaperht. Uuerinfrid.* Et VII mancipias. (l. c. 48. N°. LVII.)

XXIII.

Anno 834. cum actis praecedentibus 788—804.

Dum fragilitas humani generis pertimescit ultimum uitae temporis subitaneam transpositionem esse uenturam. Oportet ut non inueniat unumquemque hominem in utroque sexu inparatum ne

sine aliquid boni operis refectione migraret de seculo. Sed dum in iure suo et potestate consistit preparet sibi uiam salutis per quam ad eternam uitam ualet peruenire. Sacra scriptura testante qui hic domino largiturus erit parua. accipiet centupla in eterna uita. Quapropter quendam *matrona* nomine *vuerdni* temporibus domni *Karoli* beatam memoriam dum *uualdrichus episcopus* uice pastoris preesset sedem sancti stephani. quod est constructum in ciuitate *pattauiae*. ipsa quoque supra dicta matrona coepit sollicita intentione uitam incertam mundi istius Sollerter intuere ac procurare salutem animae suae. et hoc quod possedit in loco qui uocatur ad *antesnam* fluminam ipsud quoque. quod ei vir suus *engilpreht comis* ad legitimum dotem concessit ei per testimonia plurima ei confirmauit. Hi sunt testes. *hludouuich. chuntilo. snello. isanger. adalhoh. irminfrid. otker. retcho. into. adalfrit. ratheri. Gerhoh. ato. Kundrat. Kangolf. vuigo. erchanhart.* Ipsum quoque praefatum locum quod situm est iuxta *flumine* qui uocatur *antesna* pro amore uitae aeternae tradidit pleniter ad sanctum stephanum cum omni integritate quicquid ibi habere dinoscitur. et per plurima testimonia confirmauit ea uero ratione ut illud sub ipsius potestate consisteret in uita sua. et hi sunt testes. *Rantolf comes. Ratolt. chuntilo. Gundrat. adalhart. odalrih. pern. Ratheri.* Haec uero per plurima tempora dilationis nunc in spacio praesenti huius temporis ipsa praedicta matrona N. *vuerdni.* coepit ualde fortiter egrotare. pene uitam finiri sed dum esset in illa ualida infirmitate rogauit *annum chor episcopum* ipsius sedis adduci ad se et tradidit omnem traditionem in manu sua et ita per plurima testimonia confirmauit et hi sunt testes. *Chuniperht. Patarih. Meginhart. Ruodinc.* Domino quoque miserante ipsa est recuberata et ad uitam istam reuersa est et iam regressa est ipsa ad ecclesiam sancti stephani praesente *reginhario episcopo* cum omni familia domui ipsius cum ceteris uiris nobis quam plurimis. insuper hec omnia tradidit iterum semet ipsam ad altare sancti stephani cum omni integritate substantiam et possessionem suam in illo praedicto loco ceteris edificiis cum mancipiis nominatis. *odalpald meginperht. adalpald. Gerolt. adalhelm. vualthart. Liupsuind. merina.* terram cultam et incultam siluam omnem proprietatem suam quod ubicunque ha-

bere uidebatur et in ipsa hora traditionem suam anteriorem et posteriorem iterum renouabat in uice tercia omnia haec et ipsam traditionem reddidit in manum ipsius episcopi ut omnia sua essent deinceps a die praesente in potestate et dominatione eiusdem aecclesiae episcopo et ipsius familiae sine ulla commutatione firmum et stabilitum ad illum domum dei permaneret perpetualiter inconuulsum. Hi sunt testes *Luidperht. patarih. ihho. rihhart. uuelamuot. helpfrid. irminger. snello. rantolf. irminperht. othelm. Grimparht.* et postea iterum quarto tempore supradicta renouabat et cum testibus iterum firmauit. Hi sunt testes. *Gerolt. irminperht. meginhart. patarih. vuichelm fricho adalhoh.* Actum erat anno incarnationis DCCCXXXIIII. Indict. XII. VII. Kal. aug. in *patauia* ciuitate. (l. c. 24. N° XXVII.)

XXIV.

Anno 789.

In nomine Dei salvatoris nostri Jhesu Christi temporibus gloriosissimi *rege* nostro *Carolo.* indictione XII. anno XXI. regni ejus cogitante me de aeterna beatitudine. *Rihperht.* de penali judicio qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam Christo quoque adherentes uitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid Deo conferre. trado itaque omnia quae illo loco dimidium habui. ad *Antesna* ex integro. servos ancillas pratas rures campos siluas aquarumque decursus mobile vel inmobile cultum uel incultum ad basilica sancti Stephani atque sancti Ualentini pro redemptione animae meae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Scripsi autem haec cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluit iram Dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum Juda traditore et causam cum beatissimo sancto Stephano atque Sancti Ualentino. et carta haec nihilominus firma permaneat. et hii sunt testes. *Herchanperht.* test. *Heipo.* test. *Adallcoz.* test. *Amalunch.* test. *uualdman.* test. *Eingilperht. Panchuni* test. (l. c. 47. N° LVI.)

XXV.

Anno 789.

In nomine domini nostri ihesu christi temporibus gloriosissimi *rege* nostro *Carolo* regni ejus anno XXI. inditione XII. ego *dd.* et frater meus *hrantolf* considerantes qua gravamur sarcinas peccatorum et iterum reminiscentes bonitatis Dei dicentis date elymosinam et omnia munda fiant vobis de tanta igitur pietate domini confisi ob hanc igitur causam tradimus atque transfundimus ad ecclesiam sancti stephani protomartire quod situm est in loco que dicitur *baptabis* terram campis pratis silvis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis et ancillis peculium utrumque sexum mobilium et immobilium vel quicquid in eodem loco qui dicitur *helphauue* in hodierno tempore possidere videamur nunc igitur tradimus atque transfundimus cum ipsa substantia ad ecclesiam sancti stephani atque sancti ualentini in urbe quae vocatur *bazauuae* ibi ipse est uenerabilis. *uualdrihhus episcopus* hic nomina testium. ibi sit firmum et stabilitum Si quis contra hanc cartulam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluit iram Dei omnipotentis incurrat partem habeat cum iuda traditore et causam habeat cum beato stephano protomartyre tuo et carta haec nihilominus firma permaneat et hii testes. *enkilperht comes* tes. *urolf* tes. *rumol* tes. *reckheo* tes. *inlant* tes. *uualhilo* tes. *nothart* tes. *hitto* tes diac. *alto presbiter* tes. *hrodperht diaconus* teste. *tacadeo presbyter* tes. *hiltirih presb.* tes. (l. c. 50. N°. LXI.)

XXVI.

Circa 796.

In nomine dei summi Ego *odalscalh.* cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali iudicio qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeterna christoque adherentes uitam adipiscunt sempiternam ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. Trado itaque omnia quae in illo loco. *phaphsteti.* habui ex integro seruos ancillas pratas

rures campos siluas aquarumque decurnibus mobile vel immobile cultum vel incultum ad basilicam sancti stephani protomartyris que situm est in *pazauua* pro redemtione animae meae ut ibi sit firmamentum et stabilitum. Siquis autem hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluit iram dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum juda traditore et causam cum beatissimo sancto stephano protomartyres patrem meum et per metipsum et matrem meum et uxorem meam et filium meum. et carta haec nihilominus firma permaneat. Et hii sunt testes. *tozi. raati. uto.* VII. id. mart. (l. c. 56. N°. LXIX.)

XXVII.

Anno 796. Karoli reg. anno XXVIII.

Ego in dei nomine *odalscalc* cogitans de dei timore vel pro absolutione peccatorum eorum propterea dono trado omnes res meas ad monasterio *patavis* ad ecclesiam sancti stephani protomartyris ubi preest venerabilis vir *uualdricus* pontifex dono ibidem et donatumque in perpetuum. esse. uolo. in *pago matagaue* in loco qui dicitur *papsteti* super *fluvio matucha.* id est tam mansos una cum domibus aedificiis curtiferis cum uuadris capis terris siluis campis pratis pascuis peruiis cum muniis adiecenciis appendiciis mancipiis ibidem conmanentibus utriusque sexus rem inquesita totum et ad integrum per hanc epistulam traditionis ad ipso monasterio jam dicto pro redemtionem anime meae. post meum discessum vel *conjuge* mea. *erkanradane* dono trado atque transfundo jure perpetuo possidendum. siquis hanc traditionem infrangere temptaverit si se exinde non correxerit in . . . at *) ad partibus ipsius monasterii una cum distringente fisco auro uncias XX. argento libras. L. coactus componat et quod repetit nihil euindicet. et haec donatio nihil minus firma permaneat. actum *patauis* ciuitate publica die. X. mense maj uino **) in anno XXVIII. regnante domno nostro *carolo rege.* isti sunt testes per auriculas tracti juxta ritum regionis hujus in adfirmationis testimonii. *raan* test. *uto* test. *gunchart* test.(l.c.59.N°. LXXIV.)

*) Locus exesus, videtur legendum: inferat.

**) Lectio dubia.

XXVIII.

Anno Christi 799.

Latores legum sanxerunt. ut qui de substantiis vel rebus ecclesiasticis alicujus aliquis conaverit commodare hoc coram pluris testibus per scripturarum seriem firmiter roberetur ut in aevum inconvulsum quiverit perseverare. et non etiam unquam abstrahendi sunt a jure ecclesiastico. Dum et omnibus non habetur incognitum qualiter ego *Keroldus comes* postulando petii et obnixa prece deprecatus sum *Waldrico episcopo* quendam capellanum ipsius ex cessione regis ut nobis eam in beneficium concedere deberet usu fructuario excolere. Quod ita et ipse propter amorem et magna dilectione nostra taliter visus est celsitudinem nostram honorare vel studium honoris impendere. et ipsum prestitum dixit nobis esse concessum. Hoc est *in pago Trungouue* in loco cui vocabulum est *Linzae* super magno *flumine Danubio* id est: *Ecclesia* quae est constructa in honore sancti ac beatissimi *Martini* episcopi atque confessoris Christi. cum omni pertinentia vel soliditate sua quicquid ad ipsam ecclesiam vel ad ipso castro aspicere vel pertinere videtur. que quondam *Rodland capellanus* domini nostri regis in beneficium tenere visus fuit. Et postea domnus rex ipsum pontificem per suam clementiam ipsam capellam vel rebus ipsius sub omni custodia vigilanti cura et pastorali gubernatione tradidit regendum. nunc vero nobis in quantum sua fiat dominatio usque ad obitum vitae nostrae vel usquequo nostra decreverit voluntas libero arbitrio statuit ipsas res nobis fruere dominare atque possidere. Propterea visi sumus censire exinde ei annis singulis de argento solidos XX. ut ipsos ad nativitatem sancti scilicet Johannis Baptistae quod est VIII. Kal. Julii exsolvere non tardamus. et etiam complacuit nobis ut in aliqua minoratione res ipsas eminorare non debemus. et post obitum nostrum ad ipso loco integriter deservire valeant secundum pristinam institutionem.

Actum ad *Triesma* quando illa sacra anno resedit die XX. mens Junii Indictione VII in anno XXXII regni caroloni regi. (l. c. 36. N° XXXIX.)

XXIX.

Circa 800.

In nomine Dei summi. Igitur ego *Ovdalolf* in dei nomine vel conjux mea pro remedium animae meae vel retributione aeterna trado atque transfundo hereditatem meam in loco qui dicitur ad *Lupuhinespah.* ad S. Stephani protomartyris ad *Patabis* id est terram meam. campum siluam. pratum rures quod sunt testes *Meginrath Taozi Cundhart Haerhart Sallo Ermperht.* Ego *Kaganhart* scripsi de carta. (l. c. 46. N°. LIV.)

XXX.

Anno 800.

In nomine domini dei saluatoris nostri ihesu christi temporibus gloriosissimi *caroli regi* anno regni ejus nostrum indictione VIII. Ego *salomon* cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali judicio qualiter Deum contemnentes poenam incidunt aeternam. christoque adherentes vitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. Trado itaque omnia quae in illo loco habui qui vocatur. *cossinpach.* ex integro sine uno manso. seruo ancillas pratas rures campos siluas. aquarumque decursus mobile vel inmobile cultum vel incultum ad basilica sancti stephani protomartyres christi pro redemptione anime meae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Siquis autem contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causam cum beatissimis. sancti stephani et sancti ualentini. et carta haec nihilominus firma permaneat. et haec sunt testis. *salomon.* tt. *adalhart. rhaan. tozi. deotmar . . .**) folf tes. Scripsi autem ego *reginhart presbyter* hanc cartam traditionis jussus a domno *episcopo uualtricho.* Acta sunt autem haec in uilla publica nuncupante *battaves.* regnante domino nostro ihesu christo in secula seculorum. (l. c. 61. N°. LXXVI.)

---

*) Locus detritus.

XXXI.

Sub Waltrico episcopo et Carolo M. Imper. 800—804.

In dei nomine. Ego *cundpirin* pro remedium animae meae seu pro retributione uite aeternae dono atque trado talia, si dominus meus ad rectum meum dimisit atque quaesitionem cum terra et pratas mancipias, animalia contra prestaria domni *uualtrihi episcopi* pasilica unam in loco qui dicitur *mochundorf* ad sanctum stephanum secundum obitum meum stet firmatum et ordinatum ad sanctum stephanum usque In sempiternum et ita oro omnipotentem deum ut siquis de heredibus meis vel cuiuslibet persona inire seu frangere conauerit coram summo deo reddat rationem et sancto stephano primo martyre et in fisco auri untias XII coactus soluat domini cesarii quod contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in sempiternum. et haec sunt testes. *tozi* test. *gaganhart* tes. *chuntilo* tes. *reginhart* testes. (l. c. 67. N° LXXXIV.)

XXXII.

Anno 801.

Domino sancto et in Christo patre *Uualdrico episcopo* de *ecclesia Pataviensis*. qui est constructa in onore S. Stephani. Ego in dei nomine *Richarius comis* dum non est incognitum. qualiter expetivi vobis aliquas res aecclesiae vestrae in pago *Mattagaoe*. in loco qui dicitur *Euuisteti*. mihi prestare deberetis ad habere. quod ita et fecistis. In ea vero ratione. ut dumdiu aduixero ipsas res per vestrum beneficium teneam. et post meum quoque obitum quicquid ibidem repertum fuerit. vel transitus meus ibidem dereliquerit cum omni supellectile vel conlaborato seu et adquisitu vel adtractu. undecumque ad me pervenerit. in vestram revocare faciatis dominationem. Tamen convenit nobis. ut ipsas res usitare et meliorare omni conamine contendam. ut tam quod in manu mea est ipsa rem deteriorata non fiat. sed magis ac magis emelioratam faciam illam. Actum *Salzpurch* monasterio publico die III. mense Octuber. in anno XXXIII. et II. regni et imperante domno nostro *Carolo* glorio-

sissimo Augusto. Isti sunt testes. *Starcolf. Hartmot. Freso. Uto. Uuerlant. Craaman.* (l. c. 43. N° XLIX.)

XXXIII.

Anno 801.

Ego in Dei nomine *Uualdricus episcopus de ecclesia patavensis.* qui est constructa in onore S. Stephani. dilecto amico nostro *Richario comite.* Dum non est incognitum. qualiter expetisti nobis aliquas res ecclesiae nostrae. in pago *Mattagaoe* in loco qui dicitur *Euuisteti.* tibi prestare deberimus ad habere. quod ita et fecimus. In ea vero ratione. ut dum diu aduixeris. ipsas res per nostrum beneficium teneas. et post tuum quoque obitum quidquid ibidem repertum fuerit vel transitus tuus ibidem dereliquerit cum omni suppellectile vel conlaborato seu et adquisitu vel adtractum undecunque ad te pervenerit. in nostra revocare faciamus dominationem. tamen convenit nobis. ut ipsas res usitare et emeliorare omni conamine contendas usque dum diu aduixeris. Et hoc perpende ut tam quod in manu tua est ipsa rem deteriorata non fiat sed magis ac magis emeliorare facias ea. Actum *Salzpurch* monasterio pubplico. die III. mense Octuber in anno XXXIII. et secundo regnante et imperante domno nostro *Carolo* gloriosissimo Augusto. Isti sunt testes. *Starolf. Hartmot. Freso. Uto. Uuerilant. Craman.* (l. c. 45. N° LI.)

XXXIV.

Anno 801 vel 802.

Prestaria ab episcopo facta. *rihhario comiti* gratia dei *episcopus Uualtrihh.* dum ad petitionem uestram illo loco nuncupante *auuisteti.* situm. ibi ad beneficium usque dum aduixeris permisimus; Ideo nobis convenit hanc epistolam prestariam conscribere. ut per nostrum beneficium illum locum excolere debeas. et post uestrum discessum sicut et nostra continet epistola absque ullius exspectata traditione nos eam ad partem ecclesiae nostrae sancti Stephani. reuocare debeamus. facta epistula sub die illa III. id. iun; haec sunt testes. *taozzi. adalhart. folchcaat. odalhart. naothart. liutperht. sind-*

perht. orandil. anshelm. aoto. erinperht. uuelan. anamot. (l. c. 49. N°. LX.)

XXXV.

Anno 802.

Dum resedissent misi domni *caroli* serenissimi *imperatoris* In loco qui dicitur *matahgauue Arn* uidelicet *archiepiscopus* et *kislehardo iudex* ad universorum causas examinandas vel recta juditia terminanda ibique adueniens aduocatus *uualdrico episcopo* in uicem ipsius episcopi aliquos homines *Uiliperht* nec non et *adalperht* interpellaret dum diceret eo quod de capite eorum legibus essent serui sancti stephani et ecclesiae ipsius episcopi sed ipsi in presente adstabant et hac causa in omnibus denegabant. Tunc ipsi praefati missi hac causa pariter et diligenter inquirentes. inuenerunt qualiter ipsi de partibus genitoribus eorum serui essent ipsius episcopi et statim reddiderunt se una cum uxoribus eorum et filiis hac filiabus Et habeat ipse episcopus ad suam aecclesiam omnibus diebus euindicatos. et sit inter eos in postmodum de hac re definita causatio. Actum *mattagaoe* fisco publico. die proconsule. XV. kal. mart. anno XXXIII. et secundo regni domni nostri *caroli* gloriosissimi *imperatoris*. isti sunt qui presentes fuerunt quando haec res gesta est. *richeri comis. aotperht judex. uuenilo. posso. dauid. helmker. aotto. fridurat* et *nidhart centenarii. haholt. gaozperht. taozi. adalhart. bertharius notarius* hanc cartolam subscripsit. (l. c. 66. N°. LXXXIII.)

XXXVI.

Circa 803.

. . . . . cultis seruis ancillis peculium utrumque sexum et post obitum meum firma et inlibata haec cartula omni tempore permanere debeat. Siquis vero quod futurum esse non credo aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quidquid opposita persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere voluerit inprimis iram dei incurrat et componat sicut lex est. Et frater meus *Rihpald* tradedit ad ipsam ecclesiam servum

suum cum conjuge sua cum suis filiis. cum casa. cum campis. cum peculium suum utrumque sexum. Haec sunt testes. *Rato* test. *Popili* test. *Kisalhari* test. *Popili* test. *Rihpald* test. *Aotto*. (l. c. 46. N° LIII.)

XXXVII.

Circa anno 803.

In dei nomine Ego *popili* cogitaui vel pertractaui. molam peccaminum meorum seu pro aeterna retributione in die judicii. Id circum trado atque transfundo hereditatem meam quod habeo in locum qui dicitur *ankinaha* ad ecclesiam sanctae mariae hoc est campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis et ancillis peculium utrumque sexum mobilium et immobilium. et post obitum meum firma et inlibata haec cartula nihilominus firma permaneat. Siquis uero quod futurum esse non credo. aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quicquid opposita persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere uoluerit. inprimis iram dei incurrat et conponat sicut lex est; et soror mea cotalind. tradidit ad ecclesiam decem serui. et decem ancillas et omnia que habuit post migrationem illius; haec sunt testes *rato. rihpald. takaperht. lantfrid ankilhaol aotto.* (l. c. 55. N° LXVIII.)

XXXVIII.

Anno 803. annus Caroli Imp. al. III. Indict. XI.

Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum uel in substantias pauperum conferimus hoc nobis procul dubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus ob hoc igitur ego *populi* ad molem peccaminum mearum minuendam dono ad ecclesiam qui est constructa in honore protomartyris stephani in castro *pazaugense* ubi vir venerabilis *waldricus* episcopalem officium adimplere curatur donatumque in perpetuum esse uolo quod mihi pater meus moriens dereliquid locellum, qui adiacet secus fluenta qui vocatur *enchinaha* cum ecclesia qui est constructa in honore semper uirginis mariae seu domibus aedificiis accolabus mobile et inmobile, vt quicquid supradictus episcopus

post obitum meum facere uoluerit ex eo habeat liberam potestatem. siquis uero aliquid uoluerit quod non credo. ipse. vel aliquis de aeredibus meis aut quislibet opposita persona. contra hanc dominationem uenire temptauerit. a limitibus aecclesiae extraneus habeatur. et cum supra scripto sancto in die iudicii deducat racionem. et partibus ducis conponat secundum quod lex est. et quod repetit non uindicet. sed haec donatio omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. Actum est in publica curte qui dicitur radaspona anno regni gloriosi *imperatoris karoli.* XII. sub die VI. kal. nouembris. indictione. XII. Et haec sunt nomina testium . . . . (in fine rasura 1½ lineae.) (l. c. 68 N°. LXXXVI.)

XXXIX.

Anno 805.

In Christi nomine ego *uuerdni* cogitavi pro anima mea seu pro aeterna retributione. dono atque trado propriam causam meam quod mihi mari aqua qui dicitur *antesna* cum domibus aedificiis meis mancipiis terris ruris et pratis cultis et incultis aquarumque cursibus et omnia utensilia mea quod in isto loco habeo post obitum meum stet firmatum et ordinatum ad *sanctum Stephanum* et hoc addimus et annuntiamus quod ad missam sancti ualentini reddire debeo. unum solidum auri vel argenti per singulos annos. et haec sunt testes. *rantolfus* test. *Ratolt* test. *Chuntilo* test. *cundraat* test. *adalhart* test. *odalrih* test. *adalhaoh* test. *pern* test. *ratheri* test. actum est autem in ciuitate *pattauis* indictione XIII. in V. id. feb. in dominico die *). haec carta firma permaneat. (l. c. 7. N°. V.)

XL.

Sub Urolfo episcopo circa 805.

In Dei nomine. Ego *Zeino* et ego *Rodperht filius* meus. confirmamus traditionem nostram ad S. Stephanum in praesenti

*) Dies dominica, Indictio XIII. et V. Id. febr. (9. Febr.) conveniunt annis 805, et 850.

Urolfo episcopo et omnium nobilium et ignobilium. qui nunc ibi sunt congregati. et stet firmatum in sempiternum. Et iterum ego *Urilfus* tamen per dei misericordiam in ore *episcopus* vocatus cogitavi dicta S. Joannis Evangelistae. qui viderit fratrem suum necessitatem patientem. et clauserit viscera sua ab eo. quomodo caritas dei manet in eo. possessionem istam prestavi et donavi illis. mancipias. terram aedificationem in loco *Mochundorf* usque ad obitum eorum. et post obitum eorum stet firmatum ad S. Stephanum in perpetuum usque in perpetuum. et haec sunt testes. *Popili. Ludiuuic. Ratolt. Uuigo. Salamon. Jonathan. Heriolt. Jozperht.* (l. c. 43. N°. XLVIII.)

XLI.

Sub Urolfo episcopo circa 805.

In christi nomine uir itaque quendam nom. *ooto* tradidit de partione sua. qui illum constetit aduersus filios suos ad altare sancti stephani in mancipiis seu in coloniis pro amorem dei et pro redemptione animae suae post uitam suam. et uxoris suae id uero sunt mansos plenos II. cum filiis suis. nom. *uuilliheri. Mahtlind.* et alt mansos *) nom. *aenicho. enstila.* filias eorum *perhtilt. Erchanhilt.* et alteros servos II. nom. *adaluni. aruni.* et ipsorum colonias. duas, hoc fecit in praesentia coram dom. *episcopo urolfo.* et coram cunctis familiis sancti stephani. et. ualentini. et ipse dom. episcopus jussit hos oblegare et per testibus. firmare ut in euum et inconuulsum permaneat. Nomina testium. *erchanperht diac. roodperht cler. hitto cler.* Valete.

Similiter et *hramuolus.* tradidit. atque firmavit. ad altarem sancti stephani cum ipsis testibus in uillam nuncupatam ad *scalchom* cum domibus seu cum cunctis substantiis suis. absque priora traditione quam pater ejus fecerat. mancipias II. Valete. (l. c. 58 N°. LXXII.)

*) Leg. mancipias.

XLII.

Anno 806. — Imperii Caroli M. VI.

In dei nomine. Ego *Altrah.* pro remedio animae meae trado et transfundo propriam hereditatem meam quod mihi pater meus moriens dimisit *Keïlo.* terram cultam et incultam ad sanctum Stephanum sitam in loco qui dicitur *Scardinga.* et omnes facultates meas. terram cum domo. cum horreo. et aliis aedificationibus qui in illo loco sunt. stet firmatum et ordinatum ad sanctum Stephanum usque in sempiternum. Et ego *Vrolf* tamen per dei misericordiam uocatus *episcopus* memoraui dicta S. Johannis. qui uiderit fratrem suum necessitatem pacientem. et cetera. per dei timorem et amore proximi prestavi ipsam rem sicut ante numeratvm est homini *altrati* post obitum eius stet firmatum et ordinatum usque in sempiternum. Et hi sunt testes. *Ratolt. altrat. Sigihelm. Geparhoh. hitto. ihho. Rihgouuo. heidanrih. folcrih. isanhart. Gotaperht.* Actum est hoc regnante *Imperatore Karolo.* IIII. An. Indict. XIIII. mensis VII. Id. Aprilis. (l. c. 29 N°. XXXII.)

XLIII.

Sub Carolo M. Imperatore et Hattoue Episcopo 806—814.

Commemoratorium de tractoria quam fecerunt uenerabilis presbyter nostro *) *cundalperhtus* et *podalungus cler.* cogitantes ipsi praefati pro redemptionem illorum tradiderunt omnia illorum propria et hereditatem eorum ad s. stephanum casas constructas omnia substantia terram cultam et incultam quicquid ad eos pertinebat et ut eandem liceat eis habere et possidere usque in uitam illorum. post obitum eorum sicut praediximus firmiter sit stabilis ad sanctum stephanum usque in aeternum, et haec testes. *odalfrid. cuniperht. hahol. isanhart. arn. deothaeri. uuolfcoz. poso. perhtcoz.* actum est hoc. III. Kal. aprilis. in praesentia *hattoni episcopi* ad ipsum sedem sancti stephani regnante dom. *carolo imperatore;* (l. c. 57. N°. LXXI.)

*) Leg. nomine.

XLIV.

Anno 815.

Nihil sibi quisquis cernitur de hoc seculo de rebus suis propriis sumere. nisi tantum Deo largiente ut in elimosinam datur. Quapropter ego in dei nomine *Engilger presbyter* coepi cogitare pro remedium anime meae seu pro absolutione delictorum meorum. trado atque confirmo propriam hereditatem meam in loco qui' dicitur *Aduualdi* juxta *aquam*. quae vocatur *Dratihaha*. ecclesiam cum domibus. aedificiis curtiferis. atque mancipiis ibidem manentibus vel aspicientibus. campis. pratis. cultis quam incultis. cum pecoribus. vel quidquid in ipso loco mea fuit possessio vel dominatio. tam de alode. quam et de comparato. trado et transfundo ad altare S. Stephani et S. Valentini. mea potestatiua manu ut sit ibi firmiter et stabiliter absque ulla contradictione in aevum. Et siquis deinceps. quod futurum esse non credo. si ego ipse. quod absit. aut ullus de hereditatibus meis ac prohereditatibus*) qui contra hanc cartulam donationis malo ordine venire aut eam calumniare temptaverit. a liminibus sanctae dei ecclesiae excomunus et sequestratus appareat. et quod repetit nullo modo evindicare praevaleat. sed praesens haec donatio firmiter permaneat. Actum est autem die II. Non. Octob. coram familia S. Stephani in praesentia *Hatoni episcopi*. secundo anno regnante *Domno Luduuico Imperatore*. (l. c. 41. N° XLVI.)

XLV.

Circa 817.

In christi nomine Ego *cundalperht* cogitaui uel pertractaui molam peccaminum meorum seu pro aeterna retributione in die iudicii idcircum trado atque transfundo hereditatem meam ad ecclesiam beati sancti stephani atque sancti ualentini sitam in *batauue* ciuitate hoc est campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis ancillis peculium

*) In syllaba (ta) rasura, nunc legitur: heredibus.

utrumque sexum mobilium et inmobilium uel quicquid in hodierno tempore possideré uideor. Ideo tamen ratione ut post obitum meum firma et inlibatata haec cartula omni tempore permanere debeat. Siquis uero quod futurum esse non credo aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quicquid opposita persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere uoluerit inprimis a consortio omnium christianorum et a liminibus ecclesiarum extraneus efficiatur et iuda traditoris domini nostri ihesu christi perfruatur consortio. Insuper etiam conponat ad ipsam ecclesiam duplicem pecuniam. Hoc signum test. *haito. presbyter.* testes *hroduuic.* testes *caozperht presbyt.* testes *angilperht* testes *poso.* testes *arperht.* testes *erchanpoto.* testes *aso.* et testes tota familia sancti stephani. (l. c. 64 N° LXXX.)

XLVI.

Sub Reginhario Episcopo 817—838.

Notitia qualiter *Kundalperht presbiter* unum territorium ad *Mochundorf* in beneficium prestitit cuidam homini nom. *Plidkis.* Post obitum ipsius presbyteri querebat illud *auocatus Reginharii episcopi Hunperht* atque supra nominatus *Plidkis* reddit illud in manus ejus et haec est uera testimonia. *Reginheri. Ilchagan. Rihhart. Herilunk. Kerpald. Egilpald. Ratkis.* postea iterum uenit ille ad episcopum in *monasterio* qui uocatur *Rota* et reddit illud manus ejus atque misericordia motus episcopus in beneficium illi usque in vitam suam praestitit in praesentia omnium qui tunc ibidem erant. hoc sunt *uuillipald. anno. drurink. erparhoh. adalkoz. reginperht;* atque cuncta familia; (l. c. 48 N° LVIII.)

XLVII.

817—838.

Noticia de illa causa ad *tagahartinga* quod quidam homo nomine *kozheri* uenit ad *Reginharium episcopum* petens illud territorium cum casa et curte cum horreo et omni utensilia ibidem adiacentia illi in beneficium donare et ejus non denegauit uoluntas in ea vero ratione ut annis singulis censum dare de-

buisset id est de ceruisa siclos. XXX. de farina spelda mocd. II. unus ex illis lavatus sit fringa I. bona. auccas II. aud. X. pullos et postea quando illi placuisset atque conuenisset emelioratum atque fabricatum ad sancto stephano rediret actum erat hoc ad *hemingas* VI. id. Febr. coram omnibus qui tunc ibidem aderant. (l. c. 65 N°. LXXXII.)

XLVIII.

Circa 819.

In dei nomine ego enim *odalscalc presbyter* cogitaui pro remedium animae meae seu pro eternam retributionem in die iudicii. Idcirco trado atque transfundo hereditatem meam in loco qui dicitur ad *ruodoluingon* ad ecclesiam beati sancti stephani et sancti ualentini in *batauia* ciuitate. hoc est terris. pratis. aquis aquarumque decursibus. cultis. et incultis. mobilium. et inmobilium. servis. et ancillis. peculium utrumque sexum. vel quicquid in hodierno tempore possidere uideor. In ea tamen ratione firma et inlibata hec cartula omni tempore permanere debeat. sit quis uero quod futurum esse non credo. aut ego ipse aut aliquis ex hereditatibus meis qui contra hanc cartvlam tempta e aut frangere uoluerit. a consorcio omnium christianorum et a liminibus ecclesiarum extraneus efficiatur. Et hi sunt testes *madalker. cundalperht. presbr. iohan. altman. ihho. hucco. otachar. helmfrit. ezilo. uuaninh.* (l. c. 38 N°. XLII.)

XLIX.

Anno 820.

Non est nunc incognitum. sed plurimis ponitur notitia. quomodo vel qualiter vir uenerabilis *Odalscalh pbr.* omnes possessiones suas tradidit ad S. Stephanum propriam hereditatem suam in loco qui dicitur ad *hrodoluingum* quiquid habuit cum terris arabilis vel cum mancipiis et pratis sive cum pecoribus. Post obitum quoque illius accessit frater ejus *ruodolt.* et inde cum injustitia hoc abstraxit. dixit etiam alodem suum debebat fieri perrecte. et frater ejus non potuit tradere. et ita in male contentione contendebat coram multis. Postea vero post multis

diebus in se reversus. quia non potuit tenere. dixit ergo se culpabilem esse contra deum vel contra ipsos Sanctos ubi traditum fuerat. profitebat se ipsum pleniter emendare contra ipsam causam Dei et contra episcopum. Tunc vero reddidit et vestivit *Raginharium episcopum* vel *advocatum* ejus nom. *Alpkis* omnia quicquid injuste inde ablatum habuerit. et ita dedit uuadium suum. quod nunquam postea hoc placitum non moverit. et firmiter ac stabiliter reddidit ad s. stephanum sicut prius praefatus frater ejus presbyter traditum habuerit. Actum est autem hoc in loco nuncupante ad *Linza* coram *Reginhario episcopo* simulque *Willihelmo comite* die Kal. Jan. Anno regnante domno *hluduuuico Imperatore* VII. Indict. XIIII. Et hi sunt testes per aures tracti. qui viderant et audierant. *Willihelm com. Alpkis. Slagast. Isker. Ratolt. Erchanperht. Gotaperht. Ellandeo. Engildeo. Ratolf. Uuilliheri. Adalhelm. Ekkihart. Eginolf. Ruodolph. Emicho. Ruodrich.* (l. c. 37 N° XL.)

L.

Sub Hartwico Episcopo 8 —866.

Breve Commemoratorium de rebus S. Stephani. quas antecessores nostri episcopi vestiti erant temporibus *Karoli Imperatoris* et deinceps*) ibidem dinoscitur pervenisse sicut supra dixi. Trado atque firmabo ad monasterium vel ecclesiam dedicatam in honore S. Stephani primi martyris. ubi pretiosus domnus S. Valentinus corpore quiescit. quae est constructa intra murum civitatis. *Pataviae.* ubi vener. vir domnus *Hartuuicus episcopus* cum turma plurima canonicorum pastor et rector praeesse videtur. Ista traditio facta in praesentia supradicti episcopi vel laicorum multorum loco publico nominato *Linza* Octo Kalendarum nouembrium. ut et firmior fieret. isti sunt testes per aures

*) In medio ternionis tertium hic desinit folium. Qui si supponatur quaternio, sicut in reliquis traditionibus, indicare videtur deesse duo folia. Unde nec sensus cohaeret istius notitiae tanquam unius acceptae, cum potius prae manibus duo fragmenta, quorum unum in fine, alterum in suo initio truncatum est.

tracti. *Ruodolf. Ilpungc. hishad. Chuntilo. Ruotpreht. Sunigast. Lantfrit. Parmolf. heripreht. Puopo. Cundpreht. Rihhart. Alpuni. Reginger. Uuolfpreht. Adulker. Cotadeo. Engilhelm. Uuolapreht. Uueriuuolf.* (l. c. 37 N°. XLI.)

LI.

Sub Ludovico German. Rege et Hermanrico Episcopo 866—876.

Ex duplici noticia.

In nomine domini [1]) sit omnibus [2]) notum qualiter [3]) ego [4]) *Einheri* una cum coniuge mea. N. *Irmsuind* [5]) talem hereditatem qualem ad *euuisteti* habuimus. tradidimus ad sanctum stephanum. et mancipia ista. *teotol* [6]) et *ratni uxor* eius. In ea tamen ratione ut nos ad uitam nostram [7]) hec teneamus [8]) et insuper illam terram a supradicto loco quam *gaganhardus. presbyter* frater meus ad sanctum stephanum tradidit [9]) ad uitam nostram in beneficio habeamus ab *episcopo patauiae* ciuitatis N. *Ermenrico* uel successore eius. et post obitum meum seu coniugis meae ad sanctum stephanum omnia redeant. et quecunque tradidimus in domibus. in edificiis. in siluis. cultis et incultis. in uiis et in inuiis. in agris. in pascuis. in campis in finibus omnia in memoria [10]) nostra et parentum nostrorum ad domum dei [11]) pertineant sine ullo contradictu [12]). Et hi sunt testes

[1]) Altera notitia ejusdem aetatis legit: omnipotentis dei.
[2]) Alt. not. in Christo fidelibus.
[3]) Alt. not. quomodo.
[4]) Alt. not. *uero* vice *ego*.
[5]) Alt. not. yrminsuuinda.
[6]) Alt not. deotolf.
[7]) Alt. not. omittit: ad uitam nostram.
[8]) Alt. not. inserit. ad minuuitatem nostrorum macula delictorum et ad prosperitatem uitae nostrae.
[9]) Alt. not. vt simul habeamus ad benefitium vitae nostrae.
[10]) Alt. not, ad nostram memoriam.
[11]) Alt. not. addit: sancti praefati.
[12]) Alt. not. absque ullam contradictionem.

testes per aurem attracti *rihgauuo* [1]). *gotescalc* [2]). *rumolt. engildeo* [3]) **[4]). (l. c. 33 N°. XX VII.)

LII.

Anno 868.

In nomine dei omnipotentis. cunctis fidelibus christi sit Notum qualiter ego *patarih.* tradidi hereditatem meam. in loco. quod dicitur *vrpahc.* ad s. stephanum. vbi *ermenricus episcopus* Nobis. presens dignaretur. In ea ipsa ratione nemppe accepi ab episcopo praedicto et auocato ejus. alteram terram mihi in haereditatem. in loco qui dicitur *antefna.* hoc tantum accepi. quantum dedi. Et hi sunt teftes per aurem adtracti. Sig. *Diotpertus aduocatus.* qui hanc traditionem fufcepit Et alteram peregit. *Snello. Gotahelm. Hunger. Hotger. Ellinfrid. Raticho. Gerilo. Chadolt. Liutto. Diotpert. Morihcho. Gunpreht.* Actum in uilla quod dicitur ad *henchinaha* sub die VI. Id. MAJAS. Coram *ermenrico episcopo.* Regnante domno *hludouuico rege. Anno* XXXVI. regni ejus. feliciter in dei Nomine amen. (l. c. 69 N°. LXXXVII.)

LIII.

De Traditione, quam Gundheri prsb. fecit anno 874.

Notum sit omnibus fidelibus. in christum credentibus quomodo *Gundheri presbyter* tradidit ad sanctum stephanum proprietatem suam. in loco. qui dicitur ad *chunirihesdorf.* et quicquid ibi habuit in aedificiis. in agris. cultis. ast incultis. in pratis. in aquis aquarumque decursibus. et tria mancipia. nomina eorum sunt *engilheri. wolfgund. vuerdita.* In ea tamen ratione. ut ego inde aliud econtra reciperem. in loco. qui dicitur ad *Slehdorf.* et illud sine censu haberem. usque ad finem uitae

[1]) Alt. not. Rihguuo.

[2]) Alt. not. Gotascalhs.

[3]) Alt. not. addit: Engilpern. Atto. Suuidger.

**[4]) Altera notitia priori omnino coaeva desumta est ex traditionibus in pago Matahgau circa finem earundem.

meae. et post obitum meum. ambo stetissent ad sanctum stephanum. Et hi sunt testes per aures attracti. *Ruodpert. Diotrihc. Otpreht. Engilpern. Alarih. Ebarhart. Gerhart. Erhart. Otger. Otto.* Acta est haec carta sub die III. Kal. Marcii anno ab incarnatione domini DCCCLXXIIII. (l.c. 69 N°. LXXXVIII.)

LIV.

Sub Engilmaro Episcopo 874—897.

Fructuosa ualde ac non solum honesta uerum etiam nimium utilis consuetudo. olim inter homines inoleuerat. Commutandi uidelicet quasdam res pro ambarum utilitate partium. Hac igitur ratione conuenit inter *engilmarum patauiensis ecclesiae episcopum* et *liutfridum* et *ermpertum fratrem* eius. Tradidit namque idem episcopus per manum *aduocati* sui *adalgarii* praenominatis fratribus de sancti stephani proprietate in loco qui dicitur *tegirinpah.* iugera XI. et dimidium. Econtra ipsi praenominati fratres ad sanctum dei patronum stephanum. *Engilmaro episcopo Adalgario aduocato* accipiente. de illorum proprietate tradiderunt in loco qui dicitur *pharrachiricha* iugera XX. Isti sunt testes per aures tracti illius commutationis. *Liutperht. Engilscalh. Recho. Ratmunt. Deotfrid. peregrim. gotafrid. arnperht* *). (l. c. 92 N°. CXXIII.)

LV.

Sub Richario Episcopo. 899—903. (Ex duplici notitia.)

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Nouerit namque omnium fidelium industria **) sanctae dei ecclesiae. tam praesentium quam et futurorum. Qualiter ego *Fato.* humilis *clericus.* tradidi quasdam res proprietatis meae ad S. Stephanum protomartyrem Christi. sanctumque ***) confessorem Ualentinum. Et ubi uenerabilis *episcopus Rihharius* regulariter. atque canonice

*) Haec notitia cum alia manu incipientis saeculi XI. inscripta est folio separato.

**) In altera notitia verbum industria sequitur post verba: quam et futurorum.

***) In altera notitia insertum est: dei.

Patauiensi sedi diuina largiente gracia preesse cognoscitur. hoc est in loco nuncupante *Heiminga*. specialiter *hufzahus**). iuxta fluuium qui vocatur *Salzaha* australi parte predicti fluminis. et septentrionali in loco qui dicitur *Holzhusa*. cum mancipiis ibidem seruientibus. cum aecclesia **). et curtis. septis. casis. curiis. aedificiis. terris. agris ***). pratis. pascuis. silvis. aquis aquarumue decursibus cultis et incultis. mobilibus et inmobilibus. et cum omnibus appendiciis et adjacentiis earum. in manus supradicti *episcopi Rihharii*. et *Engilbarni Aduocati* ejus. Haec omnia jure hereditario tradidi. atque transfirmaui. Ea uidelicet ratione. ut quicquic beneficiii ex supra scripta sede habere uisus sum ex hodierno tempore vsque ad terminum uitae meae. securiter. et absque ulla animositate. jam dicta traditio. me habere liceat. Et ut haec cartula utriusque traditionis firmior habeatur. istis testibus praesentibus confirmatam et inconuulsam firmitatem esse decreuimus. Quorum nomina subter inserta uidentur. *Altman. Gundpert. Otperht. Irminolt. Diotger. Chuniperht. Cotuni. Engilpreht. Oto. Engiluuan. Humpert. Reginolt. Adalperht.* Actum in eadem ciuitate *patauiae* sub die Non. Maj feliciter in dei Nomine amen. (l. c. 26. N°. XXVIII.)

LVI.

899—903.

Notum sit omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus. qualiter quidam venerabilis ac religiosus *comes* nomine *Guntheri* pro remedio anime suae et eterne mercedis augmento. tradidit *(locus detritus sex vel septem syllabarum, quarum verisimilior lectio:* suam hereditatem deo) et S. Floriano Martyri Christo et congregationi clericorum ibidem in loco die noctuque servientium. quicquid *Albrih vasallus suus* in beneficium ab ipso *Gundario* habuit acceptum. inter *anesum fluvium* et *erilelaff* iacentem. et in manum *Rihharii* humilis antistitis manu potenti et *(locus detritus duodecim circiter syllabarum, quarum verisimilior lectio:*

---

*) In altera notitia legitur: Ufzahus.

**) In altera notitia verbum Curtis omissum est.

***) In altera notitia inseritur: cultis.

legitimo advocato suo *Rantolfo*) Ea videlicet ratione ut post obitum vite sue cum omni integritate *ad sanctum Florianum domum* redeat nullo posterorum suorum seu propinquorum contradicentium obstaculo et in alio loco. qui *Pipurc* a vulgo nuncupatur quicquid *Eigili vasallus suus* in beneficium habere dinoscitur. tradidit ad S. Laurentium. cuius reliquiae in ecclesia quae prope *civitatem Lahoriaha* secus murum constructa est. requiescunt. et eidem . . . . bo*) illuc servienti hoc totum in jus et dominationem praedictis martyribus sine ambiguitate securiter donauit et tradidit. Et *deotrico filio Gotideonis* hanc potestatem in praesentia praedictis episcopi dedit. vestituram utrorumque locorum agendi. Et ipse *deotricus* primum testis est huius traditionis per aures tractus. et *Engilmar. Otachar. Hitto. Paterih. Salaman. Vuolafrid.* Actum ad *Pataviam* civitatem in dei nomine amen. (l. c. 32 N° XXXVI.)

LVII.

Circa 985.

Preterea notum sit cunctis. qualiter ad *Mistilpahc* habito aecclesiastico placito. praefatus *Piligrimus* episcopus populo sacramento obligato. ex quibus locis decimatio ad baptismales aecclesias iure pertinere deberet interrogans. sub iusiuratione promulgatum est. inprimis ad *Sirnihca* hanc ex his locis respicere decimationem *Garstina. Sapinihca. Stirapurhc. Riuti. Suammara. Wolfesvuanch. Tuncinesdorf.* Dehinc ad *sconheringa* decimam de *Willihering a.* Ad *nardinam* autem decimam de *agesta.* ex colonis omnique curtis illius pertinencia. Ad *linzam* autem decimam de *Chazapach.* et de *Povchnoua.* et decimam aecclesiae *Wizimanni.* ad baptismalem aecclesiam *Chrenginpach* pertinere debere. Insuper vero *Piritaschiricha.* cum I. dotali hoba. sic et aecclesiam sanctae Ceciliae similiter cum I. hoba. nec non et praedium ad *niuuarvn* ad iam dictam patauiensem cathedram iure pertinere affirmabant. Huius testimonii sacramentalium nomina haec sunt. *Vuerinheri. Rupo. Eigil. Mimilo. Mazili.*

*) Verosimiliter legendum: presbytero.

Diotrihc. Hakko. Marhvuart. Ernust. Gumpo. Wolfker. Ellinperht. Reginger. Eccho. Vualto. Altman. Reginhart. Azili. Hezeman. Liuzeman. Zakko. Gezo. Izo. Iterum *Gezo* *). (l. c. 88. N°. CXVII.)

LVIII.

Sub Berengero Episcopo 1013—1045.

Omnium christi fidelium nouerit industria. Qualiter quidam *nobilis vir* nomine *sigibertus* talem proprietatem qualem in *pago trungouvi* vocitato in loco qui dicitur *liutmuntinga* jure hereditario uisus est habere. In manum *episcopi Berangeri* et sui *aduocati* nomine *Eramberti.* in rectum concambium tradidit ad sanctum stephanum. Econtra praenominatus episcopus cum manu ejusdem sui *aduocati Eramberti.* in loco qui dicitur *Waldarun* de terra suae aecclesiae tantundem recta mensura et demonstracione ubi siluarum obstaculo mensura non pertinuit praefato *Sigiberto* tradidit in proprium. huius autem concambii testium nomina inferius sunt annotata. *Ovdalrich. com. Wizili. Erampreht. Ekkirihc. Ezaman. Piligrim. Engilscalhc. Ercanfrit. Pezili. Gerhoh. Arbo. Wezil. Uuolfkanch. Dietrich. Azili. Gerhoh. Altman. Egino.* (l. c. 74 N°. XCII.)

LIX.

1013—1045.

Annotatio traditionis quam fecit *Sigiza monialis* in aram sancti stephani. Tradidit namque eadem *sigiza* ad sanctum stephanum et ad usum fratrum inibi deo famulantium in manum *episcopi* venerabilis *Berangeri* et fratrum *praepositi Wisundi* talem proprietatem. qualem habuit in uicinio urbis *Patauiensis.* in monte videlicet. qui adiacet villae *scildorf* nuncupatae et tria mancipia. eo scilicet tenore. ut talem praebendam ex fratrum pertinentia. quoad uiueret haberet. qualis uni ex fratribus in cottidianum usum contingeret. et si aliquid ex integritate illa neglegentia ministrorum seu aliquo interueniente inpedimento sibi subtrahe-

*) Cf. Hansiz. Germ. Sacr. I. 227

retur imminutum. infra eiusdem mensis spacium quo defectus seu mutilatio praenominatae summae eueniret. totum id recompensatio adimpleret. et huius complacitationis testium nomina hic subter sunt annotata. *Ovdalrih com. Ratolf. Ovzi. Engilmar. Ekkolf. Vualtchuon. Altmar. Guntpolt. Penzo. Cumpo. Azili. Pero.* (l. c. 75. N°. XCIII.)

LX.

Anno 1035.

Nouerit cunctorum christianorum Industria. quod quidam *nobilis* homo *Ratolt* nomine. assensu *uxoris* suae. *Liuzun.* et *filiae* eorum *Rizalun* manu vero *generi sui werenharii.* talem proprietatem qualem habuit in *atergouve. albratingun* uocatam. omni contradictione remota potestatiue tradidit in manum *Rovdolfi.* eo tenore. ut eandem *Ovdalrico patcviensi* tunc *diacono.* quandocunque. vel cuicunque ipse aut certus nuntius ipsius peteret. uelut propriam hereditatem iuri eius et usui tradendo subiceret. et si hanc iam dictam hereditatem quisquam litigosam partim vel totam faceret. hanc litem ipsi Ratolt et gener eius finirent. aut more gentis. ubi tunc proxime hereditatem haberent. in comitatu *Piligrimi comitis.* iusta mensura restituerent. Isti sunt testes. *Hitto. et filius ejus Gerhoh. Reginger. Hunolt. Gunthalm. Racco. et filius eius Isanpero. Einhart. et filius ejus Richolf.* Hanc vero predictam possessionem *albratingun* vel *waltingun* tali modo et his testibus traditam sibi longo post tempore *Rovdolf filius Engilscalchi.* petitione *Ovdalrici. prefati clerici* tradidit in manum *Chazilini* supra *maticense cenobium* tunc *aduocati.* precepto reuerendi pontificis *Berengeri.* assensu vero militum. adclamatione clericorum et totius familiae. ea lege ut iam dictus aduocatus chazilinus. talem proprietatem. qualem iam dictus *clericus Ovdalricus* in benefitio habuit. ad *semphtinpah* eidem pro concambio in proprivm quesitam et inquirendam totam redderet. quod et fecit. Isti sunt testes. *Pero. Rovdolf. Adalperht. Isanpero. Ovdalrih. Ellinhalm.* de familia autem *Gezo. Egilolf. Gerolt. Heizo. Ovdalrih. Gebahart. Irminolt. Pero. Chazili. Ovzi. Rihhart. Hizo. Albrih. Ovzi. Richart.* Actum est *munolfingun* in placito

iam dicti *aduocati Chazilini.* coram omni familia. Anno dominicae incarnationis MXXXV. Indictione III. III. idus Septbr. Domni uero *Berengeri episcopi* XXII. (l. c. 81. N° CV.)

LXI.

Circa an. 1035.

Notum sit cunctis fidelibus qualiter quidam de familia *adalot.* nomine. precepto reuerendi *episcopi Berengeri* assensu militum. clericorum ac familiae utriusque id est patauiensis et maticensis. manu tunc aduocati. supra *matseo chadalhohi.* talem proprietatem. qualem *uxor* eius *Bertha* habuit ad *selhdorf.* pro iusto concambio tradidit in manum *Rovdolfi aduocati.* ea lege ut idem ei redderet ad *holzhusun.* quod et fecit. Isti sunt testes. *Ovdalrih comes. Teitrich. Jacob. Marchuvart. Gamanolt. Ovdalrich. Pero.* De familia. *Emmo. Izo. Uvaltchovn. Mazili. Uvolfpero. Erinzo. Gerolt. Eccolf. Chazili. Eigil. Adalhart. Chazili. Egilof. Ramperht. Ovdalrich. Helidolf. Richart. Adalhart.*

Actum est in curte dominicali *pazovuva* V. Id. ivlii.

Pro concambio quod idem *adalot* fecit cum *piparpach* ad *holzhusun lauriaco.* Isti sunt testes. *Otto. Piligrim. Erchanpolt. Hacco. Erenzo. Marcwart. Raffolt.* Item *Raffolt.* De familia. *Wasigrim. Gerhart. Otuvin. Irmanolt. Adaluni.* (l. c. 82. N° CVI.)

LXII.

Anno 1037.

Notum sit omnibus christi fidelibus. qualiter quidam *nobilis uir* nomine. *Engildeo.* pro remedio animae suae et *uxoris* suae. *grundrade.* sancto stephano. et in manus *berengeri* patauiensis ecclesiae *episcopi.* et *aduocati* eius *liutberti* potestatiue tradidit talem proprietatem qualem habuit inter *fluuios dumilicha et sabinicha.* a termino *danubii* usque ad *slauinicum terminum.* scilicet cum cultis et incultis. eo tenore. ut inibi perpetualiter permaneat possidenda. Et ut haec traditio stabilis et inconuulsa permaneat. testes ritu bauvarico per aures tract subnotati sunt. *Rapholt.* Iterum *Rapholt. Aribo. Piligrim. Gotti-*

Rovdolf. Julo. Jacob. Ekkirihc. Otto. Hezil. Adalram. Richeri. Facta est autem traditio haec. Anno dominicae incarnationis MXXXVII. Non. Decemb. XI. anno imperii. *Chovnradi imperatoris. Heinrico filio ejus* regnum bavuariorum gubernante in christo. (l. c. 84. N°. CIX.)

LXIII.

Sub Reginmaro Episcopo 1121—1138.

Notum sit christi fidelibus. quod *Gerhardus nobilis* homo cognomine *longus de haga.* tradidit sancto stephano quedam mancipia in manum ipsius legitime posita. uidelicet *Mahthildam* cum filia sua *Gerlinda* et cum tribus filiis suis *Eberwin. Adelrich. Nendinc.* cum predio suo. ea conditione quod predicti uiri et feminae et omnis posteritas iustitiam et legem ministerialium S. Stephani in perpetuum obtinerent. *Reginmaro* eiusdem sedis uenerabili *episcopo* praesente. suscipiente. et eandem traditionem banno suo confirmante. Testes sunt *Ekkepreht comes. Dietrih comes de fornbach. Baltmar et frater eius Diethere, Waltchun de grizpah.* De Ministerialibus *Manegolt. Engilpreht de struben. Antrih. Otto praepositus. Eccahart carpentarius. Brun de merstenningen* et filius eius. *Chovnradus. Sigehart. Pertoldus. Reginboto. Gerhart* nobil. *Wernher et frater eius gozwinus**). (l. c. 89 N°. CXVIII.)

LXIV.

1121—1138.

Notum sit omnibus christi fidelibus. qualiter facto inter *Reginmarum episcopum* aecclesiae patauiensis et eiusdem aecclesiae ministerialem *Manegoldvm.* legitimo concambio. *manegoldus* tale praedium quale habuit ad *sanctum dionisium.* id est V. hovbas super altare S. Stephani in proprium dedit. et econuerso IIII. hovbas in locis sibi adiacentibus. scilicet ad *wezan* I. ad *heichenpach* I. ad *probestesrovte* I. ad *grovbe* dimidiam. ad *suente* dimidiam per consensum praenominati episcopi ab altar

*) Noticia haec manu singulari folio separato inscripta est.

in suam proprietatem recepit. Haec commutatio facta est ut diximus tam episcopo quam *Ovdalrico aduocato* praesente. et utroque sua auctoritate eam confirmante. Et ne possit uel antiquitate aboleri. uel alicuius uiolentia commutari. placuit eis. quod factum est et litteris assignare. et sub sequentibus testimoniis comprobare. Testes sunt *Adalbreht comes de pogen. Ovdalschalch gener ovdalrici aduocati. Baldmar de halsa. werigant. Timo. Dietrich de chazes. Rapoto de sliphingan. Ernust de treisma.* Ministeriales ecclesiae. *Engilschalch* et *walchun de pomlingen. Porn de holzhusen. Otto de strovben. Perhtolt camerarius. Rovpreht de orfhusen. Altman de igilpach. Perihart de wieschingen. Heinrih pincerna. Pernolt. wolfrat. Timo. Antrih. Fenegolt. Werinhere de ranaha. Tiemo de povchinperch. Adalbero de pollenheim et filius eius Ovdalrich. Heinrih tahila. Marchuart de werde. Azili de studahe. Dietrih schecha. Dietmar cognomine govgraua. Arnolt de pornheim. werinhere de lohheim. Magenes de churnperch. Heinrih de ahtala. Sigiboto de ovhalmingen.* (l. c. 90 N° CXX.)

Ex codice traditionum patav. tertio.

(Monum. boic. XXVIII. II. 193—545.)

Hec sunt proprietates et possessiones et jura Patauiensis ecclesie in *Ridmarchia*, et hi sunt termini. A *danubio* a uia, que dicitur Schefweg, usque ad uillam *Teischingen* ad quercum, sub qua fons fluit, et ab eadem quercu usque *Grebnich*, et a *Grebnich* usque ad fluuium *Rôtel* et in ascensu fluuii ipsius usque ad locum, qui dicitur *Wielantstanne*, et ab eodem loco usque ad *Stellam*, et a *Stella* usque ad terminos *Boemie*, et a terminis *Boemie* usque ad ripam, qui dicitur major *Graspach*, et per descensum ejus fluuii usque in fluuium, qui dicitur *Gusen*. Item dominus *Hezelo de Waldpurch* detinet unam hubam in *Wertensdorf* (Weitensdorf), que est proprietas Pata-

uiensis ecclesie, a qua ejectus fuit *Dietmarus Prunso* uiolenter. Item *Ekkehartsöde*, est de eadem proprietate *inwertaign*. — Ista sunt jura fori in *Neunchirchen*, secundum quod Ministeriales ecclesie patauiensis et Burgenses seniores ejusdem fori jurati dixerunt. Primum dixerunt, quod *judex prouincie* semel in anno debet habere placitum in foro sine omni exactione et dampno fori et hominum. Item nullus debet alterum conuenire in eodem foro, nisi coram judici episcopi. Item si Burgenses se mutuo uulnerant uel occidunt, ad judicem domini episcopi tantum spectat. Item si fur ibi fuerit inuentus judex domini episcopi assignabit eum extra forum, si conuictus fuerit judici prouincie, sicut cum cingulo est cinctus. Item si Burgenses in *Niunchirchen* pro debito coram aliquo judice conueniunt, non respondere tenentur, nisi prius judici domini episcopi proponatur in *Niunchirchen*. — He sunt proprietates et termini, que coeperunt uacare Patauiensi ecclesie in *Riedmarchia* ex morte Tumaduocati. A terminis Boëmie a fluuio, qui dicitur *Vloenz* (Vlemitz), per descensum ejusdem fluuii usque ad fluuium, qui dicitur *Veltagst*, et per descensum ejusdem fluminis usque *Zwisl*, ubi utraque *Agst* confluunt. Item per descensum *Waldagst* usque ad montem, qui dicitur *Stechilberg*, et ab eodem monte, usque ad *S. Leonardum*, et ita usque ad terminos Australes uidelicet *Witra*. Item proprietas ad *S. oswaldum* est ecclesie patauiensi. — Iste sunt decime noualium, que coeperunt uacare Patauiensi ecclesie ab aduocato, que site sunt infra aquam, que dicitur *Hasilpach*, et aquam, que dicitur *major Jowernizze*, que de jure spectant ad Episcopatum. — Hec sunt nomina uillarum. *Hirsbach*, item *Ottinslage*, item *Helwigsöde*, quam colit *Gundacharus de Steinpach*. Item *filius Dietmari de Engelpoltsdorf* detinet unum nouale. Item *Ulcanswant*, quod colit *Meinhardus de Rotinstein**).

Iste est terminus in prediis *Wessenberg* et *Wiltperch*. A quadam quercu juxta uillam *Teischingen*. A dicta quercu ultra uiam dictam *Schefweg* seorsum in flumen dictum *Rotel*, et sursum ipsum flumen usque *Wielantstanne*, et inde ad *montem* uocatum *Stellam*, et a *Stella* usque ad confinium Boëmie. Ita

*) Confer. loc. cit. XXVIII. II. pag. 174 et 188.

quondam fuit ipsum predium terminatum inter *dominam Elisabeth de Wessenberch* et *dominam Alhaidem de Hounisperch* loco, qui dicitur *Stegen*, quod et postmodum fuit *Wesen* coram domino *Ekkelberto Babenbergensi episcopo* judice dato a *Rege Henrico*, *Luipoldo duci Austrie*, et *domino Gebhardo Patauiensi episcopo* euidentissime probatum. (loc. cit. 471—472.)

Ex codice traditionum patav. quarto.

(Mon. boic. XXIX. II. 5—249.)

I.

Traditiones piae a Fratribus nobilissimis Ottone et Walchuno de Machland et domina Petrissa ecclesie pataviensi factae. (Circa an. 1150.)

Hec sunt predia et possessiones, quas olim bone memorie *Otto et Walchunus nobiles dicti de Machlant* et domina dicta *Petersa* tradiderunt Ecclesie Patauiensi, quando hoc facere poterant et eas libere possidebant. villam aput *La . . .* (sic) ubi hodie est Oppidum. Item villam in *Hagendorf*. Item duas villas dictas *Schaeterlehen*. Item villam dictam *Stinchundenprvnne*. Item villam *Heutal*. Item villam *Hamstal*. Item villam *Valwa*. Item villam *Lobestorf*. Item villam *Stetelndorf*. et adhuc tres villas ignorat. Item omnes ministeriales et homines pertinentes ad bona supradicta in partibus *Austrie*. Item tradiderunt Ecclesie Castrvm *Lobenberch*. Item duo castra *Chlamme*. Item duo Castra *Plasenstein* et omnes Ministeriales ad dicta Castra pertinentes aput *Machlant*, preter Judicia. Item tradiderunt Ecclesie duorum Monasteriorum aduocatiam, *Paumgartenperge* et *Waldhausen*. Item in villis et hubis in *Machlant* redditus XXI. libr. Insuper vnum forum aput *Munspach*. Item aput *Stinchundenprvnne*, et *Leuben*, et *Mortal*, et apud *Chremsam* tradiderunt Ecclesie vineta ad redditus XX. Carratas. (loc. cit. 214.)

II.

Circa an. 1150.

Hec sunt feuda Ecclesie Patauiensis vacancia in Abbatia per mortem *domine de Germuntsperg.* In *Saltzweg* vna curia. In *Pecenstadel* vna curia. In villa *Slegelspach* septem feuda. In *Aezlinsperg* sex feuda. In *Hinterperg* quatuor feuda. In *Oberndorf* vna curia. Item in *Germuntsperg* vna curia. Item ibidem duo feuda. Item in *Niderdorf* vna curia. In *Laimpach* due curie. Item in *Hertwigsprant* vna curia. In *Hajbach* due curie. In *Osternperg* vna curia. In *Nebling* vnum feudum. In parrochia *Perlensreut* XXVIIII. domus decimales. In Parrochia *Baltchirchen* XXX. domus decimales. Item in *Iltstat* VIII. aree. Hec est decima, quam habuerunt *fratres de chvnichsprvnne* a domino Episcopo patauiensi. In *Weitgenstorf.* In *Wisendorf.* In *Zaizenperge.* In *dincheleinstorf*, *Abstorf*, *Abtsperge*, *Leuzenloch*, *chirchaim.* preterea quicquid habebant predicti *fratres de chvnichsprvnne* a domino Episcopo patavieusi, ex alia parte *danubij.*

Iste sunt proprietates, que inceperunt uacare a *domino de hagenowe.* *Steyrheke* castrum et omnia ad ipsum pertinencia. Iste sunt proprietates episcopales et termini, qui inceperunt uacare ab aduocato inter fluuios dictos *Agst* ambos. Vnus protrahitur de fluuio qui dicitur *veldagst* usque ad fluuium, qui dicitur *Flenitz,* de fluuio qui dicitur *Agst* collateraliter usque ad uulgare Gemerch. Iste est terminus inferior a fluuio qui dicitur *Waldagst* usque ad montem, qui dicitur *Stechelperch* sursum, et ultra montem, qui dicitur *stechelperch,* usque ad *sanctum Leonhardum,* et ultra *sanctum Leonhardum* montem *stechelperch* supra in siluam, que dicitur *nortwalt*, usque ad terminos. qui uulgariter dicuntur *Gemerch.* (loc. cit. 216.)

III.

Circa An. 1150.

Ista inceperunt uacare ab *aduocato Ratisponensi.* Ista pertinent ad episcopatum pataviensem. In *hvrwen* decima dimidia pars illius ecclesie. Item decima in *Sirnike* que soluit

XXX. modios de omni annona. Item villa jn *hurwen*, que fuit Curia decimalis ecclesie. Item Villa jn *Egelse*. Item dimidiam partem decime in *Capelle*, cum omnibus attinenciis. Item decimam in *sancto petro* et omnia noualia, que ibi sunt. Item villa *Reut* in *Trovngew*. Item decimam in *sanctam Margaretam* aput *litam*. Item decimam dimidiam in *Weiten*. Item omnia noualia jn *Riedmarchia*. Item vinee in *Wachowe*. Item Castrum *Spilperch* cum adiacencijs suis. (Loc. cit. 217.)

IV.

Circa an. 1220.

Iste est terminus inter prouentus ac proprietates de *Waessenberch*, et prouentus ac proprietates episcopales de *Havnsperch* dictos intercidens, in *Lintza* inchoatur terminus iuxta *danubium*, quem Layca lingua consueuit dicere *Raye*, et transit *mairstorf*, de *Mairstorf* procurrit *Gotzelinsteten*, de *Gotzelinsteten* procurrit *Teischinge*, vbi *fuit* quercus de *Teischinge*, et quercu procurrit *Einbenperge* curiam Monachorum in *Wilheringe*, de *Eibenperge* procurrit *Greblich*, de *Greblich* protrahitur ad fluuium, qui dicitur *haipach*, de *haipach* protrahitur ad fluuium, qui dicitur *Rotel*, a fluuio, qui dicitur *Rotel*, usque in *Wilanstanne*. Inde protrahitur usque ad montem, (qui) quondam continebat *castrum* dictum *stellam*. de *Stella* usque ad *terminos Boemicales* protrahitur, et ibi denique tunc finitur. Strata autem siluestris, ubi terminus protrahitur vulgariter *Raie* nuncupatus, dicitur *Schefwege*. Iste est terminus inferior inter proprietates ac prouentus *Ducis Austrie* et episcopales proprietates ac prouentus intercidens, qui vulgariter dicitur *Raie*. In *Richerawe* inchoatur fluuius dictus *Graspach*, qui est intercidens terminus, et decurrit in fluuium, qui dicitur *Gesen*. Sursum contra uerticem montium dictus fluuius *Graspach* intercidens terminus est ad originem sui ipsius vbi dicitur *vrsprinch*. Ab origine fluuii dicti *Graspach* episcopales proprietates ac prouentus dicti de *havnspach* usque ad terminos Boemie postea protrahuntur. Item in *Weitenstorf* quedam proprietas episcopalis est sita, quam dominus *hezelo de Waltpurch* occupauit cum suis filiis dicens eam suam esse, et soluit bene V. solidos. Item

quandam proprietatem episcopalem sitam in loco, qui dicitur in Via, occupat dominus *Voluelinus de Gvsen.* Item curiam in *staindorf* occupant officiales *domini Ducis.* Item villa in *Reiffendorf* apud *Mavthavsen* preter I. beneficium respicit episcopum. Item forum dictum *plintenmarct* aput *nouum forum* respicit episcopum. Item *chlamme* quedam Curia respicit episcopum. Item *Metzeleinstorf* respicit episcopum. Item *Wildenhage* de proprietatibus episcopalibus de *havnsperch* esse dicimus et omnia tacta superius atque plura. (Loc. cit. 223.)

V.

Circa an. 1240.

Hec est solutio *Comiti. C. de Wazzerburch* facta in emptione *Castri in Vichtenstein.* Ecclesia Patauiensis tenebatur ei pro eodem castro in Mille et C. Marc. Ex hiis soluit ei *dominus Rudegerus Episcopus* CCC^{tas} Marc. minus XXXVI. Item Ciues soluerunt ei CCCC^{tas} Marc. minus XXX. VII. Item Comes remisit Ecclesie C. Marc. sicut habet instrvmentum. Item dominus B. Episcopus soluit ei L. Marc. Item pro *Hugone de Sauersteten* LXXX. Marc. Item *wernhardus de waltchirch* soluit ei XV. Marc. in *Boemia.* Item pro eodem Comite domino B. de *weiern* XL. libre Patauienses. Item pro domino *Christano* XXX libras Ratisponensis. Item pro Curia in *Graeuendorf* XL. libras Ratisponenses, quas dominus R. Episcopus soluit *domino de Paumgarten.* Item pro *Tutenpach* C. libras. Wiennenses. Summa horum Mille Marce et XIIII. Kathedre siue Sedes Episcopi *Rudegeri* argentea habuit XXIII. Marc. argent. quibus dominus *Christanus* addidit VIIII. quas credimus esse datas in solutione CCC^{arum} Marcarum.

Hec sunt bona *Vlrici de Antesenperge.* due curie in *Antesenperg,* que sunt predia et vna vinea et duo Weingerithe et duo feoda, que dicuntur in vulgari *sel lehen,* soluentes quodlibet XL. denarios, et vnam hvbam dictam *prunoisoede* et vnum Molendinum. Item in *Merspach* duas hubas et quartale soluens XL. denarios. Item in *Hurnpach* duas hubas et quartale. Item in *Pigarten* duas hubas, sub quercubus duas hubas. Aput *Snitzingerios* vnam hvbam et dimidiam hubam. Item in *Adelmannsperch*

quatuor hubas. In *ekke* vnam hvbam. Item in *Gateren* dimidiam hubam. Item sub *antesenberch* in dote dimidiam hubam, aput *rubertum in prato* dimidiam hubam. Aput *Jagerios* vnam hubam. In *hermannsperg* dimidiam hubam. In *ekke* vnam curiam. In *hurnpach* vnam curiam. In *Reisach* vnam curiam et forestum dictum *Hohenschache*. Hec sunt feodalia. In *hermannsperg* dimidiam hubam. In *chuching* vnam hubam. In *fvrt* dimidiam hubam. In *Mukkenwinchel* vnam hubam. (Loc. cit. 222.)

VI.

Computationes inter Ottonem a Lonsdorf Pataviensem antistitem et castellanos suos in Obernberg, aliisque locis. Pataviae 2. Martii 1254.

O. dei gratia Electus Ecclesie Patauiensis, vniuersis presentem litteram inspecturis, Salutem in domino. Notum uobis facimus, quod facta computatione de distributis, et non de receptis, in feria II^da^ post festum beati Mathie apostoli cum *Griffone de Obernperge* sibi remansimus debitores in Quingentis XXIII. tal. et L. II. den. et XXX. Marcis argenti, expeditis omnibus Castellanis in *Obernperge* usque ad terminum singulis constitutum, exceptis domino *Ortolffo de Waldekke* et *Al. de Rotawe*. Expeditis etiam vigilibus, Janitoribus et Circariis usque ad inventionem beati Stephani. Inclusis etiam expensis a nobis factis in *Obernperge*, similiter et auena. Hoc adiuncto, quod huius debiti Summa siue porcio uidelicet C. XXIX. tal. est a nobis nouiter ordinata pro antecessore nostro residuis debitis exsolutis. Et ne predictus G. prelibatis defraudetur debitis, Ecce de consensu Capituli nostri promittimus per presentes, quod eum non priuabimus muta nostra quamdiu dictam pecuniam predecessori nostro et nobis accreditam totaliter non accepit. Et ut omnis dubitatio de predictis debitis amputetur, ad cautelam indempnitatis ipsius etiam, si nos antequam pretaxata debita recipiet de Muta, commune debitum solueremus, in signum protestationis nostre de pecunia non soluta, presens instrvmentum sibi tradendum duximus, Sigillo capituli communitum, quia proprio caremus. Datum Patauie anno jncarnationis domini

Millesimo. CC. L. IIII. Indictione XII. VI. Non. Marcij. (Loc. cit. 235.)

VII.

Anno 1254. 6. Martii.

Hec sunt debita Custodientium Turrim in *Chazperch*, que dominus et Predecessor noster ipsis tenebatur usque ad Pascha. *Herbordo de Libenstein* III. libr. et XXX. den. Item *Vlrico de Hartheim* XVII. sol et X. den. Item promisimus etiam nos *Chalhoho de Euerdinge* pro Custodia dicti Castri festo Georij per annum V. libr. de quibus sibi in festo Georij soluemus II. libr. Mychahelis I. libr. Martini II. libr. Item tenebatur etiam Predecessor noster *Fratribus dictis Streitwisin* VIII. libr. et dim. usque ad Festum Jacobi, de quibus ipsis in festo Georij soluemus III. libr. reliquas in Pentecoste. Item dabimus etiam pro Custodia dicti Castri a festo Georij per annum *Wernhero de Chumbrehtinge* II. libr. et *Ottoni de Ritzinge* II. libr. et Cuilibet I. libr. in festo Georij ex hiis, et Mychaelis I. libram. Item dabimus Janitori in dicto Castro, a festo Georij per annum XX. sol. in hiis terminis, in media Quadragesima V. sol. in Solsticio V. sol. Mychahelis V. sol. in Natiuitate domini V. sol. Item dabimus uni vigili eiusdem Castri II. libr. ad annum persolvendas, in terminis memoratis. Item dabimus alteri vigili eiusdem Castri II. libr. per annum, in Quadragesima media. dim. libr. in Solsticio dim. libr. Mychahelis dim. libr. in Natiuitate domini dim. libr. Item dabimus ad inferius *Castrum Morspach Sibotoni in Turri* VIII. libr. per annum, in hiis terminis, in festo Georij II. libr. in Solsticio II. libr. Mychahelis II. libr. in Natiuitate domini II. libr. et tenetur habere unum Vigilem. Item dabimus dicto *Ymberich* VIII. libr. hiis terminis. in festo Georij III. libr. Mychahelis II. libr. Martini III. libr. Item dabimus uni Vigili dicti Castri II. libr. sicut illis de Castro superiori. Item dabimus *H. de Chvmbrehtinge* pro Custodia inferioris Castri VIII. libr. in terminis eisdem persoluendas, qui pro superius dicto *Ymberich* sunt prefixi. Item dabimus *Vlrico de Hartheim* a festo Georii per annum VI. libr. in hiis terminis, in festo Georii II. libr. Johannis Baptiste II. libr. S. Egidii II.

Scaphia Siliginis, in festo Mychahelis II. libr. et tenetur habere vigilem in Turri. Acta sunt hec anno domini Millesimo CC. L. IIII. in feria VI. ante Dominicam Reminiscere. Item dabimus *Leutoldo Pruschingchen* XXX. libr. pro Custodia Castri inferioris *Morspach*. A festo Johannis Baptiste per annum et tenetur Turri in Vigilibus prouidere, de quibus sibi satisfecimus in XV. libr. De residua uero pecunia tenemur sibi satisfacere in festo Mychahelis. (Loc. cit. 237.)

VIII.

Anno 1254.

Anno domini Millesimo CC. L. IIII. Hii sunt *Castellani in Viehtenstein*, qui promiserunt nobis seruire per annum. *Ditmarus de Hugenperge*, cui dabimus VI. libr. de quibus eidem satisfecimus in Scaphio Siliginis. Item *Wlfingus de Prukke*, cui dabimus IIII. libr. de quibus eidem satisfecimus in Scaphio Siliginis. Item *Heinricus de Winhartsheim*, cui dabimus II. libr. de quibus eidem satisfecimus in dimidio Scaphio Siliginis. Item *Albertus de Ebergozsperge*, cui dabimus IIII. libr. de quibus eidem satisfecimus in scaphio Siliginis. Item *Vlricus in Turri*, cui dabimus VIII. libr. de quibus eidem satisfecimus in Scaphio Siliginis. Item *fratres de Chlafpach*, quibus dabimus . . . (Loc. cit. 235.)

Item notandum, quod anno Dominj M. CC. LIIII. facta computatione cum *Griffone de Obernperge*. A festo beate Lucie usque ad Dominicam proximam post Assumptionem Sancte Marie, que fuit Dum clamarem, ipsa Dominica exclusa, et recepit per idem tempus Quingenta tal. et III. tal. et dimidium talentum minus. VII. denar. Item notandum, quod post rationes factas cum *Griffone* de distributis et non receptis in feria secunda post festum Mathie usque ad dominicam post Assumptionem, que fuit dum clamarem, idem *Griffo* expediuit dominum Episcopum in C. LXXXX. tal et XLVII. den. jncluso precio. *S. Notarius et O. Strume* usque ad eundem terminum, et *Griffo* tenetur domino Episcopo LXXI. tal. propter emendam pro seruo captiuo et seruo incendiario. Excluso etiam jnstrumento in feria II. post Mathie sibi dato. (Loc. cit. 236.)

IX.

Anno 1255.

Hec est *Purchuta in Vichtenstein.* Anno domini M. CC. LV. a festo Georii per annum Domino *Dietmaro de Hugenperge* VI. libras. *Alberto de Ebergozperge* IIII. libras. Super Turrim ibidem *vlrico* et genero suo X. libras. Item *Fratribus de Chlafpach* VI. libras. Item *winhartsheimerio* III. libras. Item *Heinrico sagitario* IIII. libras. Item Portenario ibidem III. tal. Item duobus vigilibus VI. tal. Item aliis duobus vigilibus a festo sancti Georij usque ad festum sancti Michahelis XX. sol. Item aliis duobus vigilibus a festo sancti Georii usque ad festum sancti Michahelis X. sol. (Loc. cit. 237.)

X.

Pataviae 1255.

Quibus soluit in toto. — Notandum, quod dominus Episcopus composuit cum L. et R. fratribus dictis *Privschinch* super debitis, que dominus B. Episcopus aput ipsos contraxerat, in hunc modum, quod uidelicet utrique in festo Natiuitatis domini XX^{ti}. libras soluere tenebitur isto anno, pro qua etiam pecunia usque ad solutionem quatuor hubas in *Polsinge,* quas dictus B. Episcopus eis pro eadem obligauerat, obligationis titulo possidebunt. Actum *Patavie* anno domini M. CC. LV. dominus Episcopus satisfecit L. *Privschinch* de XX^{ti}. tal (Loc. cit. 237.)

XI.

Anno 1255.

Notandum, quod anno domini M. CC. LV. facta ratione per *Cantorem* de omnibus receptis ab *Engel.* uidelicet CC^{tis}. et XIIII. tal. et XL. den. et a *Sibotone Mutario* in *Obernperge* I. tal. a festo Bonifacij, quod fuit in dominica factus est, usque in diem Agnetis ipso die excluso, in anno domini M. CC. LVI. dictus Cantor de omnibus receptis ac etiam distributis dominum Episcopum plenarie expediuit et dictus Episcopus remansit debitor ipsius Cantoris in dimid. tal. minus I. den. (Loc. cit. 238.)

XII.

Anno 1255.

Anno domini millesimo CC.LV. locauimus dominum *Chunradum de Hartheim* in Castro nostro *Euerdinge* taliter, quod debet habere tres castellanos secum et X. armaturas expeditas, quibus tenetur una cum uigilibus et portenariis in Purchuta prouidere, et seruiet nobis a festo proxime uenturo pentecoste per annum et nos dabimus sibi XL. libras, et Karratam vini. Huius rei testes sunt. *O. de Volchinstorf. Vl. et Siboto de Lonstorf. Vlricus de Capella. Waltherus de Tannenberch. Heinricus de Hartheim. Leutoldus Privschinchen* et alii quam plures. (Loc. cit. 238.)

XIII.

1256. 3. Januarii.

Notandum, quod anno domini Millesimo. CC.LVI. Non. Januarii. III. vir Nobilis *Wer. de Schaumberch* fide data promisit firmiter fidelitatem Patauiensi Ecclesie in omnibus obseruare. in *Obernperge* etiam et in *Euerdinge,* in utroque loco unum nobis utilem suo habebit nomine Castellanum, sibi etiam dare isto anno tenebimur C. libras, quarum XXV. libre sibi in quolibet quatuor tempore persoluentur, a festo Purificationis ad annum.

Item anno domini M.CC.LVI. a festo Purificationis ad annum locauimus in *Chatzperch Ymbricum* et dictum *Taenlspeche,* quibus dabimus VIIII. tal. Item locauimus in Turri eiusdem Castri eodem anno per idem tempus *Fridericum de Winnberge* et *Rudlinum Saggitarios,* quibus dabimus VIIII. libras, et II. schaph. de hüs vero nos dedimus ipsis II. tal. *Ymbrico* et *Taenlspeche* uidelicet, sagittariis vero schaphium frvmenti et mediam libram, iterum vero nos dedimus ipsis. y. et T. *(ymbrico* et *Taenlspeche)* II. tal. Item locauimus in inferiori Castro *Mortspach wernhardum Cherer* et fratrem suum, eidem anno, in festo Mathie, quibus dabimus VI. tal. et schaphium frvmenti, de quibus soluit eis *Engel.* I. tal. et nos I. tal. et medium talentum pro acquirendo vigili. Item locauimus in Turri ibidem

eodem anno in festo Purificationis *Pilgrimum sagittarium*, cui dabimus IIII. tal. et schaphium frvmenti, de quibus nos dedimus sibi medium schaphium frvmenti et XII. solidos. Item dedimus nos ipsi *Meinhalmo de Wazinstorf* in sua Purchuta II. talenta (Loc. cit. 239.)

XIV.

Anno 1256.

Notandum, quod anno domini M. CC. LVI. in festo Georgii Locauimus *H. de Puchling*, et *H. de Haekindorf* officinas nostras in *Viehtenstein* et in *Engelhartscelle* ad annum pro CC. modiis auene, et C. carratis fenj, et tenentur soluere et supplere anno presentj feuum retentum in anno preterito. Insuper dabunt Xenia consueta. Et sunt excluse ab eis possessiones, quas emimus. Et tenentur satisfacere vigilibus et portenariis in *Vihtenstein* de precio ipsorum. (Loc. cit. 240.)

XV.

Anno 1256. 9. August.

Item Notandum, quod anno domini M. CC. LVI. in Vigilia beati Laurentii locauimus in *Euerdinge Franconi* pro XXX. tal. Wienensibus per annum. Item Notandum, quod *Richerus Plebanus de Allensvelt* tenetur nobis XV. tal. Wienens., quorum VIII. soluet *Herbordo de Reut* et *Wolftingo* genero suo in Turri *Ebelsperch*. nobis vero VII. tal. obligauit etiam nobis beneficia sua, ut ad aliud dominium se non transferat nec ulli seruiat sine nostra licentia speciali, si vero secus fecerit, omnia sua nobis vacabunt; anno domini M. CC. LV. in Inuentione beati Stephani. Hos libros concessimus *Abbati de Altha*. Ysidorium ethimologiarum pro memoriali. *Abbati de Alderspach*. Summa vitiorum. *Preposito S. Floriani* postillas super psalterium. *Magistro Hertwico* Summam virtutum. Item in *sancto Ypolito* Decreta et Decretales. Item *Sybotoni de Tunberch* decretales concessimus. Item *Decano de Chremise* Summam Reimundi. (Loc. cit. 242.)

XVI.

Anno 1256. 31. Aug. in monte S. Georgii.

Notandum, quod facta computatione per *Sibotonem Mutarium* de receptis in *Obernperge*, dum primo cepit Mutam recipere ab anno domini M. CC. LV. a festo Erhardi uidelicet per annum, et ab anno domini Millesimo. CC. LVI. usque ad dominicam deus in loco, exclusa eadem dominica, in qua fuit festum Egidii recepit hanc summam, uidelicet M.C. tal. LXX. tal. III. sol. minus II. den. et ipse de hiis omnibus expediuit dominum Episcopum. per idem tempus expediuit etiam omnes Castellanos in *Obernperge* portenarios et vigilantes vniuersos usque ad festum beati Mychaelis venturum. expediuit etiam dominum *Christanum* in C. LXXXI tal. et dominus Episcopus remansit debitor suus in C. LVIII. tal. Actum in *Monte sancti Georgii*, anno domini M. CC. L. VI. Pridie Kalendas Septembris. (Loc. cit. 241.)

XVII.

Anno 1256.

H. Nobilis de Scoumberch vna cum vxore sua, filiis et filiabus suis, nec non *Wer. de Schoumberch* fratre suo proprietatum suarum LX. libr. redditus tradent super altare beati Stephani prothomartiris, illuc perpetuo proprietatis titulo seruituros. Quod si infra festum Purificationis beate Marie virginis proximum facere neglexerint, nos et Ecclesia nostra vna cum prescriptis fideiussoribus ab omni solutione et inpetitione dicte pecunie erimus pariter absoluti. Nos vero predictos redditus assignatos eidem H. et filiis suis tamen conferemus titulo feodali, eisdem ad nos et Ecclesiam nostram, si preter heredes decesserint, reuersuris. Ad hec omnia iura promissiones et pacta inter ipsos et predecessores nostros facta hactenus nobis Ministerialibus Ciuibus et aliis nostris hominibus, quocunque censeantur nomine per omnes suos districtus integre conservabunt. Notandum, quod ex officio in *Matse* obligata fuit Curia in *Heldolfsperge Heinrico de Matse*. Item decima in *Loch* obligata fuit eidem pro XXX. tal. Salzpurgensibus, que omnia ad gratiam domini O. Patauiensis Episcopi remisit spontanee non coactus. (Loc. cit. 241.)

XVIII.

Anno 1256.

Anno domini M.CC.LVI. locauimus officiuam nostram in *Ebilsperch* domino *Rudolfo de Alhartingen*, a festo beati Jacobi per annum pro LX^ta^ talent. Wienensibus. Commisimus etiam ei homines nostros in *Petenbach* et alios eidem officio adtinentes, qui per dominum B. antecessorem nostrum alii commissi fuerant. Promisit etiam nobis seruire in eodem castro per annum cum IIII. armaturis, et frater suus, dominus *Vl. de perge* cum duabus armaturis, cui ipse dabit VI. libras de suo, non de nostro. Annexum fuit etiam, quod in futuro anno eodem pacto eandem teneat officinam, omnj pacto, quo isto anno. (Loc. cit. 242.)

XIX.

Anno 1256.

Item Notandum, quod Castellani in *Ebilsperch*, videlicet *Vlricus de Hartheim*, *Rudolfus de Alhartingen et frater suus Vlricus de Perge*, usque ad pentecoste ibidem seruire tenentur. Quibus etiam iam ipsorum Purchuta est soluta. Videlicet hoc modo. *Vlricus de Hartheim* recepit ab *Abbate de Chremsmvnster* XV. libr. *Rudolfus de Alhartingen* pro se et suo fratre respondebit. Item locauimus in turri ibidem *Herbordum de Revt* et *Wolflinum* generum ipsius, quibus dabimus ad annum VIII. libr. et dedimus eis II. scafia frumenti, et seruire tenentur usque ad festum beati Jacobi. (Loc. cit. 242.)

XX.

Anno 1256. in Ilzstat.

Notandum quod Anno domini M.CC.LVI.... Kalend.... presidente domino *Episcopo Ottone* in *jltstat* placito generali, Ministeriales Ecclesie *de abbacia* interrogati iurati dixerunt terre ex antiquo deberi communiter ista iura. Item notandum, quod *chvnikstevra* solui debet. Item notandum, quod in *jltsgev* de modio tritici dantur ante Festum purificationis domino Episcopo

pro *chvnikstevra* V. denarios. Item circa *Mvhelam* de duobus *volgultigen lehen* pro *chvnikstevra* V. denarios. Item notandum, quod quilibet ministerialis in predictis locis, si infra tres quatuordecim dies dare neglexerit predictum ius, soluet domino Episcopo ratione *Wandel* VI. solidos et chvnikstevra. que si tunc non soluet, dominus Episcopus intromittet se de possessione, de qua solui debuerat, uel recipiet pignus si fuerit ibi. Item quicunque Comes aut liber, aut quis alius. qui non est Ecclesie et infeudatus fuerit ab episcopo in dictis locis, si non soluerit chvniksteuram infra predictum terminum, dare tenetur domino Episcopo ratione Wandel X. tal. que si adhuc non soluerit dominus Episcopus recipiet pignora in eisdem bonis, uel si ibi sufficiens pignus non inuenerit, intromittet se dominus episcopus de ipsis bonis. Item notandum, quod infeudati in predictis locis pro predicto iure, quod chvnikstevra dicitur, *non tenentur ire* cum domino Episcopo *in negociis imperii* nec dare Steuras ad eandem expeditionem, si vero alias pro necessitate ecclesie ierit, illuc sibi obsequi tenebuntur. Item notandum, quod ubicumque dominus Episcopus iudicium habuerit, ita quod ad eum inmediate pertineat, ibi poterit recipere *nahtsedele*, quoad *comitiam*, non quoad *aduocatiam*, quia pro eadem soluitur *uoithaber*. Item ubicumque fuerit homo militaris conditionis, non tenetur dare uoithaber. Item notandum quod ubicumque dominus *Heinricus de Waessenberch* proximo et ultimo iudicium habuit uel aduocatiam, ibi etiam dominus Episcopus habebit. et si aliquis se de ipso intromiserit, informabit eum quo iure illud habeat, quod si non fecerit, emendabit domino Episcopo. et permittet eum ibidem gaudere iure suo. Item notandum, quod ab *Iltsa* usque ad maiorem *Mvhelam* *Leiten* circa *danubium* sunt domini Episcopi sub hac forma, ut uidelicet rusticus coleus agrum circa *danubium stans in fine Agri proiciet tres ictus sursum, infra quos ictus recipiet ligna necessaria*. Rusticus vero *supra montem* stans in fine agri proiciet deorsum *unum ictum*, infra quem ligna recipiet necessaria, quantum autem distat inter predictos ictus pertinet ad dominum Episcopum, nisi aliquis fuerit de hoc infeudatus ab ipso. Item notandum, quod quicunque uel quecunque ministerialis abbacie decessit preter heredes, feuda sua respicient et attinebunt pro-

ximis heredibus, ita si fuerint ueri Ministeriales abbacie. Item notandum, quicunque duxerit uxorem non de familia ecclesie, nec coactus heredes sui ius ad feudum non habebunt, nisi eos copulauerit ad familiam ecclesie, et hereditas respiciet proximos heredes preter pueros. Item notandum, quod piscatores sunt domini Episcopi, nisi forte aliquis habuerit tantum fluentis aque in bonis suis inmediate, et quam specialiter cum possessionibus habeat in feodo. Item *quilibet nobilis* debet habere in domo sua *piscatorem*, qui debet piscari in die tantum, et habebit *mercatorem ante domum*, qui potum et uictum et vestes pro domo tantum sui domini comparabit. Item ministeriales uenabuntur lepores et uulpes preter rete, et si lupum ceperit, capiet pro eo ceruum, alias non uenabitur rotwilt. Item non debet aliquis esse mercator in dictis terminis nisi in foro legitimo et Ciuitate, hiis exceptis, qui fuerint ante domos ministerialium ut prediximus. Item si aliquis delatus fuerit iudici propter aliquam infamiam, non auferet sibi propter hoc res suas, sed faciet de ipso equum iudicium. si vero se expurgauerit, iudex faciet sibi super delatore iusticiam, et si iudex proprio motu infamauerit eum dominus episcopus sibi faciet de iudice iustitiam, et si aliquis illorum condempnatus fuerit, bona remanebunt domino, cuis colonus fuit. Item notandum, quod dominus episcopus personaliter habebit placita in hiis locis, in *Lengenpach*, in *hofchirchen*, in *puzlinsdorf*, in *Serleinspach*, in *Rorpach*, in *chapelle*, sine dampno hominum. In hijs vero Judex domini episcopi et non in predictis, in *altenwalde*, in *potenrevte*, in *Wuslage*, in *haselpach*. Item notandum, quod hii ibunt cum sumariis in *via boemorum*. in *Waltchirchen*, *de Schefwege*, *de Zwisel*, *de vurholz*, et *boemi*, et nullus alius. Qui si perdiderint equos suos, soluetur illis pro equo VII. solidos minus X. denarios, si illos de die perdiderint; si vero in nocte, nichil soluetur eis. Item quilibet Ministerialis tempore Karistie habebit a Pascha vsque ad messem unum equum in via sibi portantem necessaria ad domum suam et non soluet mutam. Item Judex datus a domino Episcopo iudicabit omnes casus propositos contra aliquem presentem in iudicio, excepto causam de iusto feudo, sed si presens non fuerit, contra quem est actio, comes ammonebit eum, ut infra quatuordecim dies

satisfaciat querelanti, quod si non fecerit iudex domini Episcopi, ut iustum fuerit, iudicabit. Item notandum, quod ubicumque Comiti cedunt LX. den. ratione Wandel, ibi cedunt aduocato XII. (Loc. cit. 724.)

XXI.

Circa An. 1256.

Item notandum, quod predictus *W. de Rosenberch* dictas villas dedit Ecclesie pro LV. marcis argentis, in quibus ei tenebatur pro iudicio in possessionibus vltra *Mvhlam* aput patrem suum dominum *Witigonem* conparatis iuxta quod in priorj continetur plenius instrvmento. Sunt autem hec possessiones. In *Percheim* duo Mansus, qui sunt vrbor. Curia villicalis In *lantshabe*, que est vrbor. Due Curie in *Winsteige*, que sunt Vrbor. Item aput *Wernhardum an der Leiten* I. Beneficium, quod est vrbor. Item in *hartmantstorph* IIII^{or} beneficia infeodata. Item in *welharn* II. beneficia, que sunt vrbor. Item in *Grepelshove* I. beneficium infeodatum. In *loh* V. beneficia infeodata. *In der ovwe* curia infeodata. In *pruk* Molendinum, quod est vrbor. Item ad *Eberwinum in Campo* I. beneficium infeodatum. Item jn *prantsteten* I. beneficium infeodatum. Item in *awerperge* III. beneficia infeodata. Item ad *Rudigerum an der leiten* I. beneficium infeodatum. *In der Ovwe* I. beneficium infeodatum. In *hochenperge* IIII. beneficia infeodata. In *Schoenperge* I. Curia et IIII. beneficia infeodata. In *Marchpach* III. beneficia infeodata.

Hec sunt possessiones, que date fuerunt *Duci Austrie* ab Episcopo patauiensi in concambio pro iudicio, quod habuit Dux in possessionibus in *Goldenerwerd*, ita ut de cetero haberet Episcopus iudicium in eisdem. XII. Hubas. de quibus sunt in *Goldenerwerd* quinque beneficia. In *haselae* duo beneficia. In *Naeunling* tria beneficia. De aliis expediemus eum loco et tempore. (Loc. cit. 220.)

XXII.

Anno 1257. 8. Februar.

Notandum, quod nos *Otto Patauiensis Episcopus* anno domini M. CC. LVII. VI. Idus Februarii, constituti in *Ebelsperch*

feodum fidelis Ecclesie nostre *Dietmari de Engelpoltstorf,* vxori sue, filie uidelicet *Wolflini de Hartheim,* contulimus sub hac forma, ut idem Dietmarus et vxor sua predicta, heredes suos reducant per matrimonium ad nostram Ecclesiam, predicto feodo Ecclesie nostre, si secus fecerint, tunc vacante. Item locauimus Officium nostrum in *Velden* IIII Ciuibus ibidem a Kathedra Petri per annum pro L. tal. anno domini M.CC.LVII. Item locauimus *Judicium In Iltsa* a festo Purificationis ad annum *Hadmaro* pro IIII. tal. actum anno domini M. CC. LVII. (Loc. cit. 242.)

XXIII.

Ebelsberg 13. Oct. 1257.

Nos O. dej gratia etc. notum facimus vniuersis, quod proprietatem iuris ratione, quod *inwerteigen* dicitur, ad nos pertinentem, sitam in *Imerinpuche Heinrico filio Ch. de Alzinge* damus sub hac forma, quod videlicet Idem H. cum vna de familia Ecclesie nostre contrahat, que cum heredibus, siquos per ipsum habuerit, dictas possessiones possidebit de cetero iure, et si forte illa decesserit, per dominum H. non procreatis heredibus et relictis, jdem de familia Curie nostre ducet aliam, que cum suis heredibus, siquos per ipsum habuerit, gaudebit in dictis possessionibus iure superius recitato. In Cuius etc. Testes etc. Datum *Ebelsperch* anno dominj LVII. III. Idus octobris. (Loc. cit. 242.)

XXIV.

Anno 1257.

Notandum, quod anno domini M. CC. LVII. facta conputatione cum Eng. in die sancti Clementis, a festo Sebastiani, quod fuit in anno domini M.CC.LVI. per duos annos de omnibus receptis et distributis tam Purchuta et expensis Castrorum exclusis XXX. tal. et dimidio, que debentur Castellanis in *Furstenekke,* qui debent seruire usque ad festum Georgii anni sequentis, et exclusis VIIII. tal. et dimid. que debentur in *Vitenstein* Castellanis, qui similiter debent seruire usque ad idem

festum, inclusis etiam sagittariis in tribus castrorum *Chatzperch*, et inferiori *Morspach*, qui debent seruire usque ad festum Purificationis beate virginis. Item *Hetelo* et *Streitwitz* debent seruire usque ad festum Michahelis, et data sunt eis V. tal. et vigilibus ibidem data sunt XIII. sol. In aliis omnibus expediuit dictus Eng. dominum episcopum de omnibus receptis et distributis usque ad dominicam, In uoluntate tua, que fuit in Octaua martinj, et remansit dominus Episcopus debitor ipsius in C. tal. et XXIII. tal. et LXXXII. den. non descisa lite, que uertitur super debitis domini *Christani*, que eidem debebat dominus Episcopus, uidelicet CCC^ta^LXXVII. tal. III. sol. et IX. den. quibus debitis inclusa erant LXXXII. tal. III. sol. et XI. den. in quibus eidem *Christano* dominus Episcopus remanserat debitor in festo Egidii, quod fuit anno domini M. CC. LVI. in quo die cum ipso fecerat rationem de omnibus prioribus debitis suis. De quibus debitis fatebatur Eng. se soluisse domino *Christano* CCCC^ta^ tal. et LVII. tal. et V. sol. et XXVII. den. quod et idem *Christanus* fatebatur. (Loc. cit. 243.)

XXV.

Anno 1257.

Notandum, quod anno domini M. CC. LVII. facta ratione de omnibus receptis et distributis per *Sibotonem mutarium in Obernperge* proxima feria tercia ante festum Andree idem mutarius tam in Purchuta data Castellanis, vigilibus, portenariis, quam etiam inclusis expensis domini Episcopi et edificiorum et in lateribus, dictum dominum episcopum expediuit a dominica, deus in Loco, in qua fuit Egidii, in anno domini M. CC. LVI. usque ad festum Sebastiani, et a festo Sebastiani sequentis anni usque ad dominicam: Omnia que fecisti, in qua fuit *Gallj* inclusis debitis ipsius episcopi, in quibus eidem debitor remanserat in priori ratione, uidelicet C. tal. LVIII. tal. III sol. et XI. den. et episcopus remansit eidem debitor in LXX. tal. minus I. tal. Et cum sint equales mute salium in soluendo *Engelscalcus* quoque de muta Patauiensi XL. libras amplius, quam in *Obernperge*, de recepto *Siboto* ministrarit. idem *Siboto* tantundem defalcabat domino Episcopo de hiis, in quibus sibi reman-

sit debitor, ut in recepto cum *Engelscalco* valeat concordare. Insuper etiam dominus episcopus tenetur *Rotauwerio* XX. tal. de aliis X. tal. ipsum S. mutarium expediuit et domino episcopo conputauit. (Loc. cit. 243.)

XXVI.

Pataviae 1. Febr. 1258.

Nos *Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus*. Notum facimus vniuersis, quod nos ad resignationem fidelium nostrorum *Alberti* et *Richeri fratrum de Pernstein* subscripta predia jn *Rudmarstorph* VIIII. *Chalhohsperge* VIII. *In der Oede* aput *Pentcenstadel* IIII. in *Chrininge* duo. Curiam *in Oede* et Molendinum in *Phaphenreut* III. in *Saechsinge* IIII. in *Reccling* III. Curiam in *chvebach*, que ab ecclesia nostra jn feudum habuerint, dilecto fideli nostro *Heinrico de Hartheim* cum vniuersis attinentijs eorumdem, siluis, pratis, agris, pascuis, aquis aquarumque decursibus, quesitis et inquirendis et iudicio in eisdem contulimus titulo feudalj. In cuius rei testimonium presentem litteram sibi dedimus nostro Sigillo munitam cum testibus subnotatis. Qui sunt hij. *Vlricus et Siboto fratres de Lonstorph. Otto de Trena. Berhtoldus de haidendorph. Waltherus de Thannberch. Leutoldus Pruschinch. Piligrimus de Thannberch. Chalhohus et heinricus de Valchenstein. heinricus de Aigelinge. Heinricus de Radekke. Ortolphus de Morspach. heinricus dictus huetsmundus Iudex Patauiensis Christanus* et alii quam plures. Datum *patauie*, anno domini M. CC. LVIII. Kalend. Februarii. pontificatus nostrj anno IIII. (Loc. cit. 244.)

XXVII.

Anno 1260 in Medlico.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos *Johannes de Ocra* domini pape familiaris in alamanie partibus super colligendo censu et alijs negotijs sibi ab apostolica sede commissis eiusdem domini Nuntius specialis, accedentes aput *Wiennam* requisiuimus venerabilem dominum O. Patrem *Epis-*

copum patauiensem, ut secundum mandatum domini Pape nobis concessam quantitatem seu summam pecunie, que ad mandatum domini P. caputij. Cardinalis per fratrem *Theodericum* de ordine predicatorum in Dyocesi Patauiensi collecta fuerat nomine Romane Ecclesie deberet sine difficultate qualibet assignare die sibi et certo termino assignato, secundum formam mandati apostolici nobis super hoc traditj, cuius tenor talis est. *Alexander Episcopus seruus seruorum dei* Dilecto filio *magistro Johanni* familiari nostro Salutem et apostolicam Benedictionem. Cum sicut accepimus, venerabilis frater noster *Patauiensis Episcopus* ad mandatum bone memorie P. Sancti Georgij ad uelum aureum dyaconi Cardinalis tunc in alamanie partibus legationis fungentis Officio magnam a Clero sue Ciuitatis et Dyocesis colligi fecerit pecunie quantitatem, nec pecunia ipsj dicto Cardinali dum uixit fuerit persoluta nos pecuniam huiusmodi in utilitatem Romane Ecclesie conuerti uolentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus dictum Episcopum, quod infra unius mensis spatium post monitionem tuam et quoscumque alios, aput quos predictam pecuniam tibi esse constiterit ipsam, tibi nomine nostro sublato cuiuslibet difficultatis et dilationis impedimento exhibeant, moneas attentius et inducas. Quod si monitis tuis infra predictum terminum parere noluerint in hac parte, tu in ipsum Episcopum et quoslibet alios detentores ex tunc appellatione remota auctoritate nostra excommunicationis ferens sententiam, tamdiu ipsos singulis diebus dominicis et festiuis pulsatis Campanis et Candelis accensis excommunicatos publice Nunties et facias ab alijs per omnia loca in quibus expedire uideris nuntiarj et artius ob omnibus euitarj, donec predictam pecuniam tibi integre curauerint assignare. Si vero prefatus Episcopus sententiam ipsam animo sustinuerit indurato, tu ex tunc eum suspendas a pontificalibus citans ipsum nichilominus peremtorie, ut infra duos menses sic suspensus coram nobis compareat pro meritis recepturus, non obstante, si eidem Episcopo a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi uel excommunicari non possit per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem seu qualiter aliu ipsius sedis indulgentia per quam effectus presentium impediri ualeat uel differri et Constitutione de duabus die-

tis edita in Concilio generali. Diem autem citationis et quicquid inde feceris, nobis per tuas patentes litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Datum *anagnie* XIII. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno VI. Qui quidem dominus venerabilis *Patauiensis Episcopus* predictus nostris nec non apostolicis optemperare mandatis attentum se reddit et paratum, dum modo papales ac alias litteras seu procuratoria que super premissis habebat, deberemus attendere diligenter. Ostendens nobis primitus quamdam litteram quam a domino papa receperat, cuius tenor talis est. *Alexander Episcopus seruus seruorum dei,* venerabili fratri Episcopo Patauiensi Salutem et apostolicam benedictionem. Exposuit nobis dilectus filius noster P. Sancti Georgii ad velum aureum dyaconus Cardinalis, quod licet olim semel, et iterum in alamanie partibus legationis exercuerit officium tantum de ducentis Marchis argenti, quas in Episcopatu tuo ratione procurationum suarum percipere debuit, quamquam in parte collecte fuerint, in nullo sibi adhuc extitit satisfactum. Uolentes igitur ut eidem Cardinali de hijs plenarie satisfiat, per apostolica scripta fraternitati tue mandamus, quatenus dictas CC. Marchas sibi vel procuratori eius nomine de tuo sine difficultate persoluens, eas a prelatis et Clericis Episcopatus eiusdem, secularibus et religiosis personis, exemptis et non exemptis proportionaliter colligi et collectas tibi facias exhiberj. Siquos autem super hiis inueneris contumaces, illos ex parte nostra per te uel per alium peremptorie citare procures ut infra Tres menses post citationem tuam personaliter se nostro conspectuj representent, pro meritis recepturi. Quod si forte per inobedientie uitium citationi tue parere contempserint, ipsos beneficijs Ecclesiasticis que in eodem Episcopatu obtinent priuare ac ea personis obedientibus et deuotis studeas auctoritate nostra conferre. Contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita conpescendo. Datum *Lateranj* Idus Marcij. Pontificatus nostri anno tercio. Secundo ostendens nobis quandam litteram *magistri Gwillelmi Canonici Leodimensis* Nuntij et procuratoris domini p. Cardinalis predicti cuius tenor talis est. vniuersis Presentem paginam inspecturis. *Willelmus Canonicus Ecclesie sancti Dyonisij Leodimensis* Nuntius et procurator venerabilis patris domini P. sancti Georgij ad uelum aureum diaconj Cardinalis Salutem

in domino. vniuersitati uestre uolumus esse notum, quod nos facimus et ordinamus dilectum Clericum et familiarem nostrum *Willelmum* latorem presentium procuratorem nostrum ad petendum et recipiendum in *alamania*, *dacia*, *polonia* et *Sweuia* procurationes nostras pro primo et secundo tempore nostre legationis a quibuscumque procuratoribus et collectoribus aut detentoribus earundem. Dantes eidem plenam potestatem et speciale mandatum faciendi refutationem de hiis, que receperit, et substituendi alium uel alios procuratores semel et pluries quotiens fuerit oportunum, ratum et firmum habiturj, quicquid idem procurator uel ab eo substitutus aut substitutj fecerit uel fecerint in premissis. In cuius rei testimonium presentes litteras munimine fecimus roborari. Datum *Rome* Idus aprilis anno domini M. CC. L. VI. Huius igitur auctoritate procuratorij committo uices nostras et substituo venerabilem prepositum sancti ypoliti Dyoceseos patauiensis ad petendum et colligendum et recipiendum procurationes predicti domini Cardinalis ab omnibus illis, qui nondum persoluerunt, per eandem auctoritatem quam sibi committo faciendi finem et refutationem de omnibus, que receperit ratum et firmum habituri quicquid predictus dominus fecerit in premissis promittens bona fide post rationem factam sui processus non uenire in aliquo contra predictum dominum prepositum et suum Capitulum in quibus pro eadem pecunia collecta ego uel aliquis alter procurator predictum et Capitulum suum posset indebite molestare. Datum *Wienne* in domo plebani Wiennensis. XIII. Kalendas Januarii. Anno domini M. CC. LVI. Item ostendens aliam litteram eiusdem *Magistri Willhelmi* cuius tenor talis est. Vniuersis presentem paginam inspecturis. Ego *Willelmus Canonicus sancti dyonisij Leodenensis* procurator et Nuntius domin p. Sancti Georgij ad uelum aureum dyaconus Cardinalis cupio fieri manifestum quod cum ego uice et loco domini mei antedicti venerabilem patrem et dominum O. patauiensem Episcopum super CC marchis puri argenti post receptionem litterarum citationis infra duos menses compariturum per dominum *Pragensem Episcopum* citare ad sedem apostolicam procurarim iuxta consilium honestorum uirorum cum predicto domino et patre duxi taliter concordandum, quod dominus R. quondam patauiensis Episcopus iurabit super sancta dei Ewangelia, quod de predicta pecunia,

quam ipse habere dicebatur, nec recepit ad manus ipsius, nec ultra tenebatur receptis. XC. marchis, pro quibus *Medlicensem, Kotwicensem* et *prepositum Sancti Floriani* eidem dominò Cardinali dicitur obligasse. Insuper etiam VI. Marchas aurj, de quibus fratrem *Theodericum*, pie recordationis, et Magistrum *Benentendem* Nuntios et procuratores Cardinalis antedicti plenius expediuit, ut me per instrvmenta eorundem una cum sacramento per predictum dominum R. uice et loco mei domini patauiensis Ecclesie Thesaurarii prestito post natiuitatem domini ad tres ebdomadas ad manus venerabilis *prepositi sancti ypoliti* sumus assignatis me debet certius propter utique bonum pacis ut unicuique conpetit rixas et discordias euitare, et propter beniuolentiam domini Cardinalis plenius habendam sepedictus dominus et pater patauiensis Episcopus, tres Marchas aurj sub pena excommunicationis per prepositum *sancti ypoliti* me presente in *domo Theotonica* collocabit Cardinali uel eius Nuntio assignandas tali conditione, ut si eidem Cardinali huiusmodi constiterit suis patentibus litteris conplacere post receptionem earundem infra quindenam fratres domus memorate patrem et dominum memoratum cessante inpetitione et actione huiusmodi qua ratione supradicte pecunie ex parte dominj Cardinalis Episcopo predicto posset imminere ipsum debent facere certum et mihi pecuniam depositam sine contradictione cuiuspiam assignare. Quod si forte, quod absit antedictus Cardinalis huic nostre compositioni attemptauerit contraire, restituta sepedicto domino Episcopo pecunia iuxta continentiam apostolice sedis litterarum citatio processu non carebit quam usque ad responsum domini Cardinalis duxi amicabiliter suspendendum. adiecit etiam predictus dominus et pater Episcopus, quod omnes sententias ratas habebit, quas ratione negligentie vel contumacie in prelatos et Clericos sue dyoceseos rite duxero eosdem arcius euitando et pecuniam supradictam in domo Theotonica collocabit proxima sexta feria, que est post dominicam Gaudete in domino, anno domini M. CC. LVI. Adicio etiam, quod predicti *fratres domus Theotonice* post receptionem litterarum memorati Cardinalis sepefatum venerabilem Episcopum uel per uerba uel per litteras infra Quindenam certificabunt, et si ista premissa dominus Episcopus non duxerit adimplenda loco et tempore constituto in dampnum

Cardinalis antedictj non debeat ullatenus redundare. acta sunt hec in *domo plebani Wiennensis* presente *preposito sancti ypoliti* et *tumpreposito* et aliis. XVII. Kalendas Januarij. Indictione XIIII. anno domini M . CC . LVI. — Item quandam alteram litteram ipsius magistri Gwillelmi cuius tenor talis est. Coram nobis domino O . Patauiensi Episcopo *Willelmus Canonicus Leodimensis* nuntius et procurator domini p. sancti Georgy ad uelum aureum diaconus Cardinalis profiteor me recepisse a domino preposito et Magistro O . scolastico patauiensi in stupa decani in pondere VII marcas argenti et insuper unam marcam argenti quam expendi in domo ipsius Scolastici et in domo Thesaurij. Item ab *abbate de vornpach.* II marchas, a *decano Cremensi* VIII Talenta et dimidium denariorum antiquorum, preter XII. denarios. Item I. Marcam argenti de *abbate Celle sancte Marie.* a *preposito de Ranshoven* III. talenta pro II. Marcis argenti. ab *abbate de Syetensteten* I. Marcam argenti, ab *abbate de Jerus* I. Talentum denariorum. Item a *preposito de Suben* I. Marcam argenti. a *preposito de Osterhouen* III. Marcas argenti. ab *abbate de Altah* III. Marcas argenti. ab *abbatissa de Erla* I. Talentum denariorum. a *preposito de hertzogenburch* VIII. solidos pro III. fertonibus argenti. a *preposito sancti ypoliti* III. Talenta pro II. Marcis argenti. Item a *plebano de prvl* I. Talentum et LX denarios, et hoc de procuratione domini mej, et nichil plus ut patet domino *abbati Scotorum*, qui premissis omnibus interfuit. Datum *Wienne* in die sancti Marcelli pape. Anno domini M. CC. LVIII. Item etiam dominus *prepositus sancti ypoliti* assignauit mihi XVII. solidos antiquorum denariorum et dimidium, pro dimidia marca argenti. Item mutuauit mihi VII. solidos longos de pecunia domini Cardinalis. Item mutuauit mihi VII. solidos longos de pecunia domini cardinalis (sic). In cuius rei testimonium presentem litteram uobis assigno sigillo meo sigillatam. Vnde predictis omnibus diligenter inspectis in presentia eiusdem episcopi et aliorum proborum uirorum uidelicet domini *O. Medlicensis abbatis. Ph. abbatis scotorum. Wiennensis summi pontificis capellani ac prepositi sancti ypoliti* inuenimus, quod debet soluere dominus episcopus patauiensis de procurationibus dicti domini P. capucij CC. marcas argenti et de istis plenam ponere rationem. De quibus CC.

marcis soluit. R. episcopus predecessor suus LXIII. marcas argenti inter aurum et argentum ipsi domino cardinali et T. eius procuratorj. Item *abbas Medlicensis* dedit Benintende. III. marcas argenti. Item *Willelmus procurator* recepit XXXV. marcas argenti. Item dominus O. episcopus dedit ipsi *Willelmo* vnam marcam auri. Et fratri F. et Benintende procuratoribus domini predicti per se et per manum *abbatis de Alderspach* pro obligatione quam fecerant de *medlico* abbas et *prepositus sancti floriani* in XC. marc. argenti pro ipso episcopo. Item de dicta summa CC. marcarum soluit *abbas scotorum* VI. marcas argenti et dimidiam, inter aurum et argentum. Summa premissorum C. et XLIII. marce argenti et dimidia, wiennensis ponderis computatis in hiis XXXII. marcis argenti pro IIII marcis aurj, quas tunc *Lupus procurator in Romana Curia* dicti domini episcopi coram nobis legitime probauit se soluisse Cardinali predicto domino P. capucio. Residua uero pecunia uidelicet LII. marce et dimidia remanent soluende a decanis et clericis inferius annotatis Ecclesiis, exemptis uidelicet *Ecclesie sancte Crucis* V. marcas argenti. In *Zwetel* IIII. marcas argenti. In *Lilenvelde* III. marcas. In *Poumgartenperge* III. marcas argenti. In *Wilhering* II. marcas argenti. In *Alderspach* I. marcam argenti. In *domo theutonica* III. marcas argenti. In *domo hospitali in Mewernperge* III. marcas argenti. Item apud *Officialem Magistri Gotscalci* tunc executionis super ipsa procuratione VI. marcas argenti. Item apud *Decanum Wiennensem* XIII. marcas argenti. Apud *Decanum Nivnburgensem* I. marcam argenti. Item apud *decanum Chremensem* VII. marcas argenti et dimidiam. Super quarum solutione facienda de dictis LII. marcis argenti et dimidia cum dicto domino episcopo ad istud pactum deuenimus, quod die martis. III. Augusti. Indictione III. datus est terminus domino episcopo Patauiensi, ut usque ad duos menses proxime uenturos soluat predicto *magistro Johanni* uel eius nuncio predictas LII. marcas argenti et dimidiam. tali quidem pacto et conuenientia habita inter ipsos, quod prelatos monasteriorum exemptorum et ceteros detentores ipsius pecunie idem *magister Johannes* citabit per suas litteras cum nuncio dicti domini episcopi, ut infra mensem soluant dicto domino episcopo partem ipsius pecunie, que ipsos seu ipsa monasteria

contingit. Alioquin ex tunc executionis sententiam incurrent, de quibus monasteriis et personis post processum sic habitum idem magister uocabit se pacatum, reseruando sibi dictus magister absolutionem omnium predictorum. Hoc tamen Instrumentum confectum super premissis omnibus debet remanere penes dominum *abbatem Medlicensem* usque ad dictos duos menses, hoc modo, quod dictus dominus episcopus debet satisfacere dicto *magistro Johannj* de dictis marcis secundum superius extitit declaratum, ex tunc dictum Instrumentum eidem episcopo assignetur. Alioquin si de premissis ut dictum est non fuerit satisfactum idem Instrumentum eidem *magistro Johanni* nichilominus assignetur. Quod scripsi et publicaui ego *Terrisius de Laureto* familiaris dicti *magistri Johannis* Imperialj auctoritate publicus Notarius de mandato eiusdem *magistri Johannis*, et meum sigillum proprium annotaui. eiusque sigilli iussi munimine roborari. Actum est hoc in *Medlico* anno domini M.CC.LX. Pontificatus domini *Alexandri pape* IIII. anno VI. coram domino *abbate Medlicensi. Preposito sancti ypoliti. Decano de Lostorf. Chunrado plebano de Huren. Duringo Capellano. Purchardo Cellerario domini abbatis Medlicensis. Wernhardo Notario eiusdem abbatis. Wolfkango clerico episcopi* supradictj testibus ad hoc specialiter uocatis et rogatis. (Loc. cit. 168.)

XXVIII.

Circa An. 1260.

Nouerint vniuersi, quod nos O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus ad resignationem *Wilhalmi de Cyrberch* vnam Curiam et beneficium in *Chrebzpach* et duo beneficia in *Puntenperge* duobus filiis *vlrici de vorst* contulimus titulo feudalj. Item ad resignationem *Wernheri de Winsperch* predicti contulimus *Wernhardo et Ottonj Ciuibus in Everding* tres domos decimales in parrochia *Veltchirchen*, vnam in *Vrvar*, alteram in *Neunnhouen*, terciam in *mitterhom* titulo feudali. (Loc. cit. 232.)

XXIX.

Circa An. 1260.

Notandum, quod ad resignationem *Wernheri de Winsperch* contulimus *Pilgrimo de Tannberch.* In *Leuzeinsperge* III. bona et dimidium. In *Ekke* alterum dimidium bonum. In *Maentzenperge* I. Curiam. In *Wetzeinstorf* dimidium bonum. In *Erlazwisel* dimidium bonum. Huius Testes sunt. *Meinhalmus de Watzenstorf. Ortolfus de Morspach. Heinricus de Valchenstein. Wernhardus de Monte. Siboto de Poksrukke. Vlricus de Preisekke* et alii plures. Item Notandum, quod ad resignationem eiusdem *Wernheri* contulimus *Eberhardo de Veuhtenpach.* In *Nezelpach* hubam. In *Harleinsperge* hubam. In *Ekhartsperge* hubam. In *Vranslage* hubam. In *Altenuelden* hubam. (Loc. cit. 232.)

XXX.

Circa An. 1260.

O(tto) dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus, litterarum presentium testimonio innotescimus vniuersis, quod cum *albertus de Pernstein,* suis culpis poscentibus, nostre se reddidisset gratie quodammodo alienum, usque adeo, quod ad habendam de ipso uindictam, intendere omni studio, per offensionem vie communis et publice, multociens nos artaret, tandem se deliquisse in nos immerite et fidelitatis debitum, quo nostre astrictus est Ecclesie recognoscens, sic nostre ad multorum Nobilium instanciam est ad plenum gratie reformatus, quod uidelicet singula que vna cum *fratre suo Richkero* ab Ecclesia Patauiensi in feodo possidet, quocunque censeantur nomine, si umquam deinceps in nostrum Ecclesie nostre et nostrorum dampnum seu preiudicium quicquam iniuriose uel maliciose attemptarit uel fecerit, et hoc infra mensem non emendauerit et correxerit bona fide, aut si extra familiam Ecclesie filios ipsius in matrimonium copulauerit, nobis vacare debeant ipso facto. sic quod de eisdem nobis, quod placuerit, liceat ordinare. Et ut premissorum diligens omnimodo noticia habeatur, hanc litteram conscribj fecimus, et sigilli nostri roborarj munimine cum testi-

bus subnotatis. *Purchardo de Weiern. Vl. de Capella. S. de Lonstorf. P. de Tannberch. Or. de Morstpach.*

Nos *Al. et R. fratres de Pernstein.* Notum facimus, quod nos subscripta predia, In *Rvdmarstorph* VIIII. *Chalhohperge* VIII. *In der Oede* aput *Pentcenstadel* IIII. in *Chinitige* duo. Curiam in *Oede* et Molendinum. in *Phaphenreut* III. in *Saechsinge* IIII. In *Raeccling* III. Curiam in *Chuebach*, que ab Ecclesia patauiensi feodali titulo possedimus et XIIII. feoda in *Germanstorph*, que a *nobili de Halse* eodem iure possedimus, discreto viro domino *Heinrico de hartheim* per manus domini nostrj O. venerabilis Patauiensis Episcopi et predicti *Nobilis de Halse* resignauimus et donauimus libera uoluntate cum vniuersis attinentiis eorundem, siluis, pratis, agris, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, quesitis et inquirendis et iudicio in eisdem, hac conditione apposita, quod predicta omnia sibi tuebimur bona fide, et auctores sui erimus, quod vulgo gwer dicitur coram jure quolibet de predictis. Et si forte ab eo per iusticiam euincatur aliquid predictorum, tenemur eidem tantumdem de nostris possessionibus sine difficultate qualibet assignare. In cuius rei testimonium etc. (Loc. cit. 234.)

XXXI.

Ebelsberg 15. Jan. 1264.

Notandum, quod ad resignationem *Rudlini de Stochach* terciam partem eiusdem Curie *Stochach* prope *Lintzam arnoldo Harbvnnaer de Lintza* contulimus titulo feudali. actum in *Ebelsperch.* anno dominij M. CC. LXIIII. XVIII. Kalendas februarij.

Notandum, quod Curiam in *Stochach*, quam absoluimus aput *Poltingerium* locauimus sub tali seruicio singulis annis soluendo. videlicet I. modium tritici. II. modios siliginis. I. modium ordei. II. modios auene maioris mensure. II. porcos valentes ze vronchost mediam libram. XII. Caseos quorum quilibet valeat II. denarios. quos soluet in Pascha. IIII. mod. Pentecoste IIII. mod. Natiuitate domini IIII. Item III. Anseres. XII. pullos, medium talentum ouorum. (Loc. cit. 245.)

Nos *Otto dei gratia Patauiensis Ecclesie Episcopus* notum esse volumus, quod conputatio facta est coram nobis. Cum *Ortolfo Cellerario de Ebelsperch* de vniuersis receptis et distributis. et est receptum de anno preteṛito et presentj. LVIII. tal. et XI. den. Item aunone. CCC. modij et LXX. modij auene. Item remanserant aput ipsum. LX. modij auene in priori conputatione. Item recepit CC. modios et VIII. modios siliginis. Item XXVI. modios triticj. De hijs omnibus expediuit nos predictus *Ortolfus* plenarie et in toto, exceptis X. solidis et III. denariis, in quibus sibi remansimus debitores, et in priori conputatione in III. talentis, minus XLIIII. denariis, quos etiam sibi soluere tenemur. Et remanserunt aput ipsam Cellerarium centum modij auene Chastenmvtte, minus uno modio, et centum modij auene de mensura que dicitur Vebermazze, minus VIII. modijs. Item remanserunt aput ipsum LXVII. modij siliginis, et XII. modij triticj predicte mensure, et XXVII. perne. Facta est hec conputatio *Patauie* anno domini M. CC. LX. In feria II. proxima post Benedicti. (Loc. cit. 247.)

Hec est Purchvta, quam promisimus dare ad Castrum in *Wesin*, feria II. in Dominica Cantate *Sifrido de Hugenperge* VI. tal. Item *H. de Aichperch* III. tal. Item *Arnoldo de Ortt* III. tal. Item *Chunrado et Heinrico de Oede* VI. tal. Item *Chunrado de Hube* III. tal. Item Janitori et Vigilibus IX. tal. Item Hubario pro edificio III. tal. Item *Reichgero* III. tal. et omnes predicti denarii soluendi sunt in festo Johannis Baptiste, in festo Mychahelis et in Carnispriuio, et Castellani uersa uice iurati a festo Johannis Baptiste per annum, sine omni fraude promiserunt dictum Castrvm nobis et ecclesie Patauiensi fideliter conseruare.

Notandum, quod aput dominum *Dietmarum de Hugenperge* absoluimus de possessionibus obligatis sibi in *Viehtenstein* pro XV. tal. Item absoluimus aput *Sibotonem de Cholberch* villam vnam in abbacia pro XX. tal. Item absoluimus aput *Meinhalmam de Watzeinstorf* judicium in *Iltstat* pro XVI. tal. Item absoluimus aput Meinhardum de Murringe et fratrueles suos quasdam possessiones de Obernperge pro XL. tal. (Loc. cit. 248.)

XXXII.

Circa an. 1280.

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod nos *Petrvs dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus* in Prouinciali placito coram Serenissimo domino nostro R. Romanorum Rege Inclito aduocatiam in parochiis infra scriptis, quam Fratres dicti *Trvchsnarij* in nostrum et Patauiensis Ecclesie preiudicium diu tenuerant occupatam sententialiter optinuimus in *Wienna*. Sunt autem hec Parrochie, in quibus homines dicte aduocacie subditi residenciam faciunt corporalem. In *Chremsmunster*. In *Herzogenhalle*. In *Rid*. In *Wartperg* et *Chirhdorf*. In *Pettenpach* et *Vorhtdorf*. In *Lohchirchen* et *Olnstorf*. In *Staineinchirchen* et *Witmspach*. In *Gersten*. In *Viehtwanch*. In *Talhaim*. (Loc. cit. 226.)

Ex codice traditionum patav. quinto[1]).

(Mon. boic. XXIX. II. 250—275.)

I.

De *Ellenprehteschirchen*. *Richilt* et liberi eius *Heinrich, Megenhart, Perhta* cum omni posteritate ipsorum per manus cuiusdam nobilis uiri, *Hartwici uidelicet de Hagenowe* delegati sunt super aram sancti Stephani pro censu V. denariorum in usum fratrum. Testes sunt *Walchun, Pilgrimus, Ditricus* et alij quam plures. De *Puirpach Adelpurc* et pueri eius *Heinricus Gerbirc*, totaque nepotum successio censuales sunt Vdenar. super aram sancti S. in usum fratrum (Loc. cit. 250).

II.

Vniuersis Christi fidelibus innotescat, quod dominus *heinricus* huius ecclesie *canonicus et plebanus in betenbach* cum

[1]) Traditiones ex annis circiter 1100 — 1215.

consensu *domine Tuote* tradidit quandam domum suam in usum canonicorum super altare S. stephani, hoc interposito, ut dominus *Egelolfus* eandem domum ad uite sve tempus possideret, eo tamen modo, ut predictus *Egelolfus* eandem domum indemnem conseruans in eo statu, in quo eam inueniret, canonicis reddere deberet. Cuius rei testes sunt. *Heinricus decanus in gozpoltshoven. Otakarus canonicus. Heinricus decanus patauiensis. Heinricus inferior cellerarius. Marquardus cocus. dietricus* et alii conciues quamplures. (Loc. cit. 250.)

III.

Nouerint Christi fideles, qualiter *Richilt de Grizpach* se ipsam et liberos suos *Heinricum* et *Adelheidem* tradidit super altare sancti S. cum omni posteritate sua pro censu V. denariorum in usum fratrum. Testes sunt. *Fridericus. Irmfridus. perhtolt. fridericus.* — De sancto Petro super montem *Windeberc* censuales sunt beati S. *Heinrich, Gerhardus.* Testes sunt. *Hilport. Rovdelip, Adelhalm.* (Loc. cit. 250.)

IV.

De ecclesia sancte Marie in *Wihenflorian.* Nosse uelint Christi fideles, quod Perhta cum liberis suis, *Gerdrude, Herrando* et tota posteritate ipsius censualis est sancti Stephani in usum fratrum. Testes sunt. *Reinbertus* et *fratres eius Wolfgangus Irnfridus Wernhardus.* — De *Purnpach* censuales sunt V. den. in usum fratrum. *Diemuth, Mahthilt. Dithmar* cum tota posteritate generis sui. Huius rei testes sunt. *Arnolt. Eberhart. Willehalmus.* — De *Museleschirchen Ditricus* et liberi sui *Luipoldus Chunradus* et omnis pariter eorum successio censuales sunt V. den. super aram sancti S. in usum fratrum. Testes sunt. *Eberhart. Puman. Engilscalch.* — De *Ruripe Richart* una cum liberis suis. *Diemuth. Adelheit. Wernhardo* et eorum posteritate censum V. denariorum annuatim debent persoluere super aram sancti Stephani in usum fratrum. Testes sunt. *Gerhart. Heinricus* et alii plures. (Loc. cit. 250.)

V.

Notum sit tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod *Isinricus* et *Heinricus frater suus de Tobele* cum consensu ceterorum fratrum suorum tradiderunt predium suum sine omni contradictione, quale habuerunt in *Harthaim* super aram beati Stephani prothomartyris per manum Legatarii sui *Arbonis de Grovbe*, et rursus idem a manu domini *Patauiensis episcopi deobaldi* predium in beneficium recepervnt. Huius facti testes sunt. *Ditricus comes de Uiethinsteine, Albertus de Chambe. Richkerus de Wesin et frater suus Werenhardus. Chadelhohus de Ualchinstaine. Leutoldus de Sauirstetin. Albertus de Jahinstorf. Duringo de Losinstaine* et ceteri quam plures. — Innotescat omnibus Christi fidelibus, quod *Waltherus,* ministerialis beati Stephani *de Taninberch* tradidit prediolum quoddam situm apud *Windeperge*, pro saluatione anime uxoris sue, et filiorum suorum, ceterorumque parentum suorum, fratribus canonicis in usum proueniendum. Huius rei testes sunt. *Arnolt. Rvodolf frater eius. Dietmar. Eberwin. Chovnilo. Otto. Walchovn. Walther. Hainrich. Fridrich. Meginhart. Siboto. Uolcnant* et ceteri plures. (Loc. cit. 252.)

VI.

Qvia Mors non tardat nobis tardantibus. Ego *Rovbertus, Patauiensis ecclesie canonicus atque decanus* timore dei pariter et amore nouissima cogitare commonitus, adhuc corpore sanus, set secundum fragilitatem humanam de crastino dubius, tum proprie uoluntatis arbitrio, tum bonorum exemplo uirorum atque consilio, qualiacumque mee paupertatis prediola deo et prothomartyri suo Stephano et fratribus nostris de choro, et ceteris Christi pauperibus, secundum tenorem infra scriptum pro eterna saluatione tradidi, et ut contra obliuionem et discordiosam hominum contentionem presentis pagine notitia scriberetur effici. Itaque ut dominus, qui dedit, recipiat de prediis nostris in *hirzpach*, *Owenheim*, *Pirenpach*, *Gaichigen* sitis, manu legatoris mei domini *Adelrami de Chambe* cum uniuersis utilitatibus suis super aram S. Stephani *Patauie* traditis et per manum domini *Covnradi eiusdem ecclesie uenerabilis episcopi*

sine contradictione receptis. Ita fieri decreuimus, Ut pro absolutione peccatorum meorum ad remedium quoque animabus parentum meorum et omnium fidelium defunctorum eadem predia post obitum meum fratribus in usum succedant, hac scilicet lege, ut quicquid utilitatis diligenter ex his colligatur, pro pecunia uendatur, que in tres partes diuisa, sic dispartiatur, ut pars una in anniuersario obitus mei annuatim fratribus de S. Stephano, altera egenis et Christi pauperibus distribuatur. De tercia uero portione facta in duas partes subdiuisione, pars una sororibus S. Marie, pars altera regularibus S. Nicolai, per idem tempus in oblationem persoluatur. Ad huius autem dispensationis prouidentiam frater aliquis ex fratribus nostris ydoneus eligatur, cui negotium hoc non segnitus laboranti committatur; Et ut frater idem nostri memoriam in suis orationibus habeat, decreuimus quoque, ut ipse de collecta pecunia decimam partem ad singulares usus annuatim accipiat. — Molendinum nostrum *Diethmarus* noster cognatus tempore uite sue fructurus sine contradictione possideat, quod post decessum ipsius fratribus nostris iuxta prescriptam institutionis formulam perenni iure succedat. — Mancipia uero nostra quotquot sunt ecclesie nostre *Pirenpach*, singula ad censum V. denariorum mancipauimus. — Pauperibus autem pro lepra secus *enum* expositis, curtim quandam in *Prachpach*, si roma, quo iter institui, reuersus non fuero, cum suis omnibus instrumentis, animalibus et ceteris integre tradi constituo. Mobilia uero nostra, uestes et animalia seu quecunque cetera, agnatis et amicis meis diuidenda, fratrum nostrorum quando dominus pater familias me uocare dignabitur, committo discretioni. (Loc. cit. 252.)

VII.

Anno Incarnationis domini M. C. XL. Indictione III. Sub *papa Innocentio, Rege Covnrado II. Lutpoldo duce aduocato*, facta traditio prediorum fratris nostri *Gonpoldi*, secundum petitionem et ordinationem eius super altare S. Stephani protomartiris, a liberis et nobilibus uiris predictorum prediorum *Salmannis*, *Hartwico scilicet de Hagenowe et Erchinberto de Mosebach* coram domino nostre *Regenberto Patauiensi episcopo*, Qui iure canonum omnes illos Anathematis uinculo inodauit, qui

traditionem illam iuste factam, tunc siue postea iniustis uexationibus turbarent, seu infringere conarentur. Ut autem traditio pretaxata rata et inconuulsa permaneret perpetuo, per testimonium proborum et illustrium uirorum producti sunt testes et tracti per aurem. Canonici *Chadelhovs prepositus. Rovbertus decanus. Vdalricus magister scolarum. Adalbertus prepositus S. Nycolai. frater Hartmovdus et Pabo* et ceteri omnes confratres nostri. Laici uero nobiles. *comes Dithericus. Baldmarus et frater eius Dither de Halse. Adelram de Khirpach. Wernhart de Mozzingen. Reginpreth de Elsarin. Engilscalh de Aterse.* De ministerialibus ecclesie. *Manegolt de Wesin et filius eius Marquardus. Engilbret et frater eius Otto de Struben. Porn de Holzhusen. Otto prepositus. Walchun de Ovhalmingen et Diethmar de Tagebreteshusen. Walchun de Marzenruthe* et *Walchun filius eius. Sigeboto de plaigin. Hartmovth de persiniche. Diethericus de Smidahe.* de familia episcopi nostri *Rvodeger camerarius. Eberhardas. Friderich. Wezil* et ceteri quam plures. Istam uero traditionem iustam *Sigeboto de Pornheim* fratruelis predicti *Govnboldi* cassare uoluit, verum tamen tandem ab hominibus sanioris consilii, et a propria conscientia dictante iustitia correctus, se errasse cognouit. Et ne de cetero querimoniam aliquam super traditione predicta faceret, manu sua data in manum domini nostri *Reginberti*, fidei sacramento se astrinxit. Presertim ipse ore suo traditionem ipsam iustam esse et iuste factam coram prefatis testibus fideliter asseruit. In argumentum ueritatis probate traditionis eiusdem ipse ibidem testis effectus est, tractus per aurem. Huius rei testes sunt. testes suprascripti nec non alii multi. *Heinricus uir nobilis de Husruke* et Burgenses nostri. *Eckehardus et filius eius Adalbertus. Pilgrimus.* ymmo et omnes fere de ciuitate nostra, qui ipsa die ante dominum nostrum Reginbertum episcopum conuocati simul conuenerant. (Loc. cit. 253.)

VIII.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Govmpoldus* rogo te *Hartwic* in uera fide, ut predia mea, que in manu tua tenentur, in honore et amore dei omnipotentis et dei genitricis Marie perpetue uirginis, et omnium sanctorum ad absolutionem omnium

peccatorum meorum et ad remedium animarum parentum meorum, et omnium fidelium defunctorum tradas. Predium meum aput *Stainpach* in *orientali pago* situm tam uineas quam terras ad cenobium S. Georij trade. Uineam meliorem quam apud *Frigindorph*, quod *Pomgartin* cognominatur, habeo ad hospitale S. Egidii aput *S. Ypolitum* institutum trade. Ceteras ibi uineas canonicis S. Stephani *Patauie* ad augmentum prebende trade. Duo beneficia, que ibidem *Altmannus willicus* possidet cum uinea *Govnpoldeskhirchen* sita, *Sigebotoni nepoti meo* trade.

Predium aput *Galespach* longe lateque situm fratri meo *Dietmaro* uel filiis eius trade. Duas uineas apud *Ascahe* unam cultam, aliam dissipatam *Patauie* ad cenobium S. Marie ad usum sororum trade. Predium apud inferius *Harbach* et quidquid proprietatis in ecclesia uel aliis locis *Borrinhaim* habeo *Sigebotoni nepoti meo* trade. *Harbach* superius cum uinea, quam ibi proximam habeo, *Patauie* ad Aram S. Stephani in usum canonicorum trade, ad talem scilicet usum, ut unus modius tritici et I. porcus pastus et III. urne bone mensure uini in festis omnium sanctorum in seruitium fratrum soluantur. Item moneo te *Hartwic* quia fere plurima mancipia mea ad tuam traditionem spectant, rogo te, ut *Hadewic* cum prole sua et cetera, que in manu tua tenentur, ad aram S. Stephani hac lege tradas, ut unumquodque eorum singulis annis censum V. denariorum in usum fratrum soluat. Ab hac traditione illa mancipia excipimus, que culturas prediorum possident, quia, quo possessiones tradentur, illa simul tradenda sunt. Dominus dedit, Dominus recipiat. Amen.

Item ego *Govnpoldus* rogo te *Erchimpreth* uel heredem tuum, ut bona mea, que in manu tua tenentur, sicut ego decreui, in honore et karitate dei omnipotentis et dei genitricis Marie, perpetue uirginis et omnium sanctorum, ad remissionem omnium peccatorum meorum, et ad remedium animabus parentum meorum et omnium fidelium defunctorum tradas predium meum apud *Richerishaim* longe lateque situm, similiter predium meum apud *Ezimpah*, et predium apud *Pergarin* et *Enzinkheirchen* cum adiecto predio *Haselbah*, hec simul ad altare S. Stephani *Patauie* tradas, hac scilicet lege, ut quicquid utilitatis ex his prouenire poterit, diligenter colligatur, ac pro pecunia uendatur, et illa pecunia in tres partes dividatur, una pars in anniuersario die obitus mei singulis annis fratribus ad S. Stephanum in oblationem offeratur. Altera pars egenis et Christi

pauperibus eodem tempore erogetur. Tercia uero pars in duas partes diuidatur, una pars sororibus ad *S. Mariam*. Secunda fratribus ad *S. Nycolavm* distribuatur. Ad huius autem dispensationis curam, aut de nostro claustro, aut de claustro S. Nycolai aliquis probabilis frater eligatur, cui hoc negotium committatur, et ut idem frater in hac procuratione non tediose, set studiose laborte, et nostri memoriam in suis orationibus habeat, decreuimus, ut ipse quoquo anno de colligenda pecunia decimam partem ad singularem usum sibi sumat. At si forte, quod non optamus, hec institutio siue ordinatio neglecta fuerit, tam fratres quam sorores ad episcopum loci proclamationem faciant, ut ipse illis inde iustitiam faciat, poscant. Item rogo te predium meum *Sconinowa* ad S. Mariam *Forinbah* tradas. Predium meum *Riscermin* ad *S. Nycolavm* tradas, hac tamen ratione, ut si illi, a quibus idem predium emptum est, redimere uelint, IIII^{or} libras fratribus soluant, aus fratres, ut idem predium sine querela teneant, illis duas libras reddant. Dominus dedit. Dominus Recipiat. AMEN. (Loc. cit. 254.)

IX.

Notum sit omnibus, quod *Arnoldus* ministerialis ecclesie de *Taleheim* pro reconcilianda et confirmanda posteris suis fratrum gratia dimissa omni exactione predium idem de *taleheim*, quod prius in concambium acceperat, fratribus et domino *Chadelhoho preposito* resignauit, et predium ad *Merenbah*, quod datum erat in concambio, in proprietatem suam recepit, ea conditione, ut et ipse et filij eius, et posteri idem predium ad *Taleheim* in beneficium a fratribus habeant, et annuatim inde modium unum tritici in seruitio fratrum persoluant. Et liberi deinceps ab alio servili servitio, salua gratia fratrum existant. Testes sunt ipsi fratres, qui presentes aderant. *Prepositus Chadelhohus. Vdalricus. Rovbertus. Hartmovt. Sigihart. Chovnelinus. Rovtbertus. Albewinus* et ceteri omnes. (Loc. cit. 255).

X.

Richza, uidua domini Walchovni de Griezpach tradidit rogatu suo predium in *Riedmarch* in oblationem fratrum. Testes sunt *Engilbertus de Strovben. Albero. Eberhardus. Adelbertus. Rovdeger. Ekkerich. Gerhart. Enceman. Walther.* (Loc. cit. 255.)

XI.

Eberhart nobilis homo tradidit predium suum *Puerpah* S. Stephano, ut singulis annis soluat inde III. denarios, et post uitam suam et *uxoris sue Leugarde* proximus heres XX. denarios singulis annis det. Testes. *Hartman. Pistores nostri Perluph et Sigehardus* et *Meginhardus.* (Loc. cit. 255.)

XII.

Benedicta pro remedio anime fratris sui *Eberhardi* canonici nostri, tradidit super altare S. Stephani ad oblationem fratrum predium quod dicitur *Eicha.* Sibi uidelicet dimidium retinuit, fratribus dimidium tradidit, cuius traditionis testes sunt. *Arnolt et frater eius Sigiboto de Pornhim. Wernher de locheme. Hertfrit ministerialis comitis Eckeberti. Luipolt. Dietmar. Willihalm. — Rumolt de Rurippe* tradidit super altare S. Stephani quoddam predium, quod dicitur *Macingen.* Vnde per singulos annos *Diethricus,* et si filium habebit, duos denarios soluere debent, quorum post obitum sine omni contraditione in usum fratrum cedere debet. Cuius traditionis testes sunt. *Eckerich de Encenkeirchen. Sigihart liber homo. Wernhart. Vlscalch. Wisint. Luipolt. Rovdpreth.* (Loc. cit. 256.)

XIII.

Eberhardus de Rovtilinberge, qui S. Stephano predium suum tradidit qualecumque habuit apud *Antesene,* eadem lege et mancipia sua tradidit S. Stephano pro censu V. denariorum in usum fratrum post finem uite sue, et hec hisdem testibus confirmauit, quibus et predium stabiliuit. Horum mancipiorum nomina sunt. Wolfker. Dietherich. Heinrich. Imma. Adela. Gisila. Hemma. Arnolt. (Loc. cit. 257.)

XIV.

Nouerint omnes ecclesie filii, quam salubriter *Chovno Patauiensis canonicus* anime sue prouiderit. Sciens enim pauperes gazophilacium esse Christi, in usum pauperum ea, que temporaliter possidebat, conuertit, scribens sibi ecclesiam heredem, que pauperes Christi pascit. Itaque predia sua, que ad *durinchouen,* ad *Wechingun,* ad *Antesonam,* ad *Gurtinam,* ad *Wilpach* inrefraga-

bili iure proprietatis possedit, super altare S. Stephani protomartiris in *Patauiensi ecclesia,* in usus fratrum et pauperum Christi per manum *Ovdalrici comitis eiusdemque aduocati,* absque omni controuersia tradidit, ut eadem predia tandem post obitum eius, uel si ante relinquere in uotum ueniret, in ecclesiasticam possessionem cedentia *Chadalhohus eiusdem ecclesie canonicus* beneficiario iure possideret, et fratribus Christique pauperibus subscriptum debitum quotannis persolveret. Mancipia quoque sua inferius susi nominibus notata, per eundem aduocatum Ov. singula sub censu V. denariorum super idem altare S. Stephani secundum subscriptam diffinitionem tradidit. Sic enim diffiniuit, et in legem sempiternam statuit, ut prefatus frater *Chadelhohus,* uel cuicumque de fratribus hoc administrationis officium iniungatur, in anniuersario suo de redditibus supradictorum unum modium tritici, unum bonum porcum, tres situlas uini, quinque autem ceruise in refectionem fratrum exhibeat, et singulis annis a capite ieiunij, usque ad diem sanctum pasche cottidie duodecim pauperes paschat, prebens eis cottidianum uictum, unicuique unum panem, huius quantitatis, ut duo de mensura quam mezzan uocant, fiant, unum etiam pulmentum cuiuscunque generis, mensuram quoque ceruise, quam minnam uocant. Et quia regule preceptum est, ut canonici, si alio tempore nequeant, saltem temporibus Quadragesime pedes pauperum lauent, placuit illi, si arbitrium fratrum consenserit, immo consulendo rogauit, et rogando consulit, ut ebdomadarii fratres, uidelicet presbiter, diaconus et subdiaconus, cum aliis bone uoluntatis fratribus, pedes horum XII. pauperum singulis diebus in competenti hora lauent, et post lauationem per eorum manus prescriptam annonam pauperes accipiant. Sic namque fit, ut et fratres officium obedientie in lauandis pauperibus exhibeant, et frater super iniuncta sibi pauperum administratione fidelior et sollicitior existat. Et ne minister ille, cui uasa et calidam aquam ad lauationem procurare negotium iniungitur, ex officio grauetur, huic quoque eandem, quam et pauperibus annonam dari instituit. Porro in sancto sabbato pasche de censu, quem mancipia super altare S. Stephani soluerint, singulis his pauperibus tres denarios dari, quasi clausulam boni operis statuit, quem censum fratrem predicte administrationis ministrum, in hos ipsos usus, et ad supplenda pauperum pulmenta accipere diffiniuit. Postremo illud etiam traditioni inseruit, ut si quis episcopus seu quelibet persona,

hanc diffinitionem infringere, et in aliud transferre uoluerit, eadem prenominata bona sub eadem determinatione in possessionem et proprietatem ecclesie sancte dei genitricis Marie ad inferius monasterium transeant. Huius traditionis et confirmationis ex nobilibus testes sunt hii. *Mazelinus. Pilgrimus. Adalramus de chirichpah. Warmovnt. Arnoldus de musilischirchon. Gerhoch de Antesana. Wezil. Wezil.* De familia, *Imizi. Selpker. Pero. Marquarth. Ekkolf* frater eius. *Reginwart.* Uestiture testis est *Pilgrimus.* Hec sunt nomina mancipiorum. Gnanno. et uxor eius Gerderuth et filie eorum. Heilica. chuniza. Hezo et uxor eius Aua. et III. filie earum. Richilt. Luitkart. Gerderut. Lanthere. Engilrath. Ovdalscalch. imiza mater eorum. Bazo. Lantker et uxor eius Wetta. Juditha et filia eius Hadelovch. Einhart et filius eius Einhart. Geza. Managolt. Gnanichint. Gerberth. Reginlo. Hizila. Engicha et filii eius Truize. et Engilrath. Gnanno. Azilinus. Pirin. Ovzi. Perhtolt. Albero. Perhta. Eberhart. — Noscant omnes Christi fideles, quod quidam *nobilis Richpolt* nomine tradidit ad aram S. Stephani predium quoddam ad *Steinpach* fratribus seruiendum. Huius rei testes sunt. *Arnolt. Vdalscalch. Wezil. Pernhart. Eppo. Razo. Pero. Eppo. Orthwin.* Vestiture testis est *Wezil.* (Loc. cit. 257.)

XV.

Notum esse uolumus tam modernis, quam futuris Christi fidelibus, quod *Rovdegerus* cum *uxore sua Pertha* ambo S. Stephani ministeriales, predium suum, quale habuerant in *Aschaha*, duas uidelicet uineas, alteram instructam, alteram fratrum inpensis instruendam pro sua et progenitorum suorum saluatione per manum legatoris sui *nobilis uiri Baldemari* ad aram predicti Prothomartyris potestatiua manu, una cum inuestitura eiusdem predii fratribusin usum oblationis contulerunt, et ab eisdem canonicis in fraternitatem assumpti, orationum et elemosinarum receperunt consortium. Testes per aurem adhibiti sunt. *Baldemarus ipse Legatarius. Heinricus de phafsteten. Willibertus. Madelwinus et frater illius Willehalmus. Lovthpertus. Engilbertus. Heinricus. Wazemannus. Richwinus. Wernhardus. Pertolt. Lovipman. Wicpoto. Vdalscalch monetarius. Durinch. Reginbert* et ceteri. (Loc. cit. 260).

XVI.

Ego *Covnradus celesi gratia Patauiensis episcopus.* Notifico cunctis ecclesie fidelibus, qualiter bona et familiam, que *Hartwicus de Haginowe*, si sine herede decederet, unacum *uxore sua Hiltigarda* consentiente beato Stephano firmissima et concordi donatione contulerat; post eiusdem christianissimi uiri decessum eadem muliere tunc reclamante, et possessiones predictas ab ecclesia nostra alienare cupiente iuste et rationabiliter optinuerim. Siquidem *fratre meo Heinrico duce bawarie* apud *Taleheim sedente in iudicio pro tribunali*, testes idoneos produxi, quorum testificatione iusta iudicis sententia, bonorum predictorum legittimam traditionem factam esse confirmaui. Quorum hec nomina sunt. *Meginhart de Idina. Engilscalch de Wasegen. Paldemar de Halse. Raffolt de Blanchenbach. Sigiboto de Tanninberch.* Aderant huic negotio dominus *Heinricus Ratisponensis episcopus. Marchio Styrensis Otacharius. Comes Covnradus de Bilsteine cum duobus filiis suis. Comes Heinricus de Wolfratehusen. Comes Luitoldus de Bleine*, quisque eorum cum multis fidelibus. (Loc. cit. 260.)

XVIII.

Item ego *Covnradus dei gratia Patauiensis episcopus* modernis et futuris Christi fidelibus notum facio, qualiter *Engilbertus de Sconeheringen* de saluatione anime sue sollicitus, ueniens ad sanctuarium beati Stephani prothomartyris, pro remedio peccatorum suorum et familie sue bonorum infra subnotatam portionem per manum nostram libera donatione super aram predicti prothomartyris tali subnexa conditione donauit, legauit, ut si absque herede hac uel uita decederet, traditio illa sue et omnium parentum suorum saluti profutura stabilis et inconuulsa permaneret. Tradidit itaque per me Sancto Stephano ex hominibus suis cum omni proprietate, et beneficiis suis sibi de pheudo domini sui concessis. Gerricum cum liberis suis, Albrando tantum excepto. Ottonem de Grovbe. Fredericum agnomine boemum. Helmwicum cum filio suo Werinhero, homines uidelicet cum omnibus suis infra *danubium* et *Rovdolfesbach* habitantes, ita ut ipsi in familia S. Stephani ius ministeriale et plenariam huius ordinis obtinerent conditionem. Testes sunt. *Werinhart de Jugulbach. Hartwich de Mosebach. Paldemar. Richker de Osterenhaa. Diethmar de Porrenheim.*

Rovdiger iudex et Eppo frater eius. Walther. Arnolt de Mosen. Helphrich de Berendorf. Enginbret de Bovber. Poppo de Rovtes. Sigifrit de Berge. Walchovn de Vntlingen. Gotescalch de Hutesloch. Rovbreth de Haginowe. Ovdalscalch de frenkelinespach. Fridericus de Berchouen. (Loc. cit. 260.)

XVIII.

Noscant et meminerint omnes in Christum credere uolentes, quod *Wolfpertus uir liber de Wazenchirchen* delegavit ad aram S. Stephani tria mancipia, Diethlindam, Eckericum, Mathildam ad censum V. denariorum, fratribus annuatim persoluendum, consentiente et emancipante eadem mancipia *Hallensi comite* et uxore illius nec non filiis. Testes sunt. *Penzo. Ovlrich. Leupolt. Pero. Wilhalmus et frater illius Madelwinus.* (Loc. cit. 261.)

XIX.

Ad *althaimen* Houasacha est XXX. et VI. iugera per tres campos, que ex parte seruit uillico pro congreganda decima, et ex parte fratribus. Jdem uillicus dabit quatuor porcos pastos II^{or} de decima et duos de houasacha, et unam liberam lini et dimidiam. Ad *pollingen* houasacha est, que habet II. et uirginti iugera. Eandem houes. ex parte habet uillicus pro congreganda decima et ex parte seruit fratribus et dabit duos porcos pastos, unum de decima et alterum de houasacha, et unam liberam lini. Ad *curtina* houasacha est, que laborabitur I. hovba et XX. et duo dimiduo iugere. Villicus colit sibi I. hovbam pro colenda houasacha, et pro congreganda decima et dabit IV. porcos pastos, duos de decima et duos de seli, et unam liberam lini, et dimidiam. Husiman. I. ibi est, qui operatur cum stabulario, houasacha et arat in houasacha V. araturas, dabit unam dimidiam caradam ceruisie et ouem cum agno, duos porcellos. si suem non habet, et si habet IIII. Operatur duas ebdomadas in maio et duas in autumno. Ad *luclinespach* houasacha est duarum hovbarum et VI. iugera. Villicus habet unam hovbam et colit houesacha, et dabit quatuor porcos pastos, et unam libram lini et dimidiam. Husimanni ibi sunt V. operantur in houasacha et colunt eam et agunt XX et centum araturas in anno, et dabunt V. oues cum agnis. si suem dominicum habent. XX. IIII. porcellos, si non habent. XII^{cim} unusquisque illorum I dimidiam carradam ceruisie dabit. Operantur in

autumno duas ebdomadas et totidem in maio, et dabunt duos pullos et III. modios opii. Ad *Lonespurch* houesacha est, que habet dimidian hovbam, quam possidet stabularius in stipem pro congreganda decima ibi parua, qui dabit duos pastos et unam liberam lini. Tributarii ibi sunt quatuor, qui dabunt III. carradas cervisie, et dimidiam et IIII^{or} friskingas ouinas cum IIII^{or} agnellis. Operantur in maio duas ebdomadas, et duas in autumno. Ad *patichinheim* houesacha est trium hovbarum, excepto uno iugere. Sed stabularius illius habet dimidiam hovbam et dabit tres porcos pastos, et unum uerrem et unam libram lini et dimidiam. Husmanni ibi sunt XX. et unus, qui operantur in houesacha et dabunt XII. carradas ceruisie et XX. friskingas ouinas et XX. et unum modium persoluunt singuli. Arant autem in houesacha nonaginta et quatuor araturas in anno. Post araturas operantur ibi in una ebdomada duos dies in altera unum. Operantur in maio duas ebdomadas et duas in autumno. Parsalch. ibi sunt VI. qui dabunt VI. friskingas ouinas et VI. modios siliginis, et arant in houesacha VI. araturas. Operantur in maio duas ebdomadas et duas in autumno. Ad *meranpach* houesacha est, que habet unam hovbam et duo iugera. Stabularius possidet eam sibi pro colligenda decima, qui dabit IIII. porcos pastos II^{os} de seli et duos de decima et unam libram lini. Ad *chorphaim* houesacha est, que habet XX. et II iugera per tres campos. Villicus colit sibi dimidiam hovbam pro congreganda decima, et pro colenda houesacha et dabit IIII. porcos pastos in anno, duos de seli et duos de decima, et unam libram lini et dimidiam. Ad *iuuhan martina* houesacha est, que habet per omnes campos VI. iugerum minus duarum hovbarum. Stabularius illius habet unam hovbam et dabit III. porcos pastos et unam libram lini. Husmanni ibi sunt duo, qui colunt houesacha cum stabulario et dabunt unam carradam ceruisie et duas oues cum agnellis, et IIII. porcellos. Ad *hoanstat* houesacha est, que habet duas hovbas. Stabularius illius habet unam hovbam et dabit IIII. porcos, duos de decima et II. de seli, et unam libram lini et dimidiam. Husmanni ibi sunt II. qui habent duas hovbas, et operantur cum stabulario in houasacha per totum annum, et dabunt unam carradam ceruisie et duas oues cum agnellis et IIII. porcos. Ad *scardingen* houesacha est, que habet duas hovbas et uiginti quatuor iugera. Stabularius illius habet unam houbam, et dabit duos porcos pastos et unam libram lini et dimidiam. Husmanni ibi sunt IIII. qui habent

IIII hovbas et dabunt II. carradas ceruisie et IIII. oues cum agnellis et IIII. porcos et operantur in houesacha. Ad *incingen* houesacha est, que habet duas hovbas et unum iuger. Stabularius illius habet unam hovbam et dabit duos porcos pastos et unam libram lini et dimidiam. Husmannus ibi est unus, qui habet dimidiam huobam, et dabit VII. ydrias et dimidiam ceruisie, et unam ouem. Tributarius ibi est, qui habet unam hovbam et dabit XX. ydrias ceruisie Ad *taufchirichin* houesacha est, que habet XII. iugera per tres campos. Stabularius illius habet ad suum uictum XX. et III. et dabit IIII. porcos pastos, duos de decima et duos de seli. Husmani ibi sunt IIII. et habent II. hovbas et dimidiam, et dabunt unam carradam ceruisie et dimidiam et VII. friskingas ouinas; unusquisque illorum operatur unam ebdomadam in maio, et alteram in autumno. Ad *wihanflorianan* houesacha est IIII. hobarum. Villicus possidet sibi unam hovbam pro colenda houesacha et pro colligenda decima et dabit duos porcos pastos de decima et duos de seli, et unam libram lini et dimidiam Husimannus ibi est, qui habet unam hovbam et dabit dimidiam carradam ceruisie et ouem cum agnello et duos porcellos et operatur duas ebdomadas in majo et duas in autumno. Parscalchi IIII. habitant ultra *danubium*, hi denique possident IIII. hovbas et dabunt IIII. carradas ceruisie et VI. friskingas ouinas; unusquisque illorum operatur II. ebdomadas in maio et duas in autumno. Ad *rodlingen* houesacha est, que colitur per IIII. campos XX. et VIII. iugeribus. Eadem houesacha cum decima ibi parua ad uictum cultoribus uinearum habitabitur. Ad *turnohtingen* habitat unus husmanus ad predictam houesacham terminatus, hic dabit XII. modios auene aut VII. silig. et unum friskinch, et operatur duas ebdomadas in maio et duas in autumno pro colendis uineis. (Loc. cit. 264.)

XX.

Notum facimus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, qualiter *Pataviensis canonicus Hertnidus et Aquilegiensis prepositus* in remedium anime sue et parentum suorum tradidit super altare sancti Stephani protomartyris predium quoddam situm in *Hvngerberge* nomine *nuoer* et colonum ipsius predii *fridericum* nomine cum Vxore sua *Gisila* et filia sua *Gerbirch*, et filio suo *Ortolfo* in proprietatem dominorum. In

cuius predii fructuum superhabundanti prouentu tria talenta annuatim percipienda sibi eo modo talique ordinatione, ut dimidium talentum dominis Chori distribuatur in anniuersario patris suique V. Kalendas decembris LX. denarii dominabus sancte marie LX. fratribus sancti Nicolai. In anniuersario matris sue eodem modo, qui est XVI. Kalendas maij dominis chori dimidium talentum offerat, dominabus sancte marie LX. denar. fratribus Sancti Nycolai LX. denar. Tertium autem talentum empta elemosina pauperibus erogetur in checha dum uixerit. Cum autem contigerit predictum Prepositum uniuerse carnis uiam ingredj, Talentum illud, quod prius in Cecha erogabatur, in anniuersario suo. Talentum ipsius medietas dominis choro detur. LX. denarii dominabus Sancte Marie LX. fratribus Sancti Nycolai. Verum ut hec traditio rata in perpetuum habeatur fratres sui et soror prememorati prepositi, ad quos iure hereditario predium illud transire poterat, iuri suo renunciauerunt, ut et ipsi in tam salubri ordinatione regni eterni pro bona uoluntate sua participes efficerentur. Testes autem sunt ad hoc, quod iuri suo hereditario fratres sui scilicet *Gundakarus et Duringus* publice renunciauerunt. *Heinricus de Scharensteine. Dietricus de trvne. Meinhardus de affenanc. Wernhardus de Sinzengen et frater suus Chunradus. Richerus de Gelspach. Chunradus de Izinberge. Rvbertus de Chunzingen. Chunradus de Eigenvlise. Eberhardus de Angesizze.* In cuius domo in *Steinpach* facta est hec renuntiatio II. idus augusti. Testes autem, quod soror sua *helena* abrenunciauerit huic predio, sunt. *Hugo uir eius. Heinricus Capellanus ipsius. Vlricus de tvln. Alrammus sagittarius. Rudegerus canonicus. Otto de echindorf. Dietricus de stein aput muor. Perhtoldus. Albero de phafendorf. Vlricus. Otto. Perhtoldus. Hugo quondam officiarius domini hugonis de eigen.* Facta est hec renunciatio *Wierberch.* Nonis Octobris. Testes traditionis sunt hii. *Heinricus Vliesaere. Vlricus prencinger. Pruno* (sororius prepositi O.) *Heinricus* (sartor) *Heinricus frater scriptoris. Engelbertus sartor. Pabo sartor. Walchunus de schaltaren. Marquartus* (cocus). *Chunradus* (olearius). *Durin* (de salta). *Dietrich* (sartor). *Walther. Reinbreht* (chramar.). *Rudiger. Walchvn* (sar.). *Albrant* (stein). *Heinricus. Heinricus* (cellerarius). *Walker. Friderich. Heinricus. Rvp-*

recht (ecclesiastici). *Pernhart. Eberhart. Wernhart* (mezze). *Papo. Heinricus. Pubo. Chunrat. Heinrich* (decanus). *Heinricus* (riht). *Arnolt* (castor). *Timo. Ortolfus* (prepositus). *Chunradus* (ollar). *Walchun. Chunradus de steinheim. Albero. Willehalmus. Vlrich* (schober). *Engelbolt. Alhalm. Friderich* (diaconus). *Heinricus* (diaconus *). Hec traditio facta est XVI. Kalendas novembris. Soluit autem predictum predium tertiam partem omnium prouentuum siliginis, tritici, Auene, ordei, fabe, dimidium modium compositi. I. gorzmagn. I. specswin. publica taxatione LX. denarios ualens. III. siteurischinge, publica taxatione quiuis XII. denarios. III. anseres VI. gallinas. In pascha centum oua. In pentecoste L. Acta sunt hec Anno Incarnationis domini M. CC. IIII. indictione IIII. *Wolfkero patauiensi episcopo* transeuente ad aquilegiensem patriarchatum. (Loc. cit. 269.)

XXI.

Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod *Livkardis de Welsh* tradidit se super altare sancti stephani ad censum V. denariorum cum filiabus suis, *diemvodi, gisile, hailca, hredrvth, perhta.* Et cum nepotibus suis. *pertolt. Rapot. Irmgart. Alhait.* Huius rei testes sunt *pertolt. hainrihc. Vlrihc* et alii quam plures. — Notum sit omnibus presentibus tam futuris. *Hailca de Wassenperc cum filio suo Rapotone* tradidit se super altare sancti Stephani ad censum V. denariorum. Huius rei testes sunt. *Wernher. Sigiloh. Rvodiger. Walchvon. Wergant* et alii quam plures. tradidit etiam perhtam. — Notum sit omnibus tam presentibus, quam futuris, quod *Helena de golderwerde* cum filiabus suis *Hemma, Heilca, Otto* tradidit se super aram sancti Stephani ad censum V. danariorum. (Loc. cit. 272.)

XXII.

Notum sit omnibus tam presentibus, quam futuris, quod *Hainricus de pollhaim* tradidit se super altare sanctj Stephani ad censum V. denariorum. — Notum sit omnibus, quod *Hirmgardis de Evridingen* tradidit se super aram sancti stephani ad censum V. denariorum, cum filia sva *Gisila et Irmgardim.* — Notum sit

*) Verba inclusa manus recentior scripsit.

omnibus, quod *benedicta de Wahsenchirchen* cum liberis suis *Wernhardo et benedicta* tradidit se super aram sancti Stephani ad censum V. denariorum. — Notum sit omnibus quod *Mahtildis de Evridingem* tradidit se super aram Sancti Stephani ad censum quinque denariorum. *Chvonradas de Ohthartschierchen* tradidit se super aram sancti stephani ad censum V. denariorum. — Notum sit omnibus quod *Rikkardis de meernpahc* tradidit se super aram sancti stephani ad censum V. denariorum. (Loc. cit. 272.)

XXIII.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod quidam *Vlricus de Calhaim* duas ancillas suas, Alhaidim et Hailcam potestatiua manu tradidit super aram sanctj Stephani ad censum V. denariorum. Testes sunt. *Heinricus. Tiemo. Germovnt. Hainrihc.* Et alii quam plures. — Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod *perhta de Noederpahc* tradidit se super aram sanctj Stephani ad censum V. denariorum.

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod *Heinricus de peilenstein* tradidit super aram prothomartiris stephanj Hartwicum et uxorem suam Mathildim et Heremannum filium suum, et filiam suam Hemmam et engelscalcum, Mathildim, Bertam, Rihwip. Huius rei testes sunt. *Rotholfus et heinricus ciues. Pabo. Albertus. Albero. Olricus. scobro. Godefridus. Herebordus. Livbertus. Pero. Chetcelo. Sifridus. Gerhardus. Walconus. Sigehardus. Conradus. Conradus.* (Loc. cit. 272.)

XXIV.

Notum sit omnibus Christi fidelibus. quod dominus *Werganduus de Rvmtinge*, et dominus *Gebno de Puecheim* tradiderunt super altare sancti Stephani in *patauia Elizabeth de Sachsenheim* et posteros suos ad censum V. denariorum. Huius rei testes. dominus *Gebno de Pvechheim. Vlricus de Prukke. Gervngus de Tillenpach. Albertus de Tale. Hilprecht de Ortenberch. Otto de Yllzheim. Heinrich de novo foro. Meinhardus de Niderheim. Eberhardus de Mose.* Hos etiam tradiderunt. *Heinricum de Sachsenheim et Alhaidim. Irngardim. Elisabet.* Hii sunt pueri predicte Elisabet et *Chunradi de Pevtelspach.* (Loc. cit. 272.)

XXV.

Notum sit, quod *Sibodo, Conradus de sciltarn* sunt traditi super aram sancti Stephani per manum *Engelscalkj* et *uxoris eius Hemme,* ita quod uterque traditorum annuatim det V. denarios. Notum sit quod *Heremannus. Benedicta. Werenhardus de euelsberh* sunt censuales sancti stephani ad V. denarios quilibet. Notum sit quod *Mahthildis, Robertus, Sibodo de rurripe* sunt censuales sancti Stephani quilibet ad V. denariorum. Notum sit quod *Heinricus de peurbache* est censualis sancti stephani ad V. denarios. Notum sit quod *engelbertus de claustro sancte Marie, filius heinrici* est censualis sancti stephani ad V. denarios. Notum sit quod *ermengardis* et *Heinricus de rothlache* sunt censuales sancti stephani, utrique ad V. denarios. (Loc. cit. 272.)

XXVI.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quidam *nobilis hecfolcus de pila* tradidit super aram sancti stephani *Conradum de rekenchorp* ad censum V. denariorum per manum *plebani de Waicenkirichen Odacari.* Huius rei testes sunt. *Theodericus. Fridericus. Eberhardus. Olricus. eueran. Guntherus. Godescalc. Arnolt. Sifrid. Heinricus. Hartwicus. heinricus. Arnoldus. Wakon. Robert. Thetmarus.* (Loc. cit. 273.)

XXVII.

In nomine domini omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. *Otto dej gratia Patauiensis decanus* cum uniuerso capitulo in domino. Tam presentium quam futurorum memorie commendamus, quod cum *Rudolfus ciuis de Ascha* de decimatione, quam habet extra et infra *ciuitatem Euerdingen*, nobis talentum soluere tenetur, et de Huba in inferiori *Rudleichinge* sex modios frumentj persolueret annuatim, necnon in autumpno in nouem. den. et in festo Sancti Georgij in XXX. denarios nobis similiter esset obligatus, communicato uniuersitatis nostre consilio predictam perceptionem tam denariorum quam frumentj in pecuniariam pensionem, uidelicet in XX. solidos wiennensis monete duximus commutandam predicto R. et *filie sue Liubel* ad dies uite sue pretaxatas decimationes et Hube redditus, sine contradictione qua-

libet, conferentes. Huic quoque concessioni nostre tale pactum duximus adnectendum, ut si predicta pecunia in Natiuitate sancte marie nobis persoluta non fuerit, memoratj redditus tam a prefato R. quam a filia sua L. uacet omnimodis, potestate nobis plenaria remanente de prefatis bonis, prout tunc in oculis nostris placitum fuerit ordinandi, et insuper ipse R. pariter et filia ipsius ad pleniorem penam huius sue negligentie nobis sex talentorum existant debitores, et ita si legitimo impedimento non fuerint inpeditj. Preterea cellerario dominorum pretereunti semel in anno cum equitaturis ipsius tam sero quam mane tenentur necessaria amministrare. Si uero propter negociorum ipsius exigentiam in alterutro ej amministratum non fuerit, in postmodum ipsi reseruetur. Vt autem predicta collatio stabilis et inconcussa permaneat, quoad uixerint, sub forma prescripta, ipsam presenti pagine nostro consignate sigillo, cum testium nominibus iussimus adnotarj. Hii sunt testes. *Heinricus de marharn. Luitoldus de Rotenuels. Leo de everdinge. Yvalchun de rudleichinge. Arnolt de strazze. Ortolf frater eius. H. de patauia. Rudger de lonstorf. Pilgrim de eiche. Marquart et Rudiger filius eius de Tunheim. Marquart Juuenis ospes. Marquart filius hartnidj. Yvalchun de Rudleichinge.* (Loc. cit. 274.)

XXVIII.

Nouerint uniuersi quod controuersia, que uertebatur inter *ecclesiam Patauiensem* et *Chunegundim de Pollnheim* super predio de *Waldarn*, ita fuit coram capitulo sententialiter terminata, quod prefata mulier per uirum suum tamquam procuratorem. testibus idoneis. Hoc probauit, quod ipsa de consensu tocius capitulj eodem beneficio per *Chunradum tumplebanum* tunc obleiarium fuit taliter inuestita, quod ipsa diebus uite sue tantum ad censum XXX. denariorum illud prefatum predium possideret. Deinde post mortem ejus ad ecclesiam nostram directe rediret et ad nullos prefate mulieris posteros pertineat aut heredes. (Loc. cit. 275.)

XXIX.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod *Marquardus de haichepach* est censualis Sancti

Stephani. *Richerus de hvnzhaim, pertha de raenna. Albertus quem heberwinus carpentarius* tradidit svper altare Sancti Stephani ad V. denarios, *heinricus et Vernhardus de raffelstetten.* — Notum sit omnibus fidelibus, quod *hortwinus de cholbech* tradidit *heinricum filivm ditrici de geissenrevte* svper aram Sancti Stephani ad censvm V. denariorum in vsvm fratrum. huius rei testes. *Leo. Richerus. heinricus. herrandus. fridericus.* (Loc. cit. 275.)

Codex Traditionum

Monasterii S. Nicolai prope Pataviam

Ordinis canon. regul. S. Augustini.

Pergament-Codex in Quart aus 43 Blättern bestehend, aus der ersten Hälfte des XIII. Jahrhunderts, gegenwärtig im königlich-bairischen Reichsarchive zu München befindlich. Es ist derselbe, nach welchem der Abdruck in den Monum. boic. (IV. pag. 219—287) veranstaltet wurde. Dem nachfolgenden Abdrucke liegt eine aus dem Original-Codex genommene Abschrift zu Grunde.

Codex Traditionum

Monasterii S. Nicolai prope Pataviam

Ordinis canon. regul. S. Augustini.

I.

Liber traditionvm s. Nicolai.

Notum sit omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futurif, quod quidam facerdof nomine *Raffoldus* nobilif et canonicus Sancti Nicolai super altare eiufdem sancti Nicolai tale predium, quale habuit *purchardingen* et *fŏnenpach* potestatiua manu tradidit *Dietrico* aduocato illud suscipiente. Huius rei testes funt: *Beringeruh* comef, *Adalbero de staufe*, *Huch de pholsu*, *Chadalhoch de chürchperch*, *Sigeboto de bachaim*, *Hartman de niŏzdorf*, *Heinricus de fenlihopten*, *Meginhart*, *Chazilie*, *Ŏzi*.

Dietricus aduocatus sub eifdem teftibus dimidiam hŏbam ad *pŏcha* cum uno mancipio super idem altare tradidit.

II.

Notum sit omnibus christi fidelibus, quod quidam facerdos nomine *Megingoz* tale predium, quale habuit *fŏnemaningen*, per manum cuiusdam nobilis uiri *Adalrammi* super altare fancti Nicolai potestatiua manu tradidit. Huius rei testef sunt: *Ŏdalrich de willeheringen*, *Walthere de lenginŏe*, *Sigeboto de porinheim* et filius eius *Sigeboto*, *Richer de orto*, *Marchŏart de allenchouen*. Et sub eifdem teftibus quedem nobilis domna *Azala* hŏbam I. ad *pŏcha* tradidit super idem altare.

III.

Notum sit etiam omnibus, quod *Ŏdalricus de willeheringen* iugerum 1. ad *wirtingen* ſuper altare Sancti Nicolai tradidit. Huius rei teſtef ſunt *Reginpreht de celkingen, Ŏdalfcalch de ſtille, Walthere de lenginŏe, Marchuart de allenchouen, Grifo de linza.*

IV.

Notum sit omnibus, quod quidam nobilis *Meginhardvs* tale predium, quale frater suus *Heimo pollenheim* habuerat, et I. hŏbam *fmidingen* pro anima sua et fratrif ſui poteſtatiua manu tradidit. Huius rei teſtes sunt *Werigant, Piligrim de chintheim, Ŏdalrich nabeger, Werinhart de tagebrehtefhufen, Waltchŏn de auhalmingen, Marchuart de allenchouen Rihcer de Orto, Meginhart, Ŏzi, Liuzman.*

V.

Notum sit etiam omnibus, quod idem *Meginharduf* omnia, quecunque ad *pollenheim* poſſederat culta et inculta cum parte quam in eadem eccleſia habuerat; ſuper altare ſancti Nicolai poteſtatiua manu tradidit. Huius rei teſtef ſunt *Pernhart de scŏenheringen, Rihpoto de chŏnicen, Ŏdalrich et Ŏdalrich* eiusdem *pernhardi* militef, *Gotefrit de gottinefdorf, Tymo, Eberhart de tegerinwa, Dietmar de chagina, Ezili de hiltigerifperch, Rŏdiger, Adalchint, Meginhart, Liuzman, Ŏzi:*

Et sub eifdem teſtibus quidam nobilis uir *Erminrich* tale predium, quale *preitprunnen* habuerat, nichil extra dimittenſ super altare sancti Nicolai poteſtatiua manu tradidit.

VI.

Notum sit omnibus Chriſti fidelibus quod quidam nobiliſ uir nomine *Adalram de ascaha* quoddam predium ad *uurgildorf* poteſtatiua manu super altare ſancti Nicolai tradidit. Huius rei teſtef ſunt *Adalo de ſtillin, Eigil de menginhouen, Nendich de tobele, Sigeboto de gailifpach, Meginhart de pollenheim, Afcwin de waltgefingin, Erminrich de preitprunnen, Otachar de sunemaningin.* Sub eifdem teſtibus tradidit

Raffolt prefbiter et canonicus Sancti Nicolai unum manſum ad *funinpach* conparatum a filia ſororis ſue.

VII.

Notum sit omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam prefbiter nomine *Ekkericuſ* predium ad *hartheimen* et duaſ uineaſ in uilla *winchelarin* ſuper altare sancti Nicolai propria manu in ſeruicium fratribus post uitam eius in perpetuum tradidit. Dedit etiam illuc VI. mancipia pro censu V. denariorum: *Hazihan* et filium eius *timonem* et filiam eius *christinam, Hicilam* et filium eius *Meginhardum* et fratrem eius *Meginhardum* et fratrem eius *Ǒgonem.* Huius rei testeſ sunt *Ǒdalrich de willeheringen, Pernhart de schonheringen, Sigeboto et filius eius Sigeboto, Marchwart, Grifo, Waltheri, Eigil, Ǒzi.*

VIII.

Notum sit etiam omnibus, quod prefatus prefbiter *eccericus* tale predium, quale habuit ad *pǒiſingen* et ad *röite* ſuper altare sancti Nicolai per manvm cuiusdam nobilis uiri *egilonif* poteſtatiua manu tradidit *Dietrico* comite aduocato eiusdem cenobii illud ſuſcipiente. Huius rei teſtef ſunt: *Reginpreht de celkingen, Egeno de owe, Albuin de steine* et cognatus eius *Albuin, Starfrit de ſewaren, Adalram de chalewenheim, Perhtolt de salmannefliten, Piligrim de grie, Wichart, Eigil, Heinrich de geileſpach, Ermenrich* et cognatus eius *Timo, Brǒn* et *Piligrim* ministerialeſ eiuſdem prefati *Dietrici, Marchwart de fulzpach, Ǒzi, Chazilie, Altolf.*

IX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod *Adalram de pleichenpach* tale predium, quale nobiliſ quidam *Aſcwin* ad *walcheſingen* sibi tradidit rogatu eiuſdem ſuper altare Sancti Nicolai poteſtatiua manu tradidit pro remedio animę suę uxoriſque ſuę et filiorum ſuorum. Huius rei teſtef ſunt: *Eppo de ſmidingen*, et frater eius *Aſchuin, Meginhart de pollenheim, Tiemo de ecco, Gerunch de haſelrvite, Geppo de malchingen, Egilolf de matiche, Salman, Meginhart, Ǒzi, Altolf.*

X.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus quod quedam nobiliſ matrona nomine *Adalheit de tanne* tale predium, quale erga marchionem *Dietpoldum* cum concambio acquiſiuit nomine *peneuentenrvite*, poteſtatiua manu ſuper altare ſancti Nicolai tradidit *Ödalrico* patauienſe epiſcopo et *Dietrico* comite aduocato eiusdem cenobii illud ſuſcipientibus cum omnibuſ, quę ad concambium eiuſdem predii pertinent. Huius rei teſteſ sunt: *Mazilie de mölheim* et frater eivs *Adalram de pleichenpach*, *Rötpreht de palsenze* et filii eius *Diether* et *Baldmar*, *Pezilie de hatindorf*, *Hiltebolt de gaginhartiſdorf*, *Eppo* et *Brön* miniſteriales eivsdem prefati aduocati comitis *Dietrici*.

XI.

Notum sit omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam nobiliſ uir nomine *Rapoto* cum filiiſ ſuiſ tradidit santo Nicolao unum manſum cum duabus uineiſ in loco, qui dicitur *Ruſt*, ad uſum fratrum inibi deo ſeruientium. Huius rei teſteſ sunt: *Otachar marchio*, *Dietricus* eiusdem ecclesię aduocatus, *Gebehardus de biugen*, *Meginhart de brukaberch*, *Hartwicus* et frater eius *Waltherus*, *Werigandus* comeſ, *Wolfkerus de aliub*, *Gebehart de adalgeriſpach*, *Manegolt de werde* et filius eius *Manegolt*, *Hartwicus de lengenpach* et *Otto* frater eivs, *Dietrich de laichelingen*, *Dietmar de rechperge*, *Chadolt de gelaneſdorf*, *Starfrit de panſewe*, *Heinricus de ernefungen*.

XII.

Notum ſit omnibus catholiciſ preſentibus ac futuris, quod *Reginhart de gaileſpach* tale predium, quale nobiliſ quidam *Reginpreht* nomine in eodem loco habuit, in manum ipſius ab eo delegatum rogatu eiusdem Reginberti ſuper altare ſancti Nicolai tradidit. Huius rei teſteſ sunt: *Adalbero*, *Meginhart de pollenheim*, *Adalrich*, *Sigifrit*, *Erniſt*, *Reginpreht*, *Wirent*, *Pernhart*, *Dietrich*, *Liuzman*, *Ekkerich*. Idem Reginhart tradidit etiam *Friderun* ancillam eiusdem Reginberti ſuper ean-

dem aram pro censu V. denariorum. Huius rei testes sunt predicti.

XIII.

Notum sit omnibus christi fidelibus, quod canonicus sancti Nicolai *Alphardvs* nomine tale predium, quale in loco *mitiche* habuit, et famulum suum *Perhtoldum* ancillamque suam *Luitkardam* cum filiis suis tradidit ad altare sancti Nicolai presente *Dietrico* aduocato pro remedio animę suę et parentum suorum. Huius rei testes sunt: *Gotefrit de gŏttinesdorf, Huch de pfolsu, Ernist, Chŏnrat, Werigant, Meriboto, Pezo, Heinrich de chemenaten, Dietrich, Pezilie, Danchmar, Loche*, Vesturę testis est *Dietricus*.

XIV.

Notum sit omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quidam *nobilis* homo *Ŏdalricus de willeheringen* tradidit ad altare sancti Nicolai quandam ęcclesiam in loco, qui dicitur *haginbŏch* dotatam cum hŏba nobilis uiri et uinea et mancipiis et omni utilitate sua pro remedio omnium parentum suorum. Huius rei testes sunt per aurem tracti *Hadamarus de hufrukke, Amelbertus de preitenwisen, Waltherus* et frater eius *Pruno de lenginnoie, Waltherus de uuiffe, Wigandus de hageningen, Ŏdalscalchus de tagedineschirchen, Eigil de hartheim, Huch de pholsu, Heinricus de hufrukke, Ekkericus de menna, Pernhart de trune, Rahewin de honegenpach.*

Super uillam *scalcheim*, quam dedit *Gebehart* sancto Nicolao pro redemptione animę suę isti sunt testes: *Liutwin, Ŏdalrich, Creselan, Diethoch, Woltregil, Adalram.*

Super uineas, quas dedit *Richinza* ad *imizinesdoroth* (sic) isti sunt testes: *Imbrich, Albeno, Adalhart.*

XV.

Notum sit omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quidam homo nomine *Dietpolduf* quoddam predium per manum cuiusdam *Adalrammi* tradidit super altare sancti Nicolai: Huius rei testes sunt *Adalram de aschaha,*

Eigil de harthelm, Razilie de piurpach et frater eius *Erniſt, Dietpolt de sunemanningen, Pernhart, Dietmar, Hartwich.*

XVI.

Notum ſit omnibus, quod *Reginpoldus de ſpahingen* tradidit quoddam predium ad *ſpahingen* ſuper altare sancti Nicolai. Huius rei teſtes sunt *Adalram de aſchaha, Eigil de hartheim, Rŏdolf de ſpahingen, Rŏdpreht de soumŏtingen, Otachar, Hartwich, Dietrich.* Et tradidit feruum *egilolfum* pro censu V. denariorum.

XVII.

Notum ſit omnibus, quod quidam *Gerhoch* ancillam ſuam *Azalam* cum posteris suis ſuper altare beati Nicolai pro censu V. denariorum tradidit per manum *Chŏnradi* parochiani sancti Seuerini. Huius rei teſtes sunt *Wolizo, Ȯdelſchalh, Egilolf, Ŏzi, Chŏnrat.*

XVIII.

Quidam homo nomine *Ȯto* tradidit unum mancipium *Ebergerum* ſuper altare beati Nicolai pro censu V. denariorum per manum cuiusdam uiri *Wolizonis.* Huius rei teſtes sunt *Enze, Ŏzi, Heinrich, Chazilie.*

XIX.

Quidam *nobilis* uir nomine *Waltchŏn* tradidit duo mancipia per manum cuiusdam *nobilis* uiri nomine *Rŏdperti* super altare beati Nicolai *Rŏdpertum* et *Adelberonem, Rŏdpertum* pro censu V. denariorum, *Adelberonem* in seruicium fratrum. Huius rei teſtes sunt *Meginhart de pollenheim, Fridericus, Liuzman, Dietrich, Marchwart, Iſinrich, Gotefchalhus.*

XX.

Wizĭman tradidit ſuper altare sancti Nicolai duo mancipia pro censu V. denariorum per manum cuiusdam *nobilis* uiri *Liutwini de schiltorf.* Hi sunt teſtes: *Meginhart de pollenheim Altolf, Richolf, Liuzman.*

XXI.

Gebeharduſ comeſ tradidit ſuper altare ſancti Nicolai hec mancipia pro cenſu V. denariorum et poſterof eorum. Hec ſunt Enzawib, Hizila, Ortwin, Perhta, Hagino, Egino, Azala, Judita, Hizila.

XXII.

Notum sit omnibuſ chriſti fidelibuſ tam preſentibus quam futurif, quod quedam *nobiliſ* mulier nomine *Goita* libere se ipſam tradidit ſuper altare ſancti Nicolai pro cenſu V. denariorum. Huius rei teſtef sunt *Otachar, Wolfker, Cchazilie, Zeizo, Waltchŏn, Otachar.*

Eadem conditione tradidit *Liupreht* ancillam et filiam ſuam *Gnanawib* cum posterif ſuis.

XXIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ* uir nomine *Erchanger* predium quoddam ad *sunemanningen*, quod *Gifila* et filia eius et *Ŏdelrich* in manu eius rogatu *Hartwici* delegauerant, poteſtatiua manu tradidit ad altare ſancti Nicolai. Huius rei teſtef sunt *Adalram de ascaha, Hiltibrant, Otachar, Hadapreht, Pernhart, Dietrich, Liuzman, Liutolt, Rŏdolf, Nanzo, ezzilo, Goteschalhus.*

XXIV.

Sub eiſdem teſtibus predictus *Erchengerus* predium, quod quidam *Rafoldus nobilis* uir in eodem loco ſitum in manu eius delegauit, rogatu ipſius Rafoldi tradidit ad idem altare pro remedio animę ſuę et parentum ſuorum.

XXV.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *nobiliſ* uir nomine *Ekkepolt* tradidit ad altare ſancti Nicolai agrum unum ad *oſterenuelde* pro remedio animę ſuę et parentum ſuorum. Huius rei teſtef sunt *Otachar, Timo, Werinhart, Perhtolt, Erchanger.*

XXVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quia nobilis liber *Engilbertus de Blanchinbere* pro remedio animę ſuę et parientum ſuorum, ſpecialiter tamen pro-salute dilecte sue coniugis *Sophye* et filii ſui *Dietmari* predia ſua propria et ſubſcripta manu ſua potestatiua tradidit ſuper altare S. Nicolai in perpetuoſ uſuſ congregationis illius poſt ſua tempora irrefragabiliter, Nam in eodem loco tam sibi quam uxori et aliiſ ſuis poſteriſ elegerat ſepulturam, quam per dei gratiam ibi poſtmodum cum ſuiſ progenitoribus ſunt ſortiti, Hanc ſiquidem liberam delegationem ſuam, ut ſemper ſtabiliter permaneret, ſepuis renouatam confirmauit. Primo ſiquidem in ſepultura coniugis sue *Sophye,* ſecundo in ſepultura filii ſui Dietmari, tercio uero, cum duceret quandam *nobilem Chvnigvndam* in vxorem, quam cum dotaret aliiſ ſuis prediis, ad robur facti prioris hec excepit. Nouiſſime autem cum apud s. Georium in avſtria uicinus morti teſtamentum extremum de omnibus ſuis faceret, predia prius eccleſie S. Nicolai collata tunc contulit et conferendo libere confirmauit. Excepit enim hec eadem predia cum aliiſ in futurum conquirendis et pro ſalute animę ſuę quo uellet, conferendiſ, cum per collationem quorundam prediorum ſuorum in proprietatem Patavienſis eccleſię ſub certa tamen conditione rediret ad gratiam domni *Chvnradi* tunc *Patavienſis epiſcopi*, quem circa *Ahſcha* grauiter offenderat in conflictv. Hec ſunt predia: curia in *Aigilſperge* cum ſuis attinentibus et predium totvm, quod ibidem Siboto cecus poſſedit, Curia in *Windeſtige* cum omnibus illuc pertinentibus, Curia ad *Hirzman* cum ſuis attinenciis, Curia Chvnradi *ad portum contra Ahſcha,* Curia in *Berchaim* cum omnibus illuc pertinentibus, Molendinum in rino *Roſbach* et alia. Hii ſunt teſteſ delegationiſ predicte hinc inde ſepius renouate: *Vlricus de Nordirnbach* et frater eius *Engilbertus*, *Siboto de S. Vlrico, Wernhardus de aȣe, Rikerus de blanchinbach* (sic) pater *pilloniſ, Hiltprandus* et frater eius *Albrandus*, *Chunrat de apphilſpach, Duringo de Aicha* et frater eius *Hadmarus. Marquardus gallus de beura, Arnoldus der lader* et frater eius *Timo* et *Albertus, Wernherus de Wiglinſtorf*, *Egeno de nuzpȩme*, *Otto Aſcholvinge,*

Eberwinus de Fivhtinbach et frater eius *Robertus, Hezilo de wenſin, Hermfridus* frater eius, *Heinricus de S. Virico* et fratres eius *Siboto* et *Vlricus, Heinricus de winſperch* et frater eius *Wernherus, Alber Germanſperge, Einwicus de Vifchpach, Fridericuſ de Taking, Ernfridus de Lintawe, Siboto Ermanſtorf* et alii quam plures.

CCXLI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam poſteris, quod quidam *Odalricus* nomine de familia beati Nicolai tradidit predium ſuum in *Taiberſhaim* ſuper altare ſancti Nicolai per manum *Nendingi* uſui fratrum profuturum. Teſtef ſunt *Waltherus* mercator, *Iſinricus* cocus, *Dietricus, Diethmarus, Heinricus* frater eius, *Cŏnradus, Gotſchalcus.*

CCXLII.

Omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris ſignificamus, quod quidam *nobilis De Blanchenberch Engilbertus* nomine una cum uxore ſua *Chunigunda* tradidit predium ſuum curiam ſcilicet in *Harkerſdorf* et hûbam unam *in monte* ſuper altare S. Nicolai per manum cuiusdam *nobilis Rapotoniſ De lapide* preſente *epiſcopo patavienſe theobaldo.* Huius rei teſtef sunt *Wachûnus de lapide, Ŏlſchalcus, Liutolt de ſavirſteten, Liuthart, Durinch*, ſtirenſiſ, *Sigehart, Durinc de Schaltarn, Cunradus de ſchache, Gotefridus, Rûdolfus marſchacus* (sic) *Diethohus* pincerna, *Fridericus, Ózo* urbani.

CCXLIII.

Noſcant omneſ fideleſ chriſti tam preſenteſ quam poſteri, qualiter diſcuſſa ſit contentio inter fratreſ S. Nicolai et dominum *Liutoldum de ſavirſteten* et uxorem eius *Gerdrudem* habita de predio in *frigendorf*, quod quedam *Jutta de pornheim* predicte Gerdrudiſ aua (sic) cum filio ſuo *Gumpoldo* ſuper altare beati nicolai delegauerat. Prefata enim Gerdrudiſ acceptiſ VI talentiſ una cum filiiſ et filiabus ſuiſ, quarum unam *Heinricus de Waldekke* uxorem habenſ pro ea renuntiavit, ceteri preſenteſ una cum matre ſua et patre eatenus, ut dictum eſt, iuri ſuo abrenuntiauerunt. Teſtef ſunt *epiſcopus patavienſis theobaldus,*

ſub cuius id preſentia factum eſt, *Heinricus* frater eiusdem Gerdrudis, qui etiam ipſe abrenuntiavit, *Purchardus de chambe* canonicus, *Rudegerus* et frater eius *manigoldus de aheim, Livtoldus* et *Pernhardus de ſauirſteten. Alchkerus* et *Heinricus de waldekke, Arbo de Mitich, Meingotus de Niwenburch. Diethohus, Rûdolfus, Livthardus, Rûdolfus, Dietmarus, Chûnradus, Albreth, Heinrich, Wernhart.*

CCXLIV.

Noticie tam preſentium quam futurorum tradimus, quod quidam *Fridericus* et frater eius *Otto de Shonenpûhel* ſeruum ſuum nomine Livpoldum ſuper altare S. Nicolai delegauerunt. Teſteſ ſunt *Ekkericus, Dietricus, Iſinricus, Heinricus, Wernherus.*

CCXLV.

Memorie omnium fidelium tam preſentium quam futurorum tradimus, quod quidam *Rûdigerus de Grûnnenpach* mancipium ſuum nomine Bertham cum filiiſ et filiabus ſuiſ natiſ et naſciturif cuidam *Nantwino de Encewif* peticioniſ et munerum ſuorum gratiâ poteſtatiua manu tradidit eo tenore, ut ſecundum peticionem prefati Nantwini ſuper aliquod altare delegaretur. Delegationis uero poteſtaſ in cuiusdam *Ekkeberti* fratris predicti Rûdigeri manu fuit. Supradictus igitur Nantwinus de manibus Ekkeberti ad *adelrammum* puerum quendam delegationem primam detulit eodem Ekkeberto et Rûdigero et *Bertha* ſorore ſua iuri ſuo abrenuntiantibus et ſub datiſ teſtibus: *Ovdalrico de eccleſia S. Marie, Alberto de Janeſtorf* et filio ſuo *Adalberto, Ruhewino de eccleſia S. Marie, Ottone de Weſterndorf, Herliebo de poſſemunſter, Ólrico de encewif* precone, *Cönrado, Gundacharo, Heinrico, Sigeloho, Wernhardo de Satelaren.* Secunda delegatio de manibus prenominati adelrammi pueri ad *Wernhardum de Grauendorf* deſcendit. Tercia uero delegatione prefatus Wernharduš iuxta peticionem pretaxati Nantwini predictam feminam Bertham beato Nicolao ſuper altare delegando contulit ſubſcriptiſ teſtibus, *Ódlrico camerario de Owenchirchen, Gundacharo de Encenwif, Iſinrico, Sibotone, Erchengero, Wernhardo, Cünrado, Dietrico.*

CCXLVI.

Nouerint uniuerſi chriſti fideles tam preſentes quam poſteri, quod *nobilis* domna *Chvnigvnda* tunc uidua *de Blanchinberc* poſt mortem mariti ſui domni *Engilberti* interueniente pro ipſa domino *Diepoldo* tunc *Patauienſe epiſcopo* et *duce B. de Merania* et pluribus aliſ obtinuit a capitulo S. Nicolai predia quedam ad tempora uitę ſuę ita uidelicet, ut, quamdiv ipſa uiueret, ſingulis annif XXX denarios in ſignum proprietatiſ de eiſdem prediiſ ſolueret capitulo ſupradicto. Poſt mortem uero ipſius ſine alicuius contradictione rediret in uſus et proprietatem eccleſię, cui primitus fuerant auctoritabiliter delegata, domnuſ enim Engilbertus quondam marituſ ſuus longe, antequam ipſi nuberat, eadem predia ſua cum aliis contulerat eccleſie S. Nicolai pro ſalute animę ſuę Sub teſtibus idoneiſ et probatiſ et aliaſ prenotatiſ. Hii ſunt teſteſ, qui predicto contractui in quodam Paſcha apud S. Nicolaum celebrato aderant preſenteſ.

CCXLVII.

Ego *Elizabeth cometiſſa de Orthenberch* Omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris notifico, quod ego de predio meo in *Plade* tantum uidelicet, unde talentum unum annuatim ſoluendum eſt, et preterea calicem auri pro remedio anime patris mei *comitiſ Gebehardi* et matriſ mee *Mahthildiſ* et mariti mei *comitiſ Rapotoniſ* et fratris mei *comitis Beringeri* et omnium parentum meorum eccleſie beati Nicolai contuli eatenus, ut nulluſ eiusdem loci prepoſitorum nec aliquiſ ſubditorum ſuorum vel etiam aliquiſ hominum prefatas reſ vendendi uel obligandi vel quoquo modo alienandi habeat poteſtatem, ſed ut in die beati Narciſſi proximo uidelicet die poſt natiuitatem apoſtolorum Symoniſ et Jude memoria iam dictorum parentum meorum in miſſa defunctorum agatur et refectio fratribus deo inibi famulantibus et uniuerſe etiam congregationi adminiſtretur. Poſt deceſſum uero meum hec mutata in anniuerſario obitus mei die fieri ſtatuantur. Per manus autem *Walchůni de Lapide* hec tradita eſſe notum ſit. Teſteſ ſunt *Chůnradus* filius eiusdem Walchůni, *Ekkehardus de fůhte* et *Otto* filius eius, *Hartwicus de Hage*, *Chůnrat de Razinesdorf*, *Harturicus de Gegenbach*, *Hugo de*

valchenberch, Walchûnus de Lohe, Heinricus de Trebesrûte, Heinricus de Rûmtingen, Engilmarus de Entheim, Heinricus de Torringen. De familia S. Nicolai *Waltheruſ, Heinricus, D'ethricus.*

CCXLVIII.

Noſcant poſteri noſtri, quod *Meingotus* miniſterialiſ S. Marie tradidit ſuper aram S. Nicolai per manus fratrum ſuorum *Uolkmari* et *Dietrici* ſeruum ſuum Dietmarum ad cenſum quinque denariorum. Huius rei teſteſ ſunt *Waltherus ſacerdoſ, Otto* plebanus, *Hermannus* ſcolariſ ipſius, *Dietmarus, Albertus, Erneſt, Chunradus, Dietricus.*

CCXLIX.

Omnibus chriſti fidelibus notum ſit, quod *Adelheidiſ* uxor *Hartwici,* qui *ſchuhe* dicebatur, una cum prole et omni poſteritate ſua cenſualiſ eccleſie nostre eſt ad V denarioſ.

CCL.

Nouerint omneſ tam futuri quam preſenteſ, quod domna *Perhta de Meſſignen* quandam Adelheidim ad cenſum quinque denariorum ſuper aram S. Nicolai tradidit. Huius rei teſteſ ſunt *Dietmarus* et frater ſuus *Heinricus, Chunradus* preco.

CCLI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam *Alrammus* nomine tradidit ſuper aram S. Nicolai predium, quod habuit in *Grube,* per manum cuiuſdam *nobiliſ* uiri *Sibotoniſ* nomine ad uſum fratrum deo et beato Nicolao ibidem ſeruientium. Huius rei teſteſ ſunt Ipſe Siboto, *Erharduſ, Pernoldus, Heinricus* urbani. De familia S. Nicolai *Rvdigerus, Werganduſ, Albertus.*

CCLII.

Nouerint omneſ chriſti fideleſ tam preſentes quam futuri abdicationem predii *Wigolfingen* ſiti factam a *Benedicta* et filiiſ ſuiſ *Gebehardo* et *Rapotone* et ceteriſ filiiſ et filiabus ſuiſ coram

canonico et cellerario noſtro *Chunrado* et ceteriſ idoneiſ teſtibus. quorum nomina ſubſcripta continentur: *Vdalricus de Orte, Wernhardus prepoſitus de moſcheimen, Vlricus troſt, Chunradus de wilbach, Dietricus de viſenhart, Waltherus de wigratingen, Heinricus de winchelheimen, Perhtoldus mangelhart, Eberhardus de ekkartingen, Siboto de hehingen, Heinricus* uillicus de *ſcalcheimen* et *Chnetrich de Orte.*

CCLIII.

Ego *Heinricus* de ſancto Nicolao *prepoſitus* cum uniuerſitate noſtri conuentus notum facio tam preſentibus quam futuriſ, quod quidam *nobiliſ* homo *de Aſingen Otto* nomine tradidit predium ſuum, cui inſedit in eadem uilla pro remedio anime ſue beato Nicolao per manus cuiusdam *nobiliſ* uiri *Ekkerici de Hugenberge* hoc pacto, ut *Beringeruſ* filius ſororis eiusdem *Ottoniſ* cum omni poſteritate de ſemore ſuo exeunte ad cenſum L denariorum fratribus noſtriſ annuatim in natali apoſtolorum Philippi et Jacobi ſoluendum habeat Et ſi cenſus ille tribus anniſ ordine preteritiſ retinebitur, predictum predium totaliter in uſum eccleſie tranſire debet omniſ contentioniſ obſtaculo remoto. Teſteſ ſunt *Ekkericus* eiusdem predii legatarius et frater ſuuſ *Wolfgangus* et eiusdem filius *Dietmarus, Rafoldus de Heingen, Gerhalmus* et *Heinricus de Aſingen* et hii omneſ *liberi Richkerus de Weſen, Wernharduſ de Orte, Cûnradus de Eichperge* miniſterialeſ, *Willehalmus, Wernhardus, Dietmarus* ciueſ patauienſeſ. De familia eccleſie *Uvernhart, Walther, Albertus* et alii quam plures.

CCLIV.

Notum ſit omnibus tam futuriſ quam preſentibus, qualiter terminata ſit controuerſia, que fuit inter fratres ſancti Nicolai et duoſ germanoſ *Manigoldum* uidelicet et *Heinricum de Aheim* de duobus prediiſ vno ſito in *Frigendorf* et altero in *Roſſepach.* Predicti ſiquidem germanicum prius in eiusdem litiſ deciſione pecuniam a fratribus accepiſſent, iterato eorundem prediorum proprietatem ſibi adſcribebant, Vnde factum eſt, ut ſupra pecuniam prius acceptam X iterum talenta acciperent, iuri, quod in prefatiſ prediiſ habere ſibi uidebantur, in preſentia venerabilis *epiſcopi patavienſis Wolfkeri* abrenunciänteſ Hoc tenore adpoſito,

ut, ſi memorata predia uel etiam alterum eorum a quoquam impeteretur, quo ipſi in quam ſecundum iura gentium ſuo tuerentur patrocinio. Cuius rei teſtes ſunt *Gotefchalk de Wanin-chouen*, *Rihkerus de Weſen*, *Alhkerus* et frater eius *Heinricus Meingoz* et hii tres *Niwenburgenſes*, *Güntheruf*, *Engilbertus de Norderpach*, *Ebo de Poſſemunſter*, *Conradus de Walde*, *Siboto de Einhardeſtorf*, *Rûdolfus* marſchalcus, *Cŏnradus de Giſenberge*, *Cŏnradus de Puhel*, *Arbo de Grûbe*, *Wernherus de Rŏweſdorf*. Et de familia S. Nicolai *Dietmarus* et frater eius *He nricus*, *Cŏnradus Siboto*, *Cŏnradus* et frater eius *Rûdigeruf*, *Wikhardus*.

CCLV.

Notum ſit vniuerſis preſencia inſpecturis, quod ego *Syboto Locharius* Ciuis in *Tekkendorf* jus meum in bonis *Loch* viris ydoneis et diſcretis videlicet judice *Vlrico*, *Heinrico ſartore*, *Levpoldo*, *Chunrado* filio *Perili* . . . *Ingramo*, *Gervngo* et pluribus aliis fide dignis noſtre ciuitatis ciuibus pocioribus preſentibus in manus domini *Sybotonis* viceplebani Eccleſie in *Sebach* manifeſtius reſignauit (sic). Anno inquam domini M.° CC.° Nonageſimo Quinto ſcolaſtice virginis *).

CCLVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *Siboto de Prambah* pro anime ſue remedio ſuper aram S. Nicolai per manum *Wernhardi de Gaelſpach* tradidit tale predium in *Prampah*, quale attinebat duabus curtibus, quam (sic) *Gundakarus* et *Albertus* coluerunt, et in eodem predio molendinum. Cuius rei teſtes ſunt Wernhardus eiusdem predii legatarius, *Ovlricus de Nordernpach*, *Herbordus* ſeruuſ eius, *Pertoldus de Dahſperch*, *Meinhardus de Ripperge*, *Engilbertus de Raenſhouen*, *Ovlricus de Linzingen*, De familia *cometiſſe de Ortenberch* *Eberwinus*, *Pernhardus*, *Heinricus*, De familia S. Nicolai *Heinricus*, *Erkengerus*, *Chalhohus*, *Heinricus*, *Rûdigerus*, *Dietmarus*, *Dietricus*.

CCLVII.

Sub eiſdem teſtibus tradidit *Ovlricus de Nordernpach* per manum *Meinhardi de Ripperge* ſuper aram S. Nicolai

*) Schrift aus der zweiten Hälfte des 13. Jahrhunderts.

duoſ agros unum in *Mucenwinkel* et alterum in *Tucelingen* ſitum et tria curtilia in *Owenbach* eo tenore, ut ad tempus uite ſue habeat et in ſignum donationis quolibet anno VI denarioſ in feſto Johanniſ et Pauli martyrum inde perſoluat. Iſtorum autem uterque *Ovlricus* uidelicet *de Nordernpach* et *Siboto de Prampah* predium ſuum ad oblationem in anniuerſario die ſuo fratribus dandam aſſignauit. Sub eiſdem teſtibus delegauit *Meinhardus de Ripperge* ſuper aram S. Nicolai predium in *Eſkertönowe*, quod fratreſ a quinque germanis pecunia redemerunt.

CCLVIII.

Nouerint omnes chriſti fideleſ tam futuri quam preſenteſ, quod quidam conuerſus frater noſter nomine *Rapoto* pro remedio animę ſuę et patriſ ſui quandam ancillam ſuam Hademudim et filiam eius Perhtam ad cenſum V. denariorum et filium eiusdem Chûnradum in ſeruum ſuper altare ſancti Nicolai tradidit. Huiuſ rei teſteſ ſunt De familia comitiſſe *Heinricus de Rûmetingen*, *Heinricus de Lôterbach*, *Chunradus de Môra*. De familia eccleſię *Dietmaruſ*, *Siboto*, *Albertus*, *Waltherus*.

CCLIX.

Memorie tam futurorum quam preſentium committimus, quod quidam *Gozwinuſ de Reinpach* ſeruum ſuum Herrandum nomine ad cenſum V. denariorum ſuper aram S. Nicolai tradidit. Huiuſ rei teſteſ ſunt *Ôdalricus albuſ* et filiuſ ſuus *Ôdalricus Otacharus Heinricus de Michilnbach*, *Chunradus* preco noſter, *Wernharduſ hûſel*.

CCLX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam *Berhta* nomine *de grünbach* tradidit ſuper altare ſancti Nicolai Adelheidam per manum *Wernhardi de graeuendorf* ad cenſum V denariorum. Huius rei teſteſ sunt *Naentwinus*, *Wernhardus* faber, *Ekpreht*, *Siboto*, *Perhtoldus*, *Heinricus* uillicus, *Rudigerus de wilpahc*, *Haertwicus* uillicus *Erneſto*.

Sub eiſdem teſtibus tradidit domna *Petriſſa* uxor domni *Waltheri de paeſchingen* Chunigundam ſuper altare S. Nicolai ad cenſum V denariorum.

CCLXI.

Notificamus cunctiſ chriſti fidelibus, quod domnus *Eberhardus* plebanus de *taiſchirichen* tradidit ſuper altare ſancti Nicolai uineam apud *uuzeſprun* ſitam ea interpoſita condicione, ut quicquid ſinguliſ anniſ ex ea utilitatiſ proueuerit, in anniuerſario ipſius fratribus et chriſti pauperibus karitatiue amminiſtretur. Huius rei ţeſteſ sunt *Albertus* et filius eius *Rudigeruſ*, *Iſinricus* cocus et filius eius *Rudigeruſ*, *Wernhardus hôſel*, *Erneſto* et frater eius *Dimarus* (sic).

Sub eiſdem teſtibus tradidit *Rapoto* conuerſuſ ſuper altare S. Nicolai Hademûdam et liberos eius ad cenſum V. denariorum.

CCLXII.

Ut, quod noſtriſ geſtum eſt temporibus, firmum debeat et ſtabile permanere, tam modernorum quam poſterorum omnium chriſti fidelium noticie preſcripta preſentia tranſmittimus, quod quidam ciuiſ patauienſiſ de familia ſancti Nicolai *Dietmaruſ* nomine pro anime ſue remedio quandam uineam ſuam in *liten* tribus eccleſiiſ in Patauia videlicet ſancti Stephani, ſancti Nicolai et ſancţe Marię ad communem uſum ordinauit tali modo, quod anniuerſario obitus ſui die canoniciſ chori talentum unum et conuentui in ſancto Nicolao talentum vnvm, et conuentui ſanctę Marie talentum unum, filię ſuę Wiradi talentum unum et pauperibus talentum unum in elemoſiniſ erogandum de eiusdem uineę prouentibus annuatim perſoluatur. Preterea duo talenta ad uineę culturam ordinauit expendenda Et cum de eiſdem prouentibus parſ ſupereſt iſtiſ ſeptem talentis equipollenſ uel maior (sic) Ad huius adminiſtrationiſ curam eligendus eſt unus ex canoniciſ chori, de cuius non dubitetur prudentia, quin prouida ſollicitudine ita diſponenda diſponat, ut de perceptis uſibus ita ordinet, ut, ſi uinea dicta anno aliquo in fructu ſuo iuxta conſuetum non reſpondeat, ipſe tamen ſeptem prenominata talenta nichilominus exoluat de ſuperhabundante commodo ſuo, quod preceſſit cenſum, qui ſtatutus eſt, redditurus. Huius rei teſteſ ſunt *Heinricus* iudex *Heinricus* et frater eius *Ekkehardus de uurt*, *Willehalmus de lapide*, *Ôlricus precingaer*, *Engelbertus filius madelwini*, *Vzzo*, *Dietmarus de chramae reſſleine*, *Livthardus* nepoſ eiuſdem Dietmari, *Arnoldus* pvlſator.

CCLXIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod domna *Elizabet comitiſſa de orthenberc* poteſtatiua manu tradidit ſuper aram ſancti Nicolai manſum unum in *ecke* pro remedio anime filie ſue *Mahthildif comitiſſe de valei*, que ſe in eodem monaſterio ſepeliri poſtulauit. Huiuſ rei teſteſ ſunt *Wernhardus de ort, Echolfus de Wart, Eckolfus de Poſmvnſtere* Militeſ ex familia ipſius, *Rapoto de wert, Albertus prepoſitus, Everwinus, Rikerus, Cŏnradus* cellerarius, *Reinhardus de nvinburc* et de familia eccleſie *Wernhardus*, *Waltherus*, *Dietmarus* et alii quam plures.

CCLXIV.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam matrona nomine *Wiulfhilt de ſcovenberc* pro remedio anime ſue tradidit per manum *Bertoldi* predium quoddam in *ſteinbrucke* ſuper aram ſancti Nicolai ad uſum fratrum deo ibidem ſeruientium. Huius rei teſteſ ſunt *Bertoldus de Wibarn. Rŭbertus* officiarius ſancti Nicolai, *Albertus*, *Waltherus*, *Ruidigerus*, *Cŏnradus de Harbach, Hainricus de Nevnlingen.*

CCLXV.

Notum fieri uolumus omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam *nobiliſ* homo *de Hugenberge Ekkericus* nomine medietatem predii ſui, quod in *huginberg* habuit, pro remedio anime ſuę et parentum ſuorum per manum *Wolfkangi de pirchahe* ſuper aram S. Nicolai tradidit. Huius rei teſteſ ſunt *Eberhardus* plebanus de *Nordernbach, Ditmarus de Riede, Ŏdalricus* et frater ſuuſ *Engilbertus de nordirnbach, Walchunus*, *Ekkardus*, *Pernoldus*, *Entricus*, *Fridericus, Chunradus*, *Heinricus*, *Richolfuſ, Chunradus* faber *Sifridus* carpentarius in Niwenchirchen, *Rudolfus de Emelingen, Rudibertus de Norderinbach.*

CCLXVI.

Ne preſentiſ etatiſ negotia obliuio conſumat, litterarum indiciis ſolent eternari. Notum igitur facimus tam preſentibus

quam futuris chriſti fidelibus, qualiter dilectus concanonicus noſter dominus *Otacharus*, dum iter gratia orandi ad ſanctum Jacobum arriperet, ſaluti anime ſue parentumque ſuorum ſalubriter proſpexit ita, quod domum unam tradidit ſuper altare beati Stephani, de qua annuatim perſolwntur XVIII solidi. Ex hiſ, ſi dominus, qui eſt ordinator omnivm, reditum ſuum non conceſſerit, X solidi in anniuerſario ſuo dominis chori perſoluendi sunt. Tres ſolidi dominabus ſancte Marie, tres fratribus S. Nicolai, LX (denarii), qui ſuperſunt, remanebunt ad reſarciendam, ubi opus fuerit, domum eandem. Xenivm vero, quod perſoluendum eſt in natiuitate domini, cuius ſumma sunt XXXVI denarii, ſpectat ad eum, cui ipſa domus ordinanda committitur Inſuper uineam unam ſitam in *Wenzurlperge* poſuit in manu domini *Tymonis* et domini cellerarii *Vlrici*, ut, ſi reditum ſuvm dominus non concederet, eandem uineam traderent ſuper aram beati prothomartyris ita, ut de uſu frvctu proueniente de uinea et de X. solidis de domo prefata perſoluendis VI. solidi recipiantur et annuatim in feſto S. Stephani in natiuitate domini dominis in refectorivm preparetur. Domus prememorata, ſi forte incendio deſtrvcta fuerit, de uinee exuberantia repariri debet. Inhabitator domus, ſi contigerit dominum Otachorum decedere, uſque ad finem uite ſue domum inhabitare debebit. Huius teſtamenti sunt teſtes *Heinricus* decanus, *Heinricus*, *Tymo*, *Albero*, *Gotfridus*, *Vlricus* celerarius, *Engelpoldus*, *Willihalmus*, De laycis teſtef sunt *Ditmarus*, *Swingaere*, *Marchuardus* cocus, *Albertus*, *Waltherus* filius *Gozonis*, *Hermricus*, *Willibertus*, *Gotfridus Ofingaere*, *Rvdigerus* panifex.

CCLXVII.

Ea, quorum diuturna debet haberi memoria, ne cum ſucceſſiuis temporum decurſibus tranſeant in obliuionem, ſcripto neceſſarium eſt commendari. Conſtet itaque uniuerſitati omnium, quod dominus *Vlricus de Nordirbach* tria predia in *Owinbach* libere poſſeſſionis ſue, que primitus per manus cuiusdam *nobilis Meinhardi de Ripperch* nobis obtulerat, ius quoque infeudationiſ trium beneficiorum unius in *ſtainprvch* et alterius in *Mucinwinchil* et tercii in *Tucilinge*, que ex donatione noſtra habuit in poſſeſſione, poteſtatiua manu consanguineiſ ſuis preſentibus

et a iure ſuo cedentibus in audientia publici placiti ſcowinberigenſium noſtre contulit eccleſie ea tamen condicione, ut quantitatem prouentuum, qui ex prediis oblatis nobis poſſunt accedere equa rerum noſtrarum eſtimatione uel de cellario (sic) uel de granario noſtro rependamus. Teſtes sunt *Engilbertus* frater ſuus, *Ortolphus* filius eiusdem Engilberti, *Liutoldus* dapifer, *Chunradus* iudex, *Hainricus de Tobil* et fratres ſui *Eiſinricus*, *Vlſcalcus*, *Chůnradus*, *Vlricus ſicho*, *Marchardus* liber, *Chůnradus de Edileinſperch*, *Peringerus*, *Heinricus* faber, *Waltherus* frater ſuus.

CCLXVIII.

Wolfkangus de Pircha delegauit predium *Ekkerici de huginberg* ſuper altare beati Nicolai. Huius rei teſtes sunt *Ebirhardus* plebanus *de Nordirbach*, *Vlricus* et frater ſuus *Engilbertus de Nordirbach*, *Dietmarus de ride Walchunus*, *Ekkihardus*, *Pernoldus*, *Entricus*, *Fridericus*, *Chunradus*, *Heinricus*, *Ricolphus*, *Chunradus* faber, *Hainricus*, *Siuridus* carpentarius in wenchirchen, *Vdalricus*, *Heinricus*, *Hainricus* iudex *Hainricus* frater ſuus, *Ekkihardus de vurt*, *Willehalmus de Staine*, *Vlricus precingar*, *Engilbertus* filius *madelwini*, *Vzo*, *Dietmarus de Chramerſtain*, *Liuthardus* nepos eiusdem Dietmari, *Arnoldus* pulſator.

CCLXIX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus, quod quidam *mileſ* de familia comitiſ Hainrici de Ortinberc, videlicet dominus *Chunradus de Harbach* ſervvm ſuum Chŏnradum et treſ ſororeſ ſuaſ, videlicet Rickardim et Tŏtam et Chvnigundim cum duobus pueriſ ſuiſ tradidit ſuper aram S. Nicolai ſine omni iure aduocationis, quarum videlicet ſororum Tŏta et Chvnigundiſ matreſ puerorum extiterunt. Huius rei teſteſ sunt *Albertus de bernſteine* et frater eius *Eberhardus*, *Chvnradus* et *Fridericus de Steinchirchen*, *Vlricus prepoſitus de Levbolving*, *Ebervinus*, *Siboto* et alii quam plures.

CCLXX.

Vt, quoḍ nostris actum eſt temporibus, futuriſ etiam innoteſcat hominibus, neceſſarium eſt, ut ſingula queque memorie

digna ſcripto commendemuſ. Eapropter omnibus chriſti fidelibus tam futuriſ quam preſentibus per preſencia ſcripta ſignificamuſ, quod noſ communicato conſilio et conſenſu ciuium illorum, qui de manv noſtra ortoſ ciuili iure ſuſceperunt, tale decretum ſtatuimus, ut quilibet eorum cenſum, quem daturuſ eſt, in feſto beati Martini vel in propria persona vel per nuncium ſuum ad domum noſtram deferens nulla niſi ualde legitima occaſione impediente perſoluat. Si quiſ autem eo ipſo die cenſum ſuum dare neglexerit, ſentencia in eum data pena XII. denariorum multetur et eoſ unacum debito cenſu poſt XIIII. dieſ, niſi legitimam pretendere poſſit occaſionem, perſoluere teneatur. Si uero et in illo die debitum dare neglexerit, ſentencia iterato in eum data pena XII denariorum puniatur et ſic poſt ſinguloſ XIIII dies et debitum et pena iuriſ negelecti ab eo exigatur, quoad uſque vel debitum plenarie ſoluat vel legitime cum domino prepoſito aut eius uicario componat. Si autem nec primo nec ſecundo nec tercio anno cenſum debitum perſoluerit, anno quarto venienſ debitum totaliter perſoluat et de pena delicti ſui cum domino prepoſito legitime componat. Si uero hec omnia temerarie ſuperſedere preſumpſerit, quinto anno data in eum conciuium ſuorum ſentencia ab omni iure, quod habebat, penitus cadat et ortuſ, quem de manv noſtra receperat, in uſuſ eccleſie proprietatiſ iure redeat. Preterea decreuimus, ut, ſiquiſ ortum ſuum uendat, et iſ, qui uendit, et iſ, qui emit, uterque nobiſ XXX denarios perſoluat. Item decreuimus, ut omnes, qui iure burgenſi ortoſ a nobiſ acceperint, ſemel in anno, quocunque die dominus noſter prepoſitus decernenſ eoſ conuocauerit per nuncium eius, ad placitum ſuum conueniant, ut, ſi qua inter eoſ liſ vel de leſiſ terminiſ vel de quacunque alia cauſa, que ad iuſ domini prepoſiti pertinet, mota fuerit, ibi coram ipſo uentiletur et ſententialiter terminetur. Siquis autem huic placito ſe niſi legitima prepeditu occaſione ſubtrahere preſumpſerit, pena XII. denariorum puniatur. Contractuſ huiuſ et tractatuſ teſteſ ſunt ipſi burgenſeſ, qui eoſdem ortoſ iure ciuili de manv noſtra ſuſceperunt et hec nomina eorum, et hii orti, quos poſſederunt: *Hainricus vliefer* duoſ, *Otto Chloſiner* unum et dimidium, *Rudigerus Ruzwrm* dimidium, *Hainricus ſacerdoſ* monialium Sancte Marie unum, *Chunradus Selzarius* unum, *Albertus Schrinprotil* vnum, *Chunradus*

dimidium, *Waltherus*, *Iſinricus* vnum et dimidium, Domini de choro vnum, ſed tantum VI denarios inde ſoluere debent, *Herbordus* Sartor duos et dimidium, *Vlricus prencinger* vnum, *Dietricuſ* Sartor treſ, *Ekkardus de fort* duoſ, quod a uidua *Ottonif Berner* emit, ſoluit X et VIII denarioſ tantum, Vidua *Levthardi* vnum, Preterea nunc de nouo conceſſimus hortum domini Sibotonis fabro ad cenſum XXX denariorum, *Pernoldo* dimidium ad cenſum XXX denariorum, que priuſ habuerunt filii Lamberti.

CCLXXI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam *Tymo Rvſticus de Geginerigen* in natale S. Marię filiam ſuam Herborhim nomine ſuper altare Nycolai ad cenſum V. denariorum delegauit. Huiuſ facti teſtes sunt *Wergandus* carpentarius, *Gerboto hyrcus*, *Siboto*, *Siboto* apud ſontem, *Eberwinuſ*, *Waltherus*, *Heinricus fôrſto*, *Albertvs* carpentarius, *Wernhardus*.

CCLXXII.

Nouerint omneſ, ad quoſ hoc ſcriptum peruenerit, quod de nouo foro *heinricuſ* cognomine *Niger* et uxor ſua chriſtina beato Nicolao domum pro remedio animarum ſuarum contulerunt hoc pacto, ut altero decedente ſuperſteſ religioniſ habitum induat, ſi placet domus collata beato nicolao deſeruiat. Huius rei teſteſ ſunt *Geroldus de fouea*, *Hiltprandus de nouo foro*, *Ditricus ſtrathel*, *Heinricus plenchel*, *arnoldus* de inferiore urbe, *eberhardus* textor, *Vlricus plaſer*, *Ortwinus*, *Vlricus* preco, *eberhardus*, *Cunradus*, *Sigehardus*, *Waltheruſ*.

CCLXXIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuriſ, quod quędam *nobiliſ* femina *de lôge* nomine *Hermelint* tradidit ſuper altare ſancti Petri in cripta aput ſanctum Nicolaum pro remedio animę ſuę omniumque parentum ſuorum mancipium I. nomine Berhtam et filium eius cum ceteriſ poſteriſ ſuiſ ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſteſ sunt *Vlricus*, *Albero*, *Heinricus*, *eberwinus* et ceteri quam plureſ.

CCLXXIV.

Willehelmus de ſamberch tradidit nobis agrum quendam in *Hezmanſdorf*. Huius rei teſteſ ſunt *Conradus de valchenſtein*, *Heinricus de Carpfenſtein*, *Heinricus de tobel*, *Prepoſitus Richersberge*, *Otto* et *ſiboto*, de familia noſtra *Heinricus* mileſ, *Alrammus*, *Albero priſ*, *Lodewicus* et alii quam plures.

CCLXXV.

Notum ſit preſentibus et futuriſ, quod *Wernhardus de lainpach* et eius filia *Gertrudis* tradiderunt ſe beato Nicolao iure cenſuali ad cenſum annuum quinque denariorum et hoc ob remedium animarum, cum priuſ liberi fuiſſent. Huius rei teſtes fuerunt *Chůnradus de Oberndorf*, *Heinricus* et *Chůnradus de lainpach*, *Dietricus de Neblingen*. Sunt autem hii cenſuales in parochia *hŏtarn* domicilium habentes.

CCLXXVI.

Nouerunt omnes hanc paginam inſpicienteſ, quod *Juta* puella filia *Gotile* ſe ipſam de conſenſu matris ſuper altare Sancti nicolai ad cenſum V. denariorum annuatim ſoluendum delegauit. Teſteſ *Sifridus*, *Albrant*, *richardus*, *Richerus wecginfvz*.

CCLXXVII.

Noſcant vniuerſi, quod Nos *vlricus* prepoſitus vnacum conuentu *ſancti Nycolai* conceſſimus tribus filiis domine *Fridrunt* ſcilicet *Vlrico*, *Wernhardo*, *Arnoldo* ortum in Libgedinge ad cenſum XII denariorum et duoſ denarios ad meſſem ſoluent. Hac interpoſita conditione, vt nullvs ſuorum heredum poſt horum trium tempora propter hoc in eodem orto aliquid sibi iuriſ debeat vſurpare ſed ſine alicuius contradictione libere nobis cedet. Inſuper quicunque de tribus hiis fratribus poſſeſſor orti fuerit, ad predicti cenſus ſolutionem nobis ſingulis anniſ tenebitur et ad placita noſtra et alia, que ab aliis ciuibus ſuper iure nobis debentur. Acta ſunt hec anno domini MCCXXIII. apud *ſanctum Nycolaum* preſentibus ibidem *Vlrico* tunc prepoſito, *Eckardo* Decano, *Rickero* Camerario, *Gregorio* cellerario, *heinrico* milite,

Walthero, Lvdewico Monacho, *Vlrico* precone, *Engilberto* et *Heinrico* trivm fratrvm auunculiſ et pluribus aliis.

CCLXXVIII.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris quod *nobiliſ* domina *Berhta* uxor domini *Wergandi* de *Rumthingen* ob remedium animae ſue contulit VIII. mancipia iure proprietatiſ eccleſie *Sancti Nycolai* ea conditione, ut nulli aduocato debeant ſubiacere conſentiente in id ipſum tunc aduocato huius eccleſie comite *Heinrico* de *Orthinberc*. Mancipiorum nomina ſunt hec Behtrath, Dimud et proleſ eius, Perhtoldus, Chvnradus, Mehthild Gerdrud et proleſ eius, Perhta et Chvnradus, et horum poſteritas. Huic facto, dum anno domini MCCXVIII. in manu domini *Vlrici* prepoſiti fieret in *Ortinberc* aderant hii teſtes: Comeſ *Heinricus* de *Ortinberc*, Dominus *Wergandus* de *Rumtingen*, *Chvnradus* de *Steininchirchen*, *Vlricus* de *Lôbolvingen*, *Albertus* de *Igelbac*, *Herwicus* de *Eckinheim*, *Eberwinus* de *Mvlheim*, *Vlricus Spiſarius*, *Erbo* de *Mvnbac*, *Meinhardus* de *Echartingen*, *Meimprect* gener eius, *Heinricus* et frater eius *Hiltprect* de *ſhachen*, *Wernherus* ammanus domini *Wergandi* de *Rumptingen*, *Arnoldus* et *Otto* militeſ eius. De familia *ſanct*, *Nycolai Heinricus* mileſ, *Vlricus* preco, *Waltherus*, *Eberhardus*i *Albero pris*, *Lôdwicus* Monachus et plures alii.

CCLXXIX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *liber* homo *Pero* manens in nouo foro *patanie* pro remedio anime ſue tradidit ſe cum ſua filia beato *Nycolao* ad annuum cenſvm V denariorum cum filie poſteritate anno domini M.° CC.° X°X. Teſtes facti ſunt *Albertus* carnifex, *Heinricus* piſtor, *Geroldus*, *Heinricus*, *Pernhart*, *Herman*, *Diemar*, *chvnrat*, *Albertus*, *Perhtoldus Waltherus*.

CCLXXX.

In nomine domini noſcant vniuerſi chriſti fideleſ hanc paginam inſpecturi, quod noſ germani fratres *Wernhardus* et *Chvnradus de horbac* pro remedio animarum parentum noſtrorum et pro ſalute noſtra curiam noſtram in *Engilmarſperge*

ſitam ſuper *vilsam flumen* libera traditione contulimus eccleſie *ſancti Nycolai* cum omnibus ſuis pertinentiis, areiſ, agris, pratis, paſcuis, Silviſ cultis et incultis et cum omni integritate, quam poſt noſtros progenitoreſ eadem curia eſt ad noſ iure hereditario devoluta, reuocando penitus, ſi antiqua eiusdem curie integritas per infeodationiſ ſiue per noſtros progenitores ſiue per pie recordationiſ matrem noſtram alicui factam aliquam ſciſſuram patitur. ſuper hoc priuilegia per vtrumque ius in fauorem remediorum edita et conceſſa pro noſtri facti robore pretendendo. Adicimus etiam, quod tam idem remedivm quam alia per nos eccleſie memorate adhuc dante domino conferenda nullis ſeruiciis ſiue exactionibus, que occaſione aduocatione (sic) ab eccleſiaſticiſ rebus ſolent extorqueri, vllatenus debeant ſubiacere, immo aduocatia eccleſie *ſancti Nycolai* a noſtra poſteritate denoluta fuerit, eadem predia, ſicut omnia remedia, ſub banno eccleſiaſtico conſeruentur.

CCLXXXI.

Item predictus *Chvnradus Nobilis vir de horbac* svbaduocatus noſtrorum prediorum circa *flvvium vilſam* poſitorum peregrinaturus ad limina ſanctorum Apoſtolorum Petri et Pavli divine pietatis inſpiratione recolens, quod occaſione aduocatie ſepius dampnificauerat nos in eiſdem prediis tam in perſonis quam rebus, pro reconpenſatione dampnorum grauium et exactionum contulit nobis libere ac liberaliter Molendinum in loco *Brucke* ſub predicta *curia Engilmarſperg* et *vilſa* poſitum iuxta *Riſpach* ita, ut ſi ipſum redire non contingeret, idem molendinvm cum omni vtilitate ſua ſine cuiuslibet contradictione cederet in vſus et proprietatem fratrvm eccleſie ſancti Nycolai in ſuum ac parentum ſuorum remedivm et perpetuum memoriale, quod et factum fuit, cum ipſe in eiusdem peregrinationiſ proceſſu apud *veronam* bono fine decederet in domino et migraret. Donatio autem ipſius molendini biſ fuit facta. Primo in manum domini *Vlrici* tunc noſtri *prepoſiti* apud *caſtrum Landeſhvte* anno domini MCCXXIII. in feſto Pvrificationis ſancte Marie, Secundo facta eſt et confirmata ſtatim poſt idem feſtum in ſequenti dominica, qua iter arripvit memorate peregrinationiſ, in manum noſtri confratris *Gregorii* tunc cellerarii apud *Gyſenhuſen* ineccle-

lia, vbi prefentibus amicis fuis et familiaribus fecit teftamentum fuum noviffimvm de omnibus fuis bonis et hiis teftibus, qui tunc aderant prefentef, feliciter confirmauit: Dominus *Wernherus de Laber, Heinricus Waller, Poppo de Geltolvingen* camerarius et Minifterialis dvcis Bawarie. De familia *Horbacenfi Meingotus* et frater eius *Geroldus de Algerfperge, Karolus, Vlricus de Gauchouen, Vlricus, Rvdemund, Heinricus hvber, Wernhardus de Perndorf, Eberl* ibidem, *Reinoldus de Sigeftorf, Vlricus* et *Heinricus de tandorf, Heinricus de Shofmucke.* De familia fancti Nycolai *Gregorius* cellerarius, *Nentwinus* plebanus in *Eithenbach, Heinricus wentho* miles, *Sigilho* ammanus noſter, *Eberhardus* preco et alii plures.

CCLXXXII.

Notandum quoque, quum prefcriptam eiusdem molendini traditionem a domino *Chvnrado* pie recordationif factam frater eius dominus *Wernhardus* Canonicus *Ratifponenfis* et prepofitus *Spaltenfis* ratificauit eodem anno in affumptione S. Marie in infvla fupra *vilshoven* penitus renuntiando in manum fepe dicti domini *Vdalrici* tunc noſtri prelati ivri, quod cum fratre fuo in ipfo Molendino habuit, hoc adiecto, ut ipforum memoria et dief anniuerfarius apud nos pro falute eorum femper celebris ageretur. Hec autem delegatio facta fuit ad diligentem inftantiam *dominorum principum tunc ibi prefentivm et colloquivm celebrantium fuper ſtatum terre,* Incliti dvcif *Bawarie* domini *Lvdewici,* Domini *Chvnradi Ratifponenfis* Epifcopi, Domini *Gebhardi Patavienfis* epifcopi, Dominorum comitum *de Orthinberc, Rapotonis* palatini et *Heinrici* noſtri *aduocati* et aliorum magnatorum tam canonicorum Patavienfium et Ratifponenfium quam liberorum, tam Militum quam feruorum.

CCLXXXIII.

Notum fit omnibus hanc paginam inſpecturiſ, quod *Vlricus* prepofitus *de ſancto Nycolao* emit in fundo dotif aream et domum in *chremſe* iuxta cimiterivm parrochialis eccleſie ad relictam *Marcwardi* Sacerdotis nomine *Chriſtinam* cum conſenſu prolis eius. Huius rei teſtes ſunt *Chunradus De chremſe, Waltherus* plebanus de *Pôrbach, Richardus* vicarius, *Eberhardus dyaconus,*

Eberhardus miles *de Spehingen*. De familia ſancti Nycolai frater *Dietmarus*, *Heinricus wentho* milef, *Wolfkerus de Mutarn*, *Heinricus de Pêſingen*, *Engilbertus*, *Siboto*, *Fridericus* omnes *de Mutharn*. Ciues de *Cremſe Heinricus* iudex, *Helwicus* frater eius, *Erckenbertus*, *Gerhardus Hêſenmûl*, *Eberger* oleator, *Herrandus*, *Vlricus Drilefes*, *Eberhardus* inciſor, *Herdegen* oleator et alii. Acta ſunt hec Anno domini MCCXXIII, in feſto Apoſtolorum Phylippi et Jacobi in domo Magiſtri *Waltheri chrems*, quo etiam anno in vigilia ſanctorum Coſme et Damiani ſub teſtudine ianue occidentalis matricis eccleſie *chrems* facta eſt renunciatio a predicta prole, ſcilicet duobus filiis *Marcwardo* et *Sifrido* et filia *Chriſtina* in manum domini *Vlrici* tunc prepoſiti, a quo *Chriſtina* mater ipſorum recepit loco prolis LX. denarios in Lytchof cui ſiquidem facto interfuit *Chvnradus* decanus *Chrems*, Magiſter *Waltherus*, *Richardus* ſacerdoſ, *Eberhardus* dyaconus, *Eckebertus* ſacriſta, *Pilgrimus* Subdyaconus, *walchincher* (?) *Perhtoldus* Murator, *Gerohus* raſor, *Ortholfus* et *Leonardus* ſerui decani *Chrems*. *Marcwardus* vero, cum priori renunciationi non interfuiſſet, poſtea eodem anno in feſto ſanctorum IIII^{or} Coronatorum renunciauit et ipse iuri, quod habuit in eadem domo, que renuntiatio facta in domo magiſtri *waltheri* denuo in manum domini *Vlrici* prepoſiti confirmata fuit bonorum virorum teſtimonio, qui aderant tunc preſentef: *Eberhardus de Johanſtorf* canonicus *Patavienſis*, Magister *Waltherus*, *Richardus* vicarius, *Eberhardus* patrvvs ipſius marcwardi, *Pilgrimus* et *Pilgrimus* ambo Svbdyaconi *patavienses*, *Vlricus jackeman*, *Heinricus wentho* miles, *Gebolfus de Grintorf*, *Heinricus de Livbs* et alii quam plures.

CCLXXXIV.

Eodem quoque anno dominus *Sifridus* Plebanus in Zvetila domum et aream, quam habuit iuxta cimiterium matricif eccleſie *chrems* a parte occidentis, pro remedio anime ſue contulit eccleſie *ſancti Nycolai*, vbi et ipſe ante receperat confortivm plene fraternitatis, cui donationi, dum ante *chremſ* in domo ſepedicta Magiſtri *Waltheri* III. Nonas Novembris fieret in manvm *vlrici* prepoſiti, interfuerunt boni viri, qui ſunt pro teſtibus, hi notati: Dominus *Wezelinus* abbas in *Kotewico*, *Heinricus* prior ibidem,

Bernhardus prepoſitus ad ſanctum *Florianum*, *Dietmarus* regularis ibidem, *Chraſto de Stivirz* (?) prepoſitus in *Matſe*, Magiſter *Waltherus*, Magiſter *Wernhardus de Sizendorf*, *Fridericus* plebanus in *hohinward*, *Chalohus* plebanus in *chotans*, *Siboto Gnevſo* plebanus in *Grimarſteten*, *Gebolfus* plebanus in *Hirſeim*, *Pilgrimus* Svbdiaconus *de waltchirchen*. *De Chrems Chvnradus* Decanus, *Fridericus* ivdex, *Eberhardus* preco, *Eberhardus* decimator domini epiſcopi *Patavienſis*, *Selpkerus* miles in *Gerriſtorf*, *Otto de Chvſtlach*, *Heinricus Wento* et alii quam plures.

CCLXXXV.

Nouerint vniuerſi chriſti fideles, quod *Hiltbrandus* ciuis *Patauienſis* in nouo foro cum conſenſu tam ſue coniugis *Perhthe* quam prolis ſcilicet filii *Philippi* et filie *Richine* pro remedio animarum ſuarum tradidit eccleſie *ſancti Nycolai* XXX. denarios de duabus domibus ſuis et areis in nouo foro iuxta fontem poſitiſ annuatim ſoluendos, de utraque XV ab his, quicunque poſſeſſores fuerint earundem, ut eiſdem denariis anniuerſarius ſuus apud nos memorie commendetur.

Actum eſt hoc Anno jncarnationis dominice MCCXXIIII. Indictione XII. in Natiuitate ſancte Marie apud ſanctum Nycolaum preſentibus his, qui pro teſtibus ſunt notati: *Heinricus wentho* miles, *Siboto* iuxta fontem, *Waltherus*, *Pabo*, *Wicpoto* Lapicida, *Waltherus* wagner, *Chunradus* Seiler, *Perhtoldus* ſocer eius, *Pilgrimus*, *Wilhalmus*, *Lvtwinus* piſtor, *Vlricus* faber, *Albericus* textor, *Chvnradus*, *Perngerus* et alii quam plures ciues.

CCLXXXVI.

In nomine patriſ et filii et ſpiritus ſancti amen. Cum uniuerſa, que fieri ſolent, fiant ſub curſu temporis, ne currant cum tempore ita, ut ad obliuionem tranſeant, expedit ea ſcriptiſ et teſtibus memorie commendare hominum. Clareat igitur noticie cunctorum chriſti fidelium tam preſentium quam futurorum, quod nos *Vlricus* (prepoſitus) et conuentus *s. Nicolaij patauie* de communi conſenſu in campo, quem habuimus ſuper fontem s. Iacobi, treſ ortoſ conceſſimus *Heinrico*, qui dicitur *wiſchelinch* et vxori ſue *Rihze* iure, quod dicitur wlgo libkedinge, ut de

hisdem ortis ſoluat nobis annuatim in feſto s. Martini XII. ſolidos patavienſis monete aput nos tunc datiue, cenſum eundem ad clauſtrum noſtrum vel per ſe vel per ſuos nuncios aſſignanteſ. Quod ſi neglexerint, pena XII. denariorum, quam ipſi ſtatuerunt, per ſingulas ebdomadas creſcente donec cenſum cum pena ſoluerint, puniantur, et poſtquam pena in ſummam cenſus creuerit, quod ſit poſt X. ebdomadas, contumaceſ pro culpa contumatie cadant penitus a ſuo iure. Statuimus etiam eorundem conſilio vt ille, qui ius ſuum in orto uendit, etiam alter, qui emit, tam uendenſ quam emens uterque XV. denarioſ ſoluat domino prepoſito, per cuius etiam manum debet eadem permutacio roborari. Item decreuimus, vt idem cum aliis, qui ciuili vel eodem per noſ gaudent iure, ſemel in anno veniant ad placitum domini prepoſiti loco et die, quem ſuus nuncius aput clauſtrvm uel ciuitatem eis prefiget, vt, ſiquid querele aut queſtionis pro terminis uel pro quocumque ad ipſum prepoſitum ſpectante inter eoſ ortum fuerit, ibi diſcuſſum per ſententiam ciuium et iudicio prepoſiti, ad quem hoc ratione fundi pertinet, decidatur. Si qui vero ab eodem placito ſe per contumatiam abſentarint, pena ſupra memorata, quam ſuſtinere debent, qui negligunt cenſum tempore ſtatuto ſoluere, feriantur. Vt autem talis contractus ratus permaneat, duo paria inde conſcribi inſtrumenta et S. Nicolai ſigillo fecimus communiri vno peneſ noſ reſeruato, ipſiſ reliquo aſſignato. Teſteſ vero huius contractus ſunt de capitulo *Vlricus* prepoſitus, *Gerboto* decanus, *Ekkardus*, *Chunradus*, *Rikerus*, *Eberhardus*, *Albertus*, *Geroldus*, *Gregorius*, *Heinricus*, *Hertwicus*, frater *Hilprandus*, frater *Reinoldus*, *Heinricus* miles, *Waltherus*, *Heinricus ſlehto*, *Fridericus de obernperge*, *Chuno*, *Heinricus wiſcilinch*, *Vlricus*, *Wolframmus*, *Marquardus* ortulani. Actum aput s. Nycolaum *Patauie* Anno ab incarnatione domini MCCXXVIII. indictione prima.

Ex predicto campo et eodem iure et ſub eiſdem teſtibus, ſicut predictum eſt, conceſſimus aliis, quorum nomina hec ſunt: *Chunoni* et nepoti eius *Chunoni* duoſ ortoſ conceſſimus, *Heinrico* et uxori eius *Jute* (qui reſignauit eos) *Ortolpho* et *Alheidi* duoſ ortos, *Vlrico* et vxori eius *Tute* I. ortum, *Heinrico* et uxori eius *Chunigundi I.* ortum, *Marquardo* et vxori eius *Leucardi* II. ortos, *Wolframmo* et vxori eius *Ortrune* II. ortos.

Friderico balneatori et vxori eius *chriſtine* II. ortos, vnde ſolwunt nobis VII. ſolidos.

Et eodem modo etiam conceſſimus ortos in campo infra vallim et eo iure unum *Heinrico de Rocholvinge* et uxori ſue *Jevte*, *Levtwino* et uxori ſue *Alheidi*, vnum *Gebhardo* et uxori ſue *Geppe*, qui ſoluit tres ſolidos, vnum *Sibotoni Svnculano* et uxori ſue *Maehthidi* (sic), qui ſoluit tres ſolidos.

CCLXXXVII.

Quoniam obliuionem maxime conſtans eſt poſſe memorie nouercari, ideo ea, que a nobis geruntur, negocia uolumus ſcripture teſtimonio roborari. Notum igitur ſit omnibus preſentem paginam inſpecturis, quod ego *Blaſius genere sclauus* ordine Subdiaconus ob remedium anime mee poſſeſſiones meas contuli eccleſie *ſancti Nycolai Patauie* preſente domino *Chunrado* ſacerdote eiuſdem eccleſie Canonico, qui tunc temporis Curie predicte eccleſie in *Mûtarn* preerat, mea pura et libera uoluntate. In *Muer* apud *Treiſewam* aream unam, in *Hirſowe* Pomerium unum cum uiminibus adiacentibus, in *Stalhoven* Pomerium unum, In *Roſſaze* vineas duas, tali uidelicet interpoſita conditione, ut idem domini ſancti Nycolai ſoluerent vineaſ eaſdem pro X libris Wienenſis Monete apud Judeum nomine *Bibas*, cui eaſdem poſſeſſiones obligaueram. Et per hanc meam donationem pro teſtamento habere decreui, volo et ſtatuo, ut nulli liceat pretextu quarundem promiſſionum, quas quamquam feci, friuolas eas reputans atque uanas et nulliuſ fuiſſe uigoris nec cuiquam exceptionibus aliquibus hanc meam donationem impugnare. Et ut hec maiuſ robur habeant firmitatiſ, ſub teſtimonio ſubſcriptorum teſtium, qui tunc perſonaliter aderant, uerbis et factis, quibus potui ac debui, pleniter confirmaui. Hi ſunt teſtes: *Eberhardus*, et alter *Eberhardus* ſacerdotes, *Hainricus* Forster, *Siuridus* lader, *Wolfker*, . *Eberhardus de Huntſheim*, *Otto Gier* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno dominice Incarnationis MCCXXXIX. VII. Idus Julii In *Ciuitate Mûtarn*.

CCLXXXVIII.

Vlricus diuina miſericordia prepoſitus *ſancti Nycolai Patauie* et conuentus vniuerſis chriſti fidelibus hanc paginam inſpec-

turis ſalutem in eo, qui eſt omnium uera ſalus. Sciant omneſ chriſti fideleſ tam preſenteſ quam futuri, quod *nobilis* mulier domina *Gerdrudis* dicta *de Lvterbrvnnen* quoddam predium ſcilicet dimidiam Hubam in eadem uilla poſitam contulit eccleſie noſtre tali condicione, ut prebendam unius ſororis et duoſ calceos, quam diu uiueret, a nobis percipiat annuatim. Et ut libera eiuſdem predii collacio nobiſ et ecclefie noſtre magiſ rata et ſtabiliſ in perpetuum permaneat, memorata domina procurauit ipſum predium per quendam uirum *liberum* nomine *Sifridum*, in cuius manu delegacio taliſ predii fixa fuit ſuper altare ſancti Nycolai nemine contradicente rite ac legaliter delegari. Vt autem taliſ collacio ſiue delegacio memorie hominum forciuſ debeat adherere, ſcriptiſ conmendatam teſtimonio bonorum hominum, qui tunc preſenteſ aderant, ipſam fecimus communiri. De familia ſancti Nicolai: *Hainricus* mileſ, *Waltherus, Heinricus Chreno, Vlricus Wazo, Pernhardus* frater eius, *Fridericus, Heinricus Slehto, Heinricus vogel* faber, *Albertus* gener eius, *Siboto de fonte, Vlricus, Albertus* carpentarius, *Vlricus car, Geroldus pezeret, Heinricus de Nevmburch* et alii quam plures. Actum apud ſanctum Nycolaum Patavie Anno domini MCCXXXVI. In circumciſione domini, Indictione IX.

CCLXXXIX.

Notum ſit omnibus preſentibus et futuris, quod ego *Wernhardus de Stainchirchen* pro remedio anime mee et parentum meorum me ipſum ſuper aram *Sancti Nycolaij* ad cenſum quinque denariorum delegaui. Huius rei teſtes ſunt *Chounradus de Stainchirchen* decimator canonicorum, *Ortolfus de Hungerperge. Chunradus* dictus *Atize, Sigelohus, Vlricus Wazzo, Chunradus de Palſence* et alii quam plures. Intererant etiam de Collegio dominus G. *Hainricus de Pezenpach*, *Chalhohus* tunc exiſtens cuſtos, Magiſter *Heinricus* Scolaſticus.

CCXC.

Notum facimus tam preſentibus quam futuriſ chriſti fidelibus, qualiter *patavienſis* canonicus *Hartnidus aquilegenſis prepoſitus* in remedium anime ſue et parentum ſuorum tradidit ſuper altare S. Stephani prothomartyris predium quoddam ſitum in

hungerberge nomine *Mver* et colonum ipſius predii *Fridericum* nomine cum uxore ſua *Giſila* et filia ſua *Gerbirch* et filio ſuo *Ortolfo* in proprietatem dominorum. In cuius predii fructuum ſuperhabundanti prouentv tria talenta annuatim percipienda sunt eo modo talique ordinatione, ut dimidivm talentum dominis chori diſtribuatur in anniverſario patriſ ſui, qui eſt V. kalendas decembris, LX. denarii dominabus S. Marię LX. fratribus S. Nycolai. In anniverſario vero matriſ ſuę, qui eſt XVI. kalendas Maii, eodem modo dominis chori dimidium offeratur talentum, dominabus S. Marie LX. fratribus S. Nicolai LX. denarii. Tercium autem talentum empta elemoſina erogetur pavperibus in Zecha, quoad uſque idem prepoſitus uixerit. Cum autem contigerit predictum prepoſitum uiam univerſe carniſ ingredi, talentum, quod priuſ in *Zecha* erogabatur, in anniuerſario ſuo medietaſ ipſius talenti dominis chori detur, lx. denarii dominabus S. Marie, lx. fratribus S. Nicolai. Verum ut hec traditio rata in perpetuum habeatur, fratres ſui et ſoror prememorati prepoſiti, ad quoſ iure hereditario predium illud tranſire potuerat, iuri ſuo renuntiauerunt, ut et ipſi in tam ſalubri ordinatione regni eterni pro bona voluntate ſua participeſ efficerentur. Teſtes avtem sunt ad hoc, quod iuri ſuo hereditario fratres ſui *Gundacharus* ſcilicet et *Duringus* publice renuntiauerunt, *Heinricus de Scernſtein*, *Dietricus de trŏna*, *Meinhardus de Afnanch*, *Wernhardus de Sinzingen* et frater ſuus *Chunradus*, *Richkerus de Geilſbach*, *Chunradus de Izinberge*, *Rûdibertus de Chûnzingen*, *Chunradus de Eiginvliefe*, *Eberhardus de Angiſieze*, *Alrammus* ſagittarius *de Steinpach*, in cuius domo *ſteinpach* facta eſt hec renuntiatio II. Idus Aug. Teſteſ autem, quod ſoror ſua *Helena* abrenuntiauit huic predio, sunt hii: *Hugo de Eigen* uir eius, *Heinricus* capellanus, *Vlricus de tulin*, *Rŏdigerus cancer*, *Otto de Echendorf*, *Dietricus de ſtein* apud *Mver*, *Perhtoldus*, *Albero de pfaffendorf*, *Vlricus*, *Otto*, *Perhtoldus*, *Hugo* officiarius quondam *Hugoniſ de Eigin*.

Qvidam *arnoldus* proprius predicti contradidit *anteſenperge* huic ancillam nomine alheidim ex dotalicio vxoris ſue nomine *alheidis*. Hanc ancillam tradidit altari ſancti Egidii cenſvalem v. denariis de peticione vxoris laborantis in extremis. Acta ſunt hec in eccleſia *anteſenhoven* anno M°CC°XXX° Indictione III., VIII. Kalendas aprilis. Teſtes sunt *Vlricus de Hêrenpach et frater ſvus Henricus, Sefridus, Fridericus, Richerus, Vlricus villicus, Magnus de vihrſen et frater ſuus Otto, Conradus ſvtor, Albero molendinarius.*

CCXXXII.

Hec ſvnt LX domus decimales, quas habet eccleſia *anteſenhoven:* In ipſa villa *anteſenhoven* IIII^{or} domus, V^{s} domus in *pirche*, VI^{s} in *nouo Molendino*, que eſt communis ſcilicet noſtra et *Friderici de Kamer*, VII^{s} domus ad *inferivs Molendinvm*, VIII^{s} in *ſteinpozang*. In *vihuſen* VII. ſunt domus decimales. In *Mvntinching* ſunt VIII. domus, viceſima IIII^{s} domus in dote eccleſie *anteſenhoven*, XXV. eſt in *Gitrunph*, XXVI. in *Merſpach*, XXVII in loco, qui dicitur *Zemrutheren*, (?) XXVIII. ad inſtitorem prope *ekharting*, XXVIIII. apud quemdam, qui dicitur *predo*, XXX. in loco, qui dicitur *tobel*. In *bigerting* ſunt IIII. domus in loco, qui dicitur *ſnizher*, IIII^{or} In *Granperg*, quod alio nomine dicitur curia villicalis, IIII. Ante nemus, quod dicitur *ſcahgen*, III. In *der hode* XLVII^{s} (sic) domus. Ex alia parte nemoris ſcahgen in loco *cerreweie* XLVIII^{s} domus. In pede montis ad quemdam, qui dicitur *ſcahgen* XLVIIII^{s} In *oberendorf* II. domus, ad *ſunctam arborem* ſunt II^{s} domus. In loco *Zem aigen an der mûle* I^{s} domus. In *pretenperge* II^{s} domus. In *pretenperge* in fine parrochie, II^{s} domus. In *tirfvelle* I^{s} In *Reichinsperge* I^{s} domus et vltima.

CCXXXIII.

Notvm ſit omnibus, quod domna *Gifela* converſa contradidit eccleſie vorenpach dimidiam hubam in *ſtebucking* pro Remedio anime ſve et pro prebenda cognate ſue *Gifele*. Teſtes ſunt *Ortolfus de propugnaculo*, *Richardus*, *Chunradus de ſilva*, *Walcunus* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno M.°CC.°XXXI. Indictione IIII^{a} Preſente *abbate heidenrico*.

CCXXXIV.

Gvntherus de Nvenpurc et vxor ſva *Jutta de Ruhſtorf* pro Remedio animarum ſvarum tradiderunt eccleſie in vorenpach predium ſve proprietatis in *ſcultaren*. Teſtes ſunt *Gregorius prepoſitus de Sôben et frater ſuus Karolus*, *Wernherus de Ruhſtorf et filius ſuus Henricus*, *Richardus*, *Walconus*, *Ortolfus de propugnaculo*, *Chunradus de ſilva*. *Acta* ſunt hec anno M.°CC.°XXXV. Indictione VIII.^{a} preſente *abbate Chvnrado*.

CCXXXV.

Iſti ſunt reditus Minores tranſ *Enum* pertinentes in vorenpach, quos *wipoto officiarius*, ne a memoria ſucceſſorum laberentur, fecit inſcribi.

In *wezenove* IIII^{or} Modii auene. In *Berärting* dimidia huba. In *pretenperge* LXX denarii. In *wolmunſtorf* quedam curtis pro Remedio anime, quod dicitur libgeding. In *pretenperge* quedam proprietas ſolvens XXIIII^{or} Caſeos. In *Raffolſtorf* XVI caſei. In *Glaezcing* III. denarii. *Dietricus de grvbe* predium ſuum tradidit eccleſie, ut, quamdiu viueret, annuatim cenſuale V. denariorum, Eo vero mortuo totaliter eidem eccleſie cederet in vſum. *Wilhelmus* et *ſigelous* et ſui anteceſſores tradiderunt eccleſie in vorenpach predium quoddam in *Ratharſtorf* ad V. denarios, vt poſt dies eorum totaliter noſtrum cedat in vſvm. Domna *helca* et filia ſua *alheidis* tradiderunt nobis predium quoddam in *ſtalmunſpach*, quod ſoluit XXX denarios. Tres fratres de *Jagarn wernhardus*, *Eberwinus*, *Arnoldus* tradiderunt eccleſie predium ſuum poſt dies eorum, ut, quamdiu viuerent, ſoluerentur V denarii. *Wernhardus de gramperc* tradidit eccleſie in vorenpach predium quoddam in *Tobel* pro remedio vxoris ſue ſoluens annuatim XXX. denarios et *metretam Reurippenſem* papaueriſ. In *ezzelenperge* quartam partem manſi. In *Ciceling* XX. caſei. In *ſammolting* VI. jugera, que ſoluunt VI. caſeos ſiue VI. denarios. In *ſteinperge* duo predia, que ſoluunt XL. denarios. In *peringe* predium ad XXX. denarios. In *ſnegelenperge* predium ad XXX. denarios. In *Grube* prope *hohen ſcahchen* predium ad LX. caſeos. In *vihuſen* predium ad XXX. caſeos. In *ſcevſtorf* dimidia huba, quam ſibi vendicauit *Ortolfus* nepoſ ipſius domne, que tradidit eandem dimidiam hubam Eccleſie noſtre. In monte prope *waldek* predium ad IIII^{or} Modios auene, quod ſibi vendicat *Henricus de lovſenpaeh*. In *ſteinperg* predium ad XX. denarios, quod ſibi vendicat idem *H. de lovſenpach*. In *tuſenpach* predium ad IIII^{or} Modios auene, quod tradidit nobis quidam nomine *Grizelare* et vxor ſua pro Remedio animarum ſuarum, quod ſibi vendicat *henricus de tuſenpach* et Mater ſua *helca*. In *zaiverſheim* quartam partem hube ad XXX. denarios. In *entriſheim* dimidia huba, quam ſibi

vendicat heres *iggelberti. Gerpo o* et ſui anteceſſoreſ tradiderunt nobis predium ad XL denarios ad dieſ ſuos, vt eo mortuo eſſet Eccleſie. Domna *cungundiſ de porz* tradidit nobis predium in *Entrihſheim* ad IIII^{or} Modios auene.

CCXXXVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod anno MCCXXI. Cum *capella ſancte Katerine* dedicaretur, *Wernhardus de Cramperich* eandem capellam cum predio ſuo in *Viſenhart* dotauit annuatim, quamdiu uiueret, ad X. denarios, vt eo mortuo noſtrum cederet in vſum. Soluit enim ex debito ſeruitio annuatim II. Modios frvmenti. Hanc traditionem ſiue dotem dictus *Wernhardus* anno MCCXXXV. Indictione VIII. XVI. Kalendas Auguſti in porta *caſtri ſcherding* per Manum filii ſui *Alkeri* jterando in Manus *Henrici ſacerdotiſ* tunc temporiſ domni abbatis capellani confirmauit. Teſteſ ſunt *Wilhelmus ſcolaſticus*, *Vlricus de viſenhart et filius ſuus Wernhardus*, *Wernherus kerntener*, *Eberhardus de lintperge*, *Marquardus de puhhem*, *Wernhardus de kirchperch*, *Piligrimus de hucinge*, *Wernhardus de loe*, *Walterus de windeſperge* et alii quam plures. (L. c. 91. Nr. CXX.)

CCXXXVII.

Domna *vrideruna de Prampach* dotalicium ſuum ſcilicet dimidiam houbam in *Riſe* pro Remedio anime Mariti ſui *Wernhardi de wilpach* per Manum domni *wernhardi de gramperch* Eccleſie vorenbacenſi delegauit. Eadem etiam domna ob Remedium animarum fratrum ſuorum *Ortolfi et Meingoti de prampach*, ſicut et ipſi adhuc uiuentes in teſtamento ſuo diſpoſuerant, dimidiam hubam in *ſteinperch* per Manum Cuiusdam *liberi Rapholdi* nomine dicte dimidie Hube delegatoris nobis libere tradidit. Huius Rei teſteſ ſunt *Wernhardus de granperch*, *Wilhelmus ſcolaſticus*, *Vlricus de viſenhart et filius ſuus Wernhardus*, *Wernhardus de Tufenbach*, *Ortolfus de propugnaculo*, *Richardus*, *Conradus de ſilua* et alii quam plures.. Acta ſunt hec ante altare ſancte Marie in vorenpach anno M.CC.XXXV. Indictione IX., IV. Nonas Decembris. (L. c. 91. Nr. CXXI.)

CCXXXVIII.

Notum ſit chriſti fidelibus, quod domna *perhta de waldekke* pro remedio anime mariti ſui *Heinrici* tradidit eccleſie vornbacenſi duoſ hominеſ, videlicet Chunradum ſcolarem et ancillam ſuam Giſilam. Acta ſunt hec anno M°CC°XXXV. Indictione VIII. XI. Kalendas Semptenbrif (sic) presente domno *abbate Chunrado*. Teſteſ ſunt hii: *Ortolfus de propugnaculo*, *Chunradus de ſilva*, *Richardus*, *Walchunus*, *Vlricus cocus* et alii quam pluреſ.

CCXXXIX.

Uniuerſitatis chriſtiane inpingimus memorie, quod *Mileſ* quidam *Ditmarus* nomine de *Hůgenberge* annuente filio ſuo ſeniore *Sifrido* uocato pro remedio anime ſue tradidit eccleſie beate Marie in Vornbach quartam partem uniuſ hůbe, que *Pömgarten* dicitur, ad LX denariorum redditum annualem cunctiſ eiusdem donationiſ uſibus nec non et iuri aduocatie tam ipſe quam filius firmiter et libere renunciantеſ. Et ne ſucceſſorum ipſius quispiam predictum cenobium hac donatione debeat in poſterum diueſtire uel iure hereditario aduocatiam sibi partis huius uendicare, traditionem illam ſub deſcriptione teſtium diſpoſuit confirmari. Acta ſunt hec in *Vornbach* anno MCCXL.V. Teſteſ huius rei ſunt *Domnuſ Offo eiusdem loci prepoſitus cum ceteris ibidem confratribuſ*, *Rudigerus de Aiglinge*, *Chunradus junior de piurebach*, *Vlricus de Poppenberge* et alii quam pluреſ.

CCXL.

Cunctis eccleſie filiiſ innoteſcimus, quod domnus *Chunradus de Reinpach*, dum uulneribus mortiſ angariaretur et iam pro dolore ſpiritum pene exalaret, in teſtamento, quod fecit de ſepultura et anime ſue ſalute agenſ, pro dampniſ, que wormbacenſi fecerat eccleſie, ipſi uolenſ ſatiſſacere teſtatus eſt ei pro remedio anime ſue curiam uillicalem in *altſwent* dictam. Actum publice in *caſtro palatini Grizpach* ſub hiis teſtibus: *domno Hugone de ſigenheim*, *Domno Wernhero de Ruſtorf*, *Chunrado de popinperge*, *Alberto de mitterheim*, *Gotſchalco cellerario*, *Goswino officiario eiusdem chunradi de Reinpach*. Acta sunt anno domini M°CC°XXXVIII°.

CCXLI.

Cunctis chriſti fidelibus omnisque generationis, que uentura eſt, memorie inpingimus, quod *Leo* dictus de *Hutenheim*, dum ultima traheret ſuſpiria et ſacram percepiſſet feliciter unctionem a domno *wernhardo plebano* huius cenobii preſpitero, in Remiſſionem peccatorum ſuorum teſtatus eſt Worbacensi monaſterio dimidium manſum in *vtenheim* et dimidium manſum in *Ricinge* et in *Rutheim* dimidium et quartale apud Ripam *Ruripe*. hec traditio facta fuit publice *in castro dicto nevmburch*. Teſtes sunt *Domnus Rupoto de Ezenbach*, *Rudinus de heiglinge*, in cuius domo actum eſt, *Domnus Vlricus de popinperge*, *Chunradus iunior de Pevribach*, *Ortwinus de Geſelperge* et alii quam pluref. Acta ſunt hec Anno domini. M°.CC°.XL°.VI°.

CCXLII.

Alwinus dictus *Mitichein* pro multis dampniſ, incendiis et rapiniſ wormbacenſi cenobio illatis eidem monaſterio in ſatiſſactionem et anime ſue Remedium predium contulit in *ſnelheim* ſitum ſub hac conditione, ut, ſi umquam de cetero predictam affligeret eccleſiam, pro preteritiſ et preſentibus inpulſaretur. Idem predium ſoluit tres modios auene *ſubnenſis menſure* et dimidium ſextarium tritici. Huius rei teſtes sunt *Chunradus Rotinger miles*, *Rudlinus de pochin*, *Karulus affinis ſuus*, *Siboto dictus ęcite* et alii plures.

CCXLIII.

Ditherus Officialis *Comitis Chunradi de wazzerburch* contulit eccleſie Sancte Marie in vormpach predium ſue proprietatis dictum *Mezelineſdorf* ſoluenſ annuatim modium auene et hoc remedium anime ſue et vxoris ſue *Irngardis* factum ſub hiis Teſtibus Coram altario Sancte Marie: *Chunrat de Chezla*, *Albertus piſtor*, *Chunrat pelagil*, *Walchunus pulsator* et alii quam plures.

CCXLIV.

Notum ſit uniuerſis chriſti fidelibus preſentibus et futuriſ, quod domna *Machthildis de Aeiglinge* conſentiente filia ſua

Sophia predium in *Weidinge* ob remedium anime ſue et prefate filie ſue ſuper altare Sancte Marie in Formbach ſub domno *Gerhoho abbate* liberaliter delegauit et idem predium domno *Swikero judici de Flinſperch* pro XVIII. ſolidis *patavienſis Monete* fuerat obligatum et dimidiam carratam cereuiſie ſoluit et XXX. denarios omni anno. Teſtes sunt *Werinherus de Ruſtorf, Hilpertus de Nvinburch et Eberhardus ſerui domni Rapotoniſ de Ezzenbach.* De familia nostra iſti: *wolchunus Magiſter Curie, Vlricus cocus, Vlricus carpentarius* et alii quam plures.

CCXLV.

Generationi omni, que uentura eſt, innoteſcimus, quod quedam uidua de *ſuben Mechtilt* nuncupata una cum filia ſua *Chunigunde* delegaueruut ſe altario ſancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Huiuſ rei teſteſ ſunt *Reinhardus faber, Chunraduſ uulpiſ villicuſ in chochſperg.* Et alii quam plureſ.

CCXLVI.

Notum ſit vniuerſis preſentium inſpectoribus, quod domnus *Hugo de Saverſteten,* cum adhuc ſanus et incolomis exiſteret, Ecclefie formbacenſi dimidiam Curiam in *Cunbertal* (?Cimbertal) tradidit, quam traditionem ſcriptiſ et ſigillo ſuo eidem Eccleſie communiuit voluntate ad hoc fratris ſui *domni G.* videlicet poſt iam dicti *Hugoniſ* obitum accedente. Teſteſ vero ſunt hii: *Domnuſ Waltheruſ, Petruſ, Heinricus, vlricus, Gotfridus, Geroldus prebiteri et confratreſ Richerſpergenſiſ Eccleſie, Heinricus Plebanus de Obernperge, Henricus de Aiglinge, Heinricus de Aheim, Vlricus de anteſenperge, Chunrat et Otto fratreſ de Drœchſelheim* et alii multi.

CCXLVII.

Sciant vniuerſi preſentium inſpectores, quod femina quedam *nobilis Ata* nomine Ecclefie Vormbacenſi aream quandam et pratum circa *Montem Semerinkum* annuatim in feſto ſancti Michahelis XXXVI. denarios ſolventia de conſenſu filiorum ſuorum *helmwici*

et *weigandi* et filie ſue *Margarete* tradidit et donauit. Acta ſunt hec anno domini M°.CC°.LXXI.

CCXLVIII.

Item quedam *Dimvdis de anteſen* ſemetipſam in die ſancti vdalrici ad cenſum quinque denariorum Eccleſie ſancte Marie in Vormbach optulit.

CCXLIX.

(Aeltere Schrift.) *Dietricvs comeſ de uietenstaen* delegauit in manum *Perhtoldi Marchionif yſtrie* predium, quod *machingen* iure hereditario poſſederat ſcilicet manſum integrum et dimidivm Ea lege ut poſt mortem eius in uſvs formbacenſivm fratrum cedat, ſiue heredem habuerit ſiue non. Huius rei teſteſ sunt *Idem marchio et comeſ . . . de ivlbach*, *Walchunus de ſtaein*, *Amelbertus de lochuſen*, *Walther de tannenberche*, *Arbo de mittiche*, *Alkerus de hybiburch (?)*, *Werhart de horte.* (L. c. 73. Nr. XCVII.)

CCL.

Cunctorum fidelium intimamus memorie, qualiter *Heinricus de grauendorf* tradiderit S. Marie in formbach dimidium manſum iuxta *pram* ſitum. Huius rei teſteſ sunt *Dietricus comes de uietenſtein et eius miniſterialiſ Chônrat de puſinperch*, *Rôdeger de chvginſhvſen*, *Rôdewen . . .*, *Vdelfalch de walmeſhaim*, *Eberhardvs de pubingen*, *wergant de ricelingen*, *dietricus Behagaren*, *Chunradus et Haedenricus de ſigehartinge*, *Wergant de adlnberge*, *Regnoldus de neunburch*, *Vdalricus hunthah*, *Eberhardus de Winehartesham.*

CCLI.

Nouerit generatio omniſ uentura. quod domnus *Heinricus comeſ de ortenberc* ad petitionem domni noſtri *Ortolfi abbatis* nec non aliorum fratrum et aliorum *nobilium de prouintia* domni *Wergandi* uidelicet de *rumting*, *Heinrici et filiorum ſuorum Ortolfi et Heinrici de waldecke*, *Gundakari de ſtyra*, *Leutoldi de ſauerſteten*, *Amelberti de eigeling*, *Vlrici de ort*, *Meinhardi de murring* tradidit altario Sancte Marie in formbach per manum iam dicti *nobilis* uiri *Wergandi* quoddam mancipium ſuum Gedrut

uocatum ad cenſum V denariorum annuatim perſoluendum. Huius autem delegationis teſtes sunt omnes ſupra dicti. (L. c. 92. Nr. CXXI.)

CCLII.

Ad omnium christi fidelium memoriam deuenire cupimus quod domnus *Ortolfus* cognomento *noppil* annuente filio suo *Chunrado* contradidit ecclesię ſormbacenſi dimidiam hubam apud *fenenperg* sitam ob remedium animę ſuę et conſortif ſuę *Alheidis*. Huius traditionif teſtes sunt prefatus *ortolfus et filius ſuuf Chunradus et militef proprietatif ſuę Heinricus uidelicet de gepping et fratres ſui Vlricus et Chunradus de pach, Heinricus de eichperg, et famuli eccleſię Ditmarus, Ortolfus, Wernhardus Wicpoto cocus, Wicpoto de haigraren, Engilſcalcus de ode, Engilſcalcus cocus, Eberhardus faber, Wicpoto de monte.* (L. c. 92. Nr. CXXI.)

CCLIII.

Posteritatis naſciture nouerit ſucceſſio, quod quidam *miniſterialis ducif styrie Wigandus* nomine de *chlamme* ultima trahenſ ſuſpiria ob remedium anime ſuę tradidit loco vormbacenſi quoddam beneficium ſuum *wizzokel* dictum ſoluens tres ſolidos, quod et filius ſuus *wigandus* in die sepulturę, ipsius deuote inpleuit. Huius autem traditionif iſti teſtes exiſtunt: *Dominus Eberhardus frater ipſius, W. plebanus de neunchirchen* et ſupra dictus *Wigandus filius eius, Hermannus de Kranechberg, Chunradus de arberc,* et militeſ proprietatif ipſius *Vlricus ſtumphel, Marchuardus, Duringus, Ekkehart, Gůndacherus, Walther, Guntherus, Heinricus de rehwange.* (L. c. 92. Nr. CXXII.)

CCLIV.

Nouerit industria generationif uenturę, quod domnus *Wigandus de chlamme iunior*, dum extrema uitę ageret, tradidit vormbacenſi eccleſię, manſum unum *sneberc* cum nemore adiacente tam culta quam inculta, quod tunc quidam colonus ſterichfrit iunior adminiſtrabat. Ipſum uero manſum *Patruuf eiusdem W.* annuente etiam fratre eius *Chunrado* poſtmodum altario delegauit. Quam traditionem iſti teſtificantur: *Chunradus de chlamme frater ipſius W. et domnus Eberhardus patauienſis prepoſitus*

et gener eius Chunradus de puten et frater eius Rapoto, Reinhardus de ſmisdorf (? finisdorf), *Rudolfvs de ſneberc, Ekkehart de hirzwage, Hermannus de wartenstein, Vlricus ſtumphel, Duringus de chlamme.* (L. c. 93. Nr. CXXII.)

CCLV.

Pateat auribus nationum, que naſcuntur, quod domnus *Wernherus de muſchirchen*, cum ultimum exalaret ſpiritum ob remedium anime ſue dedit ecclefie formbacenſi dimidium manſum cum hominibus, qui ipſum adminiſtrantef poſſederant, Heinrico uidelicet et consorte ſua nomine Helica et filiif filiabusque ipsorum et omni poſteritate ſua, que ab illis oriri poterit. Ipsam uero traditionem ſeror eius *Gyſila* in die ſepulture fratris deuote compleuit. Aduocatiam autem ſic inſtituerunt, ut ſenior de hac generatione, qui *waldecker* nuncupatur, manſum et hominef ſupra dictof abſque omni utilitate magna paruaue tuendof teneret. Huius rei iſti teſtef exiſtunt: *Heinricus de waldekke et filii ſui Ortolfvs et Heinricus, Heinricus de haheim, Heinricus de merſvanc, Chunradus, ſueuus, Chunradus de ſenge et filius eius Chunradus, Gerhardus de chaling, Heinricus ſueuuſ, Walchunus de wecking, Heinricus de eichperg, Heinricus de ſtete, Ortolfvs et Heinricus de laufenpach, Chunradus de reinpach.* Ipſum autem manſum (sic) ſitum eſt in loco, qui uulgo *pramowe* dicitur et uocatur *in der owe* apud *toufchirchen.* (L. c. 93. Nr. CXXIII.)

CCLVI.

Fridericus de monte cum ultima traheret ſuſpiria, ob remedium anime ſue tradidit ecclefie formbacenſi predium quoddam *genſhalſe* dictum. Simili modo uxor ſua domna *Pertha de ezzenpach* ea die tradidit etiam predium ſuum eidem ecclefie *volreting* dictum annuente filio ſuo *Rapotone* et filia *Mechtilt* nomine. Cuius traditionif iſti teſtef exiſtunt: ſupra dictus *Rapoto, Fridericus de monte, Aribo de muenbach, Richkerus et Altmannus de rotówe, Leutoldus de chapfheim, Purchardus de chapf, Vlricus de ſteindorf, Heinricus zabler, Heinricus de eichperge.* (L. c. 94. Nr. CXXIII.)

CCLVII.

Domna *Perhta de ezzenpach* dedit ecclefie vormbacenſi mancipium ſuum Siboto dictum natum in ſupradicto predio *volreting*

uocatum adtinentem etiam eidem predio, quod teſtificantur ſupradicti teſteſ apud predium iam dictum.

CCLVIII.

Ulricus de locheim in die ſepulture patriſ ſui ſuſcepta fraternitate vornbacenſis collegii ob remedium anime ſue dimidiam hubam in *ekkolfheim* contulit ſupradicte eccleſie ea conditione, ut post mortem eius in uſum iam dicti Collegii cederet. Huius traditoniſ iſti teſteſ exiſtunt, qui ea die exequiiſ genitoriſ ipſius V. interfuerunt: Ipse *Vlricus de locheim, Rutherus de hohenmose, Piligrimus de tobelheim, Heinricus plebanus de winflorian, Vlricus et Heinricus de laufenpach, Chunradas de hekkenpuche, Engilbertus villicus de winflorian, Wicpoto, Vlricus officiarii, Heinricus de eichperge, Guntherus de neunburch, Dietmarus, Wernhardus, Heinricus, Wicpoto* famuli eccleſię in vormbach. (L. c. 94. Nr. CXXIII.)

CCLIX.

Dux ſtyrie Otakarus cum ultima traheret ſuſpiria, ob remedium animę ſuę contulit formbacenſi ęcclefię dimidiam uillam in *wartmanſteten* eo iure, ut penituſ libere ab omni exactione iudicum et officialium prouincię et iure aduocali eidem ęcclefię adminiſtretur. Quod etiam poſtea *dux auſtrię Leupoldus, cum principatum ſtyrie optinuiſſet apud grece omnibus mynifterialibus fuiſ publicauit* denoteque conpleuit et confirmauit. Cuius traditioniſ iſti teſteſ exiſtunt: *Hertnidus de hort, Herandus de wildoni, Otto de chremiſ, Otakarus de grece, Vlricus de ſtumberc, Erchingerus de landeſere, Rudolfus de ſtadekke, Ortolfus et Wigandus de chlamme, Gerhardus de chrumpach, Otto de domerſperg, Heinricus prem, Heinricus de ſtrazhouen* et alii quam plureſ, qui ea die ibi conuenerant. (L. c. 94. Nr. CXXIV.)

CCLX.

Eberhardus ſacerdos et monachus in vormbach cum *parrochiam et officium prepoſiturę in glocniz* gubernaret, conparauit ſupradicto cenobio beneficium quoddam ſuperius *appholterſpach* ſitum cum adiacente nemore nouem talentis a quodam *milite Reinhart* nuncupato. Cuius rei iſti teſteſ aſſcribuntur: *Ekke-*

hardus de hyrzwange, Dietricus mutil, Gundakarus de prun, Erchingerus de chotila. De glocnitz Guntherus, Gerhochus et filius eius Hertwicus et filius eius Chunradus, Vlricus albus et filius eius Hadmarus, Waltherus, Ortolfus et frater eius Engilbertus. De monte eichperg dicto Guntherus, Rudolfus, Vlfcalcus, Ekkehart, Wintherus. De poungarten Reinhardus, Vlricus, Heimo. (L. c. 95. Nr. CXXIV.)

CCLXI.

Quidam *milef Heinricus* nomine de *pach* uenienf ad conuerfionem tradidit eccleſie formbacenſi predium ſuum, quod habuit in *ſteinperg*, per manum cuiusdam *nobilis* uiri *Eigilonis de winruding* et hoc annuentibus filiis ipſius *Vlrico et Leutoldo*. Cuius rei teſteſ sunt Idem *Heinricus et ſupradicti filii eius V. et L. Philippus prefbiter et tunc ſcolaſticus in formbach* et delegator prefati predii *Eigilo*, *Wicpoto officiarius, Ditmarus tranſcripam, Ortolfus ab der wer, Leutwinus lapicida, Hermannus nauta, Perhtoldus de tunpach, Vlricus ab dem graben, Wergandus de pramerdorf, Vlricus de neuburc, Guntherus prebendarius de camera.* (L. c. 95. Nr. CXXIV.)

CCLXII.

Omni generationi uenture notum ſit, quod quedam *Tuta* annuente conſorte ſuo *Heinrico* cognomento *grizzeller* tradidit eccleſie formbacenſi dimidium manſum in *ſcheuchſdorf* cum tribus mancipiiſ ſuis, Heinrico uidelicet et Chunrado et Alheide. Cuius traditionis iſti exiſtunt teſteſ: prefatus *H.*, *Wicpoto et Ortolfus frater eius de teufenpach, Dietricus de pubing, Dietricus de eholuing et filius eius Vlricus, Dietricus de necenprukke, Ditmarus, Eberhardus faber, Wicpoto de monte.* (L. c. 95. Nr. CXXIV.)

CCLXIII.

Nouerit poſteritas generationis uenture, quod domnus *Heinricus de morſpach*, cum quodam tempore eccleſiam formbacenſem dampnificaſſet pene ad centum talentorum, timore dei actuſ ad ſatiſſaciendum deo et loco dedit ſupra dicte eccleſie dimidium manſum in *durinſhouen* annuente et renuntiante fratre eius *Ottone* et conſorte ſua filiisque fratris. Huius facti iſti sunt teſteſ:

prefatus H. et frater eius Otto de morſpach, Ortolfus de nodernpach et conſobrinus ſupra dictorum H. et O. Hartmannus nomine, Rickerus de drechſelheim, Gotſcalcus de dronolting, Vlricus et frater ipſius Rudegerus, Heinricus de horenpach, Sefrinus et frater eius Meinhardus. (L. c. 95. Nr. CXXV.)

CCLXIV.

Quedam *nobilis* femina de *ſconowe Gedrudis* nomine cum ultima uitę traheret ſuſpiria, dedit poſſeſſionem proprietatiſ ſuę pro remedio animę ſuę eccleſię formbacenſi uidelicet terciam partem manſi in loco, qui dicitur *Ekke*. Quod factum poſt obitum illius ob confirmationem propria manu pater eiusdem tradidit prefate eccleſię. Cuius facti iſti teſteſ exiſtunt: *Syboto de ſteindorf* genitor ſupra dictę mulieris. *Heinricus de pach, Arnoldus de ſconowe et filii ſui Heinrich, Chriſtanus, Albertus et conſanguinei illorum Henricus et Wicpoto, Ortolfus, Richhardus, Chunradus, Heinricus et frater eius Reinhardus fabri, Heinricus, Reinoldus de neuburc.* (L. c. 96. Nr. CXXV.)

CCLXV.

Noticie tradimus future poſteritati quot (sic) domnus *Wernhardus de chramperch,* ob remedium uxoriſ ſue tradidit eccleſie noſtre predium ſuum in *tobel* ad ſeruicium LX. denariorum uel *ruripenſem menſuram* papaueris Sub hiis teſtibus: *Meingoz de einberch, Vlricus de golnpach Raihwin de caſtilberch, Hainricus de gumpinge et frater eius Sigloch, Irnfrit de neuburch, Wernherus, Wicpoto, Dietricus preconeſ* et alii quam plures. (L. c. 96. Nr. CXXV.)

CCLXVI.

Generationi omni, que uentura eſt, innoteſcimus, quod quedam *nobilis* matrona de *pirnpach,* nomine *Mahthildis* in die ſepulture filie ſue nomine *Mahthildis* unacum filiis ſuis tradidit eccleſie noſtre curtilem in *mittich* ad ſeruicium *xxx* denariorum et mancipium nomine Hailkam. Teſteſ huius traditionis *Hugo et Fridericus fratres ſigenhaim, Chunrat de rainpach, Leo de rûccholuinge, Gerunc ſagittarius, Wernhart de ſcalhaim, Vlricus vſhaim, Leutoldus de leutenhaim et alii quam plures.* (L. c. 96. Nr. CXXV.)

CCLXVII.

Quidam *milef* nomine *henricus de weichfelberc* contradidit huic ecclefie predium proprietatis fue, quod dicitur *ode* et eft fitvm iuxta manfum ecclefie, qui vocatur *wolfefhode* et foluit annuatim II. modiof auene. Teftef funt hic: *Idem henricus et fratref eius werhardus de vockinke et conradus de loufenpach, Gotfridus de obalfhode, werhardus de radolfhaim, henricus, Siboto, Fridericus de ezelfhoven, Gerardus de praetenperg.* (L. c. 97. Nr. CXXV.)

CCLXVIII.

Notum fit omuibus fidelibus, qualiter quedam religiofa uidua conuerfa *heilica* nomine mancipium fuum Walkŏn nomine ad altare S. marię potestatiua manu tradidit in prefentia *domni W. abbatif* fub hif teftibuf per aurem ductif: *Wolfganc, Berhtoldus, Erimbreht, Norpreht, adalbreht, Wifo, Berhtoldus.*

CCLXIX.

Ŏdalfcalh de wifendorf delegauit ad altare S. Marie feruum Adelberonem ea lege, ut ipfe et pofteri eius quinque nummof fingulif anniſ perfoluant et hi funt teſtef: *Pertolduf de hittingn, Merboto de uzheim, Erinbertuf economuf noſter, Wizelinus.* (L. c. 16. Nr. IV.)

CCLXX.

Comef Ekkebertuf delegauit fornbacenſi cœnobio seruum suum nomine Gerhoh eo pacto, ut fingulif anniſ quinque nummof perfoluat uel ſi tribus continuatim anniſ prefcriptum tributum reddere omiſerit, ſeruituti obnoxiuſ ſit huiusque traditionif hii sunt teſtef: *Waltherus, Sterfrit, Rŏdpertuf.*

CCLXXI.

Quidam *milef comitif Hermanni Almarus* nomine tradidit ad idem altare s. Marię quoddam maucipium Wernhardum et omne predium, quod *galſpach* habuit, eo iure, ut militari officio predicto cenobio deſeruiat. Dedit etiam quandam ancillam Hazacham cum omni ſua poſteritate ea lege, ut tam ipſa quam

cuncti liberi eius annuatim tributum quinque nummorum perſoluat (sic). Et hi ſunt teſtef: *Berhtolt de reinenbach, Berhtolt de hittingnen, Adelbreht de pumſteten, Bernhart Erimpreht.* Hęc traditiò facta eſt per manum cuiusdam *nobilif* uiri nomine *Wœſgrim de Galſpah.* (L. c. 17. Nr. VI.)

CCLXXII.

Izo de ſteinchar et *muoza* uxor ipſiuſ tradiderunt ad idem altare quandam ancillam nomine Engila hoc pacto, ut ſingulif anniſ quinque nummorum cenſum perſoluat et ſunt teſtef *Bertolfus, Reginboto longvs, Wiſo, Ermpreth.* (L. c. 18. Nr. VI.)

CCLXXIII.

Berhtolduſ de anteſenhouen tradidit ad altare S. Marię duaſ ancillaſ Methilt, Willibirc eo pacto, ut annuatim V. nummoſ perſoluant. Huiuſ rei teſtef sunt *Idem Perhtolduſ, Engelhart, Chunizo, Item Perhtolduſ alius.* Ad inueſtituram hii idem.

CCLXXIV.

Comeſ Ekkebertuſ ad altare ſanctę Marię rogatu *Ditrici comitiſ* Haduic cum omni poſteritate ſua delegauit et ſub hiſ teſtibuſ firmauit, uidelicet *huc de pholſu, Aribo de ſciltarin et Giſlolt de mithc, Pertoltus palun et frater eius Marchart, Pernhart, Heberhart, Henricus, Walchon.* Et sub eiſdem teſtibuſ inueſtituram fecit. *Ekkebertuſ comeſ* tradidit ad altare S. Marię quendam dietmarum nomine eo pacto, ut per ſinguloſ annoſ v. nummoſ perſoluat. Et huius rei teſtef ſunt *Wernharduſ, Albuin de ſtein, Walther de . . . . dorf, Pertolf Palun, Ortolfus de ſtuphao, Aribo de ſciltorf, Aribo de mitiche.* (L. c. 20. Nr. X.)

CCLXXV.

Quedam mulier *ůto* nomine filia *Dietrici de chemenatia* ſe ipſam ad altare S. Marie ad perſoluendum annuatim V. nummoſ tradidit cum omni poſteritate et ancillam ſuam Gnan nomine proprio iure (?) ad idem altare delegauit. Huiuſ rei teſtef ſunt *Walther de rǒting, Pernhart, Erinpret, Adalman, Henrinhc, Henrich, Walchǒn, Geroldvs, Engilpret.*

CCLXXVI.

Wilbirga de prama delegauit per manum *nobilif* uiri *Hartmanni de Oſternahi* quandam ancillam nomine mathildam ad altare S. Marie, vt annuatim V. nummoſ perſoluat. Et hi sunt teſteſ: *Pilgrimus de cranberge, Eckericuſ.* (L. c. 20. Nr. X.)

CCLXXVII.

Adelheit filia *Gerici de Hotterpach* offerebat filium ſuum ad altare ſancte marię et tradidit hŏbam unam. Et hi teſteſ exſtiterunt: *Ekkebertvs filivs Ekkeberti comitiſ, Hugo de pholoſhouua, Gifeloldufſ.*

CCLXXVIII.

Nouerint omneſ tam preſenteſ quam ſuccedenteſ, qualiter quidam homo *himzelim* nomine tradidit ancillam ſuam Gifela nomine pro remedio anime ſue cum tota poſteritate ſua ad altare ſancte marie ea lege et ratione, ut pro redibitione ſeruitutiſ ſinguliſ anniſ V. denarioſ ſoluant. Iſti ſunt teſteſ: *Wiſo et frater eius Gottho.*

CCLXXIX.

Ad noticiam omnium fidelium uenire deſideramus, (quod) quidam homo *rapoto* nomine delegauit quandam ancillam nomine rapurc. Ad altare Sancte Marie in loco, qui dicitur formbach, ea uidelicet racione, ut per ſinguloſ annoſ V. denarioſ perſoluat ad ſupradictum altare S. marie. iſti ſunt teſteſ: *Berhtolt.*

CCLXXX.

Cunctoſ fideleſ noſſe deſideramuſ, quod quedam religioſa uidua nomine *Helica* tradidit ad altare ſancte marie IIII. ancillaſ nomine gepa, hiltgart, Pertha, egildrud in loco, qui dicitur formbac, ea uidelicet ratione, ut unaqueque earum per ſinguloſ annoſ perſoluant V. denarioſ ad ſupradictum altare ſancte marie. Et hi teſteſ extiterunt: egebertus, *Ditericuſ, engilmar, werigant, Aribo, Bertholt.*

CCLXXXI.

Heinricus quidam ſeruiens domni *Dietrici* delegauit ancillam nomine Richizam filiam Jrinfridi de *Rotengin* ad cenſum

V. nummorum et hii sunt testes: *Wernheruſ de cella, Wicemannus, Hartmannus, Adalmannus de Wimartingen, Salman de Rotingen, Bero, Rapoto.* (L. c. 24. Nr. XIX.)

CCLXXXII.

Eppo filiuſ *Gerberti de mitiche* delegauit ad altare S. Marie ancillam Richilt nomine ad cottidianum seruicium. Hoc factum eſt ſub hiſ teſtibus: *Aeribone de mitiche et filio eius Giſloldo, Herrant, Pilgrim de mitiche.* (L. c. 25. Nr. XIX.)

CCLXXXIII.

Gunthardus de purcſtal dedit eidem eccleſię pro remedio animę ſuę wernhardum et Metildam hoc pacto, ut ſingulis annis cenſum V. nummorum perſoluant huiusque rei teſtes extiterunt *Sigehardus, Aeribo de mitiche, Ekkericus, Ernbertus, Adalmannus.* (L. c. 25. Nr. XIX.)

CCLXXXIV.

Quaedam mulier *Enza* uxor *Pezelini procuratoriſ comitiſ Ekkeberti* delegauit ad altare S. Marię quandam ancillam Wille- nomine per manum *nobiliſ* uiri *Ekkerici de Anteſen* ad perſoluendoſ annuatim V. nummoſ cum omni poſteritate ſua. Huius rei teſtes sunt *idem Ekkericuſ*, qui eam delegauit, *Hartwicuſ de Eſetunowe, vdelricus de Anteſen.* (L. c. 25. XIX.)

CCLXXXV.

Vueremŏt de Aeſenheim concedente domno ſuo *Wernhardo* et filiis eius *Wernhardo* et *Kerhardo de Glizenuelde* ad altare S. Marie quoddam mancipium tŏta tradidit ad perſoluendum cenſum quinque nummorum annualiter cum omni poſteritate ſua. Et hi teſtes sunt: *Ortuuin de Richpolteſwinchel, Rŏpertus de Alderesſpach, Ekkehart de Linprehteſheim, Adelman de Aeſenheim, Megingoz de Cimberc, Liutŏlt de ſlinſbach.* (L. c. 24. Nr. XX.)

CCLXXXVI.

Helmbertuſ clericus de *witerun* delegauit ad idem altare per manum cuiusdam *nobiliſ* uiri nomine *Rumolt* quoddam mancipium Bernhardum nomine eo pacto, ut poſt mortem ſuam cenſum quinque

nummorum peroluat et hoc factum in prefentia *domni W. abbatiſſ* ſub hiſ teſtibus confirmatum eſt: *Predicti Rumoldi, Bertoldi de hittingin.* (L. c. 25. Nr. XXI.)

CCLXXXVII.

Quidam *nobiliſ* homo nomine *Otto de Rŏltingin* ſpiritu pietatiſ inflammatus formbacenſi cenobio predium, quod in prenominato loco poſſedit, ob ęternę uitę remunerationem tradidit et aliud nomine *Adelhartingin Garſtenſibus fratribus* dedit. Quę utraque predia ſub manu *D. marchioniſ* erant. *Prefatus marchio, cum quandam munitionem nomine Tilien obſideret,* priuſ iuramento a nuntio ſupradicti O. accepto delegauit. Cuius rei teſtef facti sunt *Fridericuſ ratiſponenſis aduocatus, Englbertuſ comef de Piurn, Ragoboto uzzeterauua* (sic), *Bertoldus de Scamhobeth, Rahewin de Kazbach, Ŏdelricus uon dem ſtein, Altmannus de Signburch, Adelbero de Bockefberch, Goteboldus de Filce, Gotfridus de Weterenuelde, Heinricuſ de Mŏraha, Heinricus ſpan de Voheburc, Megingoz de Weiſtingen conſobrinuſ ipſius memorabiliſ Ottoniſ.* (L. c. 26. Nr. XXII. conf. Nr. LXVII.)

CCLXXXVIII.

Comeſ Ekkebertus delegauit ad altare ſanctę Marię treſ filias *Geroldi de Houerûten* ſcilicet *Adelheit, Perta, Richkart* eo pacto, ut annuatim censum V. nummorum perſoluant. Huiuſ traditioniſ exſtiterunt teſtef Wernhardus, Pilgrim, Megingoz, Pertolduſ, Ingram.

CCLXXXIX.

Quidam *nobiliſ* uir nomine *Wolfram* tradidit eidem ecclefię quandam ancillam nomine Enceuuip eo pacto, ut cenſum V. nummorum annuatim perſoluat huiusque rei ſunt teſtef *Ekkerich, Wiker, Pernhart, Adalman, Friderich.*

CCXC.

Quędam matrona nomine *Richpurhc* delegauit ad prefatum locum per manum *nobiliſ* uiri *Ekkerici de Encenchirgen* duo mancipia, quorum hec sunt nomina: Wiker, Acila, ad cenſum

quinque nummorum et hi sunt teſtes: *predictus Ekkericus, Ekkericus de oſterna, Tiemo, Bero, Fridericus.* (L. c. 26. Nr. XXIII.)

CCXCI.

Quidam uir *Erchenbolt de duricheim* et uxor eius *Tŏta* delegauerunt ancillam Friderun nomine ad cenſum V. nummorum et ſeruum quendam *Egeno* nomine ad cottidianum ſeruicium et hi sunt teſtes: *Bernhart, Bero, Heinrich.*

CCXCII.

Item *Hermannus* quidam et filius eius *Cumpolt* delegauerunt ad hunc locum ancillam Rapurch nomine ad cenſum V. nŏmmorum ſub hiſ teſtibus: *Repinoldo, Bero, Heinrico, Reginoldo, Eberwino, Berwino.*

CCXCIII.

Pertholt de *huntha* delegauit ad prefatum locum per manum nobiliſ uiri ekkerici mancipium *Gotpolt* nominę V. denariorum et hi sunt teſtes: idem *ekkericus, Eribo* et filius eius Gifilolt, *Gerunc, Ótvvin.*

CCXCIV.

Quidam uir nomine *Aecile* et uxor eius *Adelheit* delegauerunt per manum nobiliſ uiri *Gunthardi* de *purcſtal* ancillam nomine *livkart* ad cenſvm V. nummorum et hi sunt teſtes: *Lantoldus, Fridericus, Acil, Bero, Reginoldus.*

CCXCV.

Quidam *Cŏnraduſ* de *vzzenheimin* delegauit ancillam nomine *Hedewic* ad cenſum V. nummorum et hii sunt teſtes: *Bernhart, Aribo, Reginolduſ.*

CCXCVI.

Domnus *Dietmaruſ de durchemen* dedit huic eccleſię per manum fratriſ ſui domni *Rŏperti Meginhardum* ad cenſum V. nummorum Et quoddam predium in eodem loco ſitum et hi ſunt teſtes: *Walchŏn de uſcha, Pernhart de geginberge, Arnoldus de ſpiſilberge, Adelbertus de griezdorf, Perngerus de ſcella, Pernhart.* (L. c. 28. Nr. XXVI.)

CCXCVII.

Quidam nobilis homo nomine *Chŏno* dedit huic ecclesię uineam in loco, qui dicitur *Grillinberc*, quam delegauit comes *Ekkebertus* annuente domno *Ortolfo*, qui anforam uini hereditarie in eadem habebat, et ipse comes aliam anforam dedit. Huius traditionis testes extiterunt Dominus *Adelbertus Filius Adelberti de Gern*, *Bruno de pusinberc* et frater eius *Heinricus de antesinberc*, *Chŏno de ramela*, *Megingoz*. (L. c. 29. Nr. XXVII.)

CCXCVIII.

Quedam mulier nomine *Mŭza* delegauit ad altare S. Marie duo mancipia ad cottidianum seruitium, *Ortuuinum* uidelicet et *Fridericum* alia quatvor ad censum V nummorum *Ŏdalricum*, *Eberwinum*, *Irmingardam*, *Adelheidam* et hi sunt testes: Domnus *Adelbertus* filius domni *Adelberti de Gern*, *Sevrit Pertoldus Pernhart*, *Adelbertus*.

CCXCIX.

Hermannus de *męhhing* dedit *Irmingardam* ad censum V nummorum et hi sunt testes: *Rŏdemarus*, *Bernharduf*, *Lantoldus*, *Reginolt*, *Ŏzi*. *Gifiloldus* delegauit *Golderun* ad eundem censum sub his testibus: *Bernhardo*, *Berone*, *Friderico*, *Landoldo*, *Lanzo* de *flouchirgen* delegauit *Adelberonem* ad censum V. nummorum et hi sunt testes: *Bertolt*, *Hartmannus*, *Acile*.

CCC.

Ŏdalscalh de prame uel *Kasten* delegauit *Adden* feminam et filium eius *Dietmarum* ad censum V. nummorum et hi sunt testes: *Erkinbertus*, *Helmbertus*, *Ermbertus*. (L. c. 29. Nr. XXVII.)

CCCI.

Ebo de loufen delegauit *Werinherum* ad eundem censum et hi sunt testes: *Adelbertus filiuf Adelberti de Gern*, *Lanzo de Monchingen*, *Sewrit*, *Bertholdus*, *Dietmarus*, *Gotscalh*. (L. c. 29. Nr. XXVII.)

CCCII.

Rŏpertus de ruripe delegauit *Eberhardum*. Ad censum V. nummorum et hi sunt testes: *Aribo et filius eius Gifloldus*, *Wiker*, *Bernhardus*, *Dietricus*, *Walchŏn*.

CCCIII.

Adelmannus de phutrun delegauit duo mancipia (leerer Raum) per manum cuiusdam *nobilif Rumoldi* et hi ſunt teſtef: *Sigehardus de flaecen, Wolfker de lancenkirchen, Arnoldus de ettenhouen, Chôno de pechlarn, Ôdelrich de chirſtetin, Ôdelrich de lint.* (L. c. 29. Nr. XXVII.)

CCCIV.

Chonraduſ clericuſ de *hittingin* delegauit treſ mulieref pro remedio anime ſue cum tota poſteritate ſua ad altare ſancte Marie ea lege et ratione, ut nulla ſeruitutiſ macula obnoxii teneantur, ſed pro redibitione ſeruitutiſ ſingulif anniſ V. denarioſ ſoluant et ſi uno anno non ſoluerint, alio emendent et ſi tertium tranſcenderint, reliqum (sic) tempuſ uite ſue æterna ſeruitute obnoxii ſine ulla contradictione teneantur. Poſt obitum matriſ ſue delegauit famulum et ancillam eadem lege. Iſti ſunt teſtef: *Heremannus de pholoſhouua* filiuſque eius *Huc, Gerold uon ezzenbach* filiusque eius *Heinricuſ, Liutfrit von ôſtheim.* (L. c. 30. Nr. XXIX.)

CCCV.

Quidam *nobiliſ* uir de *Vfenberge Arnoldus* nomine delegauit huic ęcclefię tria mancipia ad cenſum V. nummorum ſcilicet *Bertoldum* et fratrem eius *Livpoldum* ac ſororem illorum *Gôtelindam* Sub hiſ teſtibus: *Ermberto* economo noſtro, *Engilmaro*, *Grimil*, *Heinrico* et aliiſ multiſ de ſeruientibus.

CCCVI.

Domna Hemma delegauit ancillam ſuam *Henzam* filioſque eiuſ *Arnoldum* Et *Engilfcalchum* omnemque poſteritatem ſuam iure perpetuo pro remedio anime ſue ad altare ſancte Marię ea lege et ratione, ut ſingulif anniſ pro redibitione ſeruitutiſ V denarioſ ſoluant. Et ſi uno anno non ſoluerint, alio emendent, ſi autem tercium aſcenderint, ab abbate eiuſdem loci uinculo antique ſeruitutiſ ſine ulla contradictione obligentur. Item delegauit mulierem Bilint omnemque poſteritatem ſuam ad idem altare ſancte Marie lege qua ſupra.

CCCVII.

Chŏnradus de uzheimin delegauit puellam nomine Pertha ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſtef: *Eberhardus de hittin, Hermannus, Heituolc, Ekkericus, Pernhardus.*

CCCVIII.

Quidam homo *pato* nomine de *preitenperge* delegauit ad altare ſanctę dei genetricſ Marię per manum cuiuſdam *nobilſ* uiri *Giſloldi de mitiche* et *Adelhardi de moſepahhouen* quandam ancillam nomine Enza filiamque eius Reglindam preſente *comite Ekkeberto ſeniore* tunc temporſ aduocato, preſente etiam *Dietrico comite*, qui et teſtiſ extitit, ſicut et *Witigo* et *Eppich* teſtef nichilominus facti ſunt. (L. c. 33. Nr. XXXV.)

CCCIX.

Perhtoldus de Anteſin dedit formbacenſi ęcclefię pro remedio animę ſuę et uxoriſ ſuę quandam ancillam nomine Götelint cum quatuor filiiſ ea lege, ut tam ipſi quam poſteri eorum annuatim quinque denariorum cenſum perſoluant et huius rei teſtef ſunt *Nortbertus de Engltarteſheim, Waltheruſde anteſin* (L. c. 35. Nr. XXXVIII.)

CCCX.

Adelmannus de Phutrunen tradidit per manum cuiusdam *nobiliſ* uiri *Engldie* ad altare s. Marię quatuor mancipia, quorum hęc sunt uocabula: *Henricum, Heilicam, Adelheidam, Liutkardam* ad perſoluendum annuatim V. nummoſ. Et huius rei teſtef sunt: *Ekkericus de Oſternahe, Erinbertus economus noſter, Ipſe Adelmannus, Gerhoch, Bero. Ad Inueſtiturum Hi idem.*

CCCXI.

Nouerit uniuerſorum induſtria qualiter matrona quedam *nobiliſ benedicta* nomine de *algeſtrpach* (?) formbacenſi cenobio per manum cuiusdam *nobiliſ* uiri *Hartwici de Hagenou* delegauerit albrat ſuum mancipium ad cenſum quinque denariorum ſub hiſ teſtibus: *Heinricus Rifrit* (sic), *Liutolt, Walchun de untlingen.*

CCCXII.

Nouerint cuncti fideleſ, quod *Pilgrimus de Pŏteleſbach* per manum *Dietrici de Hottingen* anno ab incarnatione domini MCLXIV. dedit ſancte dei genetrici marię ad cenſum quinque nummorum ſingulif annif perſoluendum IIII. mancipia, quorum hec ſunt uocabula: *Giſala, Ekkericus, Marchuuardus, Rŏpertuf.* Eadem die et ad eundem tributum delegauit *Wolfgangus de Windeberge* quandam *Gotelindam.* Quarum utrarumque delegationum teſteſ facti sunt: *Fridericuf de Ezzinbach, Pilgrimus de fuente Reginoldus de Nuwenburc, Cŏnraduf Andehſe, Dietricus queſtor, Ŏdefcalch queſtor* et alii quam plureſ. (L. c. 37. Nr. XLI.)

CCCXIII.

Domna *Willibirch cometiſſa et filius eius Ekkebertuf* delegauerunt *Pertholdum de houeruten* ad cenſum V. nummorum annuente *comite Ekkeberto*, qui et teſtif extitit, ſicuti et teſteſ nihilominuf extiterunt: *Pertoldus Palun, Hermannus de roting. Diepoldus de logheim, Sigboto de bornhemen, Marcuuardus, Ekkehardus untur, Irmfridus Junior.* (L. c. 37. Nr. XLIII.)

CCCXIV.

Preſata *cometiſſa* et filius eius *Ekkebertus* annuente *comite E.* delegauerunt ad altare S. Marię dimidium manſum ad *patheringin* et hi sunt teſteſ: *Pertoldus palun, Hermannus de roting, Sigboto de bornheim, Wernhardus zant, Harturidus, Arnoldus, Heinricus de chrûgarn, Wermuot.* (L. c. 38. Nr. XLIII.)

CCCXV.

Domna *Chunigunt cometiſſa proficiſcenſ de prouincia* tradidit noſtrę ęccleſię puellam nomine *Richilt* ad cenſum V. nummorum. Et hi ſunt teſteſ: *Ekkebertus, frater ipſius, Peroldus palun, Arnoldus, Hermannus, Harturidus, Wernhardus, Dietmarus, Wernhardus.* (L. c. 38. Nr. XLIV.)

CCCXVI.

Diepoldus de locheim delegauit ancillam nomine *Hicil* cum filiif ſuiſ *Sigbotone et Dietrico* ad cenſum V. nummorum et hi

sunt teſtes: *Ŏdalſcalh, Werinherus, Goezwin, fratres ipſius D. et frater mulieris Reginolt.*

CCCXVII.

Diepolduſ de lohhemin delegauit ancillam nomine *Benedictam* ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſtes: *Gozuuinus frater ipſius Diepoldi, Giſeloldus de mitih, Huc de liuprehteſheimen, Hermannuſ de rœting, Hermannus de ſirnik, Rŏdgerus de kalſteten, Liupoldus troie.* (L. c. 38. Nr. XLV.)

CCCXVIII.

Idem *Dietpoldus* alia uice tradidit *Chriſtinam* ad predictum cenſum ſub hiſ teſtibus: *Gozuuino fratre ipſius, Gotfrido de rotouge, Chŭrado* (sic), *Reginbotone de Chrŭgarn, Bernhardo ſeniore, Reginoldo et Gerhoh,* auunculiſ puellę eiusdem *Chriſtine, Herbrot, Ermberto Juniore.* Sed et antea delegauerat matrem ipſius *Chriſtine*, ut in priori pagina deſignatum eſt. (L. c. 38. Nr. XLV.)

CCCXIX.

Quidam miles *comitiſ E. Rafolduſ* nomine tradidit treſ ancillaſ, ſcilicet *Gerdrut, Giſilam, Gerburc* ad cenſum V. nummorum. Et hi ſunt teſtes: *Durinc de ſuuarza, Gerrich de rurip, Pilgrimus frater ipſius R. et duo filii eius Witigo et Wernherus, Pabo, priuignus eiusdem R., Bernhardus, Dietmaruſ.* Sub eiſdem teſtibus delegauit predictus *Pilgrimus filium ſuum Herding* ad cottidianum ſeruitium accepto ab eodem *H.* equo et boue.

Sed et uidua predicti R. et filius eius Pabo delegauerunt duo mancipia *Altmannum* et *Marcuuardum* fratrem eius ad cenſum V. nummorum et hi teſtes: *Giſiloldus, Huc, Durinc, Henricus tahel, Hermannus Roting, Herman de ſirnik, Rŏdger, Livpolt troie, Diepoldus et Gozuinus, Wermuot, Herbrot.* (L. c. 39. Nr. XLV.)

CCCXX.

Domna W. cometiſſa dedit *Hadeluch* ad cenſum V. nummorum tam pro remedio animę ſuę quam et pro cuiusdam domnę nomine *Pertha* apud eam defunctae. Et hi sunt teſtes: *Wernheruſ*

de cella, frater eius Goezuuinus, Bertholduf de hitting, Bertholduf de reinbach, Pilgrimus. Sub eiſdem teſtibus et ad eundem cenſum quedam conuerſa nomine iudita delegauit IIII. mancipia, ſcilicet *Wernherum, Chunigunt, Engilam et Itam.* (L. c. 39. Nr. XLVI.)

CCCXXI.

Quidam nomine *Eppo* delegauit ancillam nomine *Pecela* ad cenſum V. nummorum annuatim et ſi tref annoſ omiſerit, cottidiano ſeruitio obligetur. Huius traditionif teſtef extiterunt *Pilgrimus de grantberc, Adelbero cognomine hadinc, Dietmaruf, Fridericus, Reginoldus, Aribo et frater eius Chonraduf.*

CCCXXII.

Domnus *Erchinboldus de durgheim* delegauit *Adelbertum*, ut annuatim cenſum V. nummorum perſoluat, et hi sunt (teſtes): *Heinricus, Regnoldus, Ermbertus iunior, Meginuuart, Sigboto, Ŏdalricuf.*

CCCXXIII.

Ŏdalſcalh de ſuadorf delegauit *Hiltiburgam* ad cenſum V. nummorum et hi ſunt teſtef: *Baldmarus, Bernhardus, Reginoldus, Herbrot, Henricus.*

CCCXXIV.

Werinherus de cella delegauit per manum fratriſſui *Diepoldi*, IIII. mancipia, ſcilicet *Henricum, Ellifam, Gifilam, Herburc* ad cenſum V. nummorum et hi ſunt teſtef: *Idem Diepoldus et frater eius Gozuuinus, Otto filius Diepoldi, Chonradus de uzhemen, Magenf, Henricus et Pilgrimus filius eius, Wernhardus.* (L. c. 39. Nr. XLVI.)

CCCXXV.

Idem *Wernherus* dedit alia uice propria manu III. mancipia *Adelberonem* ſcilicet, *Sigbotonem* et matrem eius *Livphitl* ad predictum cenſum et hi sunt teſtef: *Regnoldus, Hermannus, Pernhart, Ŏdalricus, Rŏdolfuf.*

CCCXXVI.

Diepoldus de lohchemn dedit *Burchardum* ad cenſum V. nummorum et hi ſunt teſtef: *Gifbolduf, Gozuuinus, Gerhardus*

de Ouua, Bertholdus de reinbach, Heinricus de Crûgarn, Rûpertus de Chadeling. (L. c. 39. Nr. XLVI.)

CCCXXVII.

Idem *Diepoldus* dedit *Gepam* ad predictum cenſum et hi ſunt teſtef: *Hermanus filius ipſius, Gozuuinus frater eiusdem D. et Ôdalfcahl, Magenf, Pilgrimuf, Wernhart.* (L. c. 39. Nr. XLVI.)

CCCXXVIII.

Chônradus de holzheimin delegauit *Wezelinum* ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſtef: *Aribo, Friderih, Henricus, Regnoldus.*

CCCXXIX.

Hermannus de lohchemen delegauit ancillam nomine *Gerdrut* ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſtef: *Ôdalfcalh, Werinhardus de durchemen, Rôdolfuf et frater eius Reginboto, Ermbertus.* (L. c. 39. Nr. XLVI.)

CCCXXX.

Hunbertus de ruripe delegauit ad altare S. Mariæ predium, quod habuit apud *riuting*, per manum *nobilif uiri* nomine *Werigant de poumgarnt* et ancillam nomine *Rapurc* ad cenſum V. nummorum. Et iſti sunt teſtef per aurem ducti: *idem H. Bertoldus de reinbach, Meginhalm de ufhouen, Dietricus de ammendorf, Wikerus, Wikerus, Dietmarus, Herbrort, Engilman.* (L. c. 40. Nr. XLVII.)

CCCXXXI.

Domnus *Dietricus de viethenſten* delegauit ad altare s. Mariæ *Bertoldum de ruripe* ac filioſ ſuoſ videlicet *Epponem, Ottonem, Guntherum, Chonradum* ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſtef: *Dietherus de alfa, Eberharduf de ekke, Gerich de gulſhemen, Sigboto de ruripe, Enne, Eigilbret de chalhem, Dietwin, Dietmarus, Ôdalrich.* (L. c. 40. Nr. XLVIII.)

CCCXXXII.

Ingram de thalahem delegauit per manum *nobiliſ uiri Kerloch* duo mancipia ad cenſum V. nummorum ſcilicet *Wal-*

purgam et Methildam. Et iſti sunt teſteſ: *idem Kerloch, Altmannus de perchem, Ôze, Heinricus, Dietmarus, Chônradus, Walkmarus, Meginhardus.* (L. c. 40. Nr. XLVIII.)

CCCXXXIII.

Comeſ Ekkebertus dedit cuidam militi *Helmberto de Witerun* ſeruum nomine *Lanzo*, qui poſtmodum impetrauit a domno ſuo delegari per manum ſupradicti *comitiſ Ekkeberti* in manum cuiusdam nobiliſ uiri *Rumoldi* delegandum, quocunque petiſſet. Quem poſtea *Rumolduſ* poteſtatiua manu ſuper altare s. Marię ad cenſum quinque numorum delegauit. Huius rei teſteſ sunt *Idem Comeſ Ekkebertus, Albinus de ſtein, Erchinbertus de Moſebach, Stercfriduſ de orientali plaga, Herimannus de Svvarza, Hartfridus et frater eius Reginboto mileſ comitiſ, Cotefridus economus comitiſ, Lantolt et Adelmannus* noſtrę ęcclesię ſeruienteſ. (L. c. 40. Nr. XLVIII.)

CCCXXXIV.

Diepolduſ de Lochemen delegauit *Burchardum de pholſou* ad altare ſanctę Marię ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſteſ: *Ekkebertus comeſ ſenior, Erchinbertus de moſebach, Giſeloldus de mitthih, Gozwinus frater eiusdem Diepoldi.*

CCCXXXV.

Gerunc de Viehtenſtein delegauit preſente *Ekkeberto tercio* ad altare s. Marię sex mancipia ad cenſvm V. nummorum *Livpoldum, Livtkardam, Adelheidam, Heilicam, Waltpurgam, Richkardam.* Et hi teſteſ sunt: *Poppo de Stuppa, Rapoto de liudinge, Werinhart zant, Dietmar loſpart.* (L. c. 40. Nr. XLIX.)

CCCXXXVI.

Ôzo et vxor eius dederunt per manum *Heberhardi de Hittingen* ancillam nomine *Pertham* ad cenſvm quinque nummorum. Et hi sunt teſteſ: *Richkerus de irſheim, Chôno de ſibenbach, Eberhardus de eodem loco, Egelolf de ſtroſſingen.* (L. c. 41. Nr. XLIX.)

CCCXXXVII.

Wolframmus de hitting delegauit *Bertoldum* ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſteſ: *Eberhardus, Gunibertus, Rôpertuſ, Hartuuicus.*

CCCXXXVIII.

Dietmaruſ de Vvnfeeichen delegauit predium ſuum, quod habuit ad *porzheim* et preſtari ſibi rogauit, ut filia ipſiuſ annuatim inde cenſum perſoluat, ſcilicet duoſ modioſ auenę et decem metretaſ tritici. Et hi ſunt teſteſ: *Pertolduſ de Hittingen, Wikkerus, Bernhart, Rŏpertuſ.*

CCCXXXIX.

Ŏdelſchalch de Marclup delegauit ancillam nomine *Rapurch filiam Erchinboldi* ad cenſum V. nummorum. Et hi teſteſ ſunt: *Engilman, Gemmuŏnt, Pernhart, Reginbolt.*

CCCXL.

Quedam matrona nomine *Gerdrut* delegauit filiam *Rapotonif* nomine *Hacicha,* ſicuti et antea matrem eiusdem cum ceteriſ filiiſ ſuiſ ad cenſum V. nummorum. Et hi ſunt teſteſ: *Adalmannus frater ipſius Gerdrut, Ermbertus iunior, Herbrot, Gotbolt, Heinrih.*

CCCXLI.

Chadelhoh de Engilharteſed delegauit *Giſilam* ad cenſum V. nummorum. Et hi ſunt teſteſ: *Chûnradus filius ipſius C., Sigifriduſ, Herbrot, Fridericus, Wernhardus.*

CCCXLII.

Wikerus groſſus tradidit *Meginhardum* et *Bertholdum, Wigmannum* ad cenſum V. nummorum et hi ſunt teſteſ: *Reginolduſ, Fridericus, Aeribo, Dietmarus, Marcuuardus.*

CCCXLIII.

Quidam *Mathurit* nomine ac ſororeſ eius *Herburc* et *Richiza* ac filię earum *Adela et Bertha* dederunt ſemetipſam ad altare S. dei genitricis Marię ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſteſ: *Gozuuinus, Ermbertus ſenior, Engilbertus, Ebo, Engilman, Altmannus, Wicbot.*

CCCXLIV.

Predictus *Wikerus groſſuſ* tradidit ad eundem locum *Willehalmum* et *Helradam* ad cenſum V. nummorum, *Dietricum,*

Berngerum et *Wolframmum* ad cottidianum ſeruicivm et Hi ſunt teſtef per aurem ducti: *Heinricus, Ŏdalricus, Eberuuinus, Ermbertus, Bertoldus, Wicbot, Werinheruſ.* Item idem W. delegauit *Pertham* ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſtef: *Dietmarus, Marcuuardus, Liupolduſ, Meginhardus.*

CCCXLV.

Diepolduſ de lochemen delegauit *Guntherum* ad cenſum V. nummorum et hi sunt teſtef: *Gozwinus et Ŏdafcalhus fratref ipſius D., Dietmaruſ* et *Reginolduſ, Walchûn, Heinricus.*

CCCXLVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam mulier Perchta nomine de *gaizperg* liberam agenſ uitam delegauit ſe altario ſancte Marie in fornbach ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *Egillofus (sic) preco, Chvnradus, Eberwinus, Waltherus, Heinricus, Alfriduſ, Vlfalcus* et alii quam plureſ.

CCCCLXIII.

Preſentibus et futuriſ notificamus, quod quidam homo heinricus nomine de *cholving* liberam agenſ uitam delegavit ſe altario ſancte Marie in fornbach ad V. nummoſ annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *Vlricus preco, Vlricus camerarius, Eberwinus, Heinricus, Chvnradus* et alii quam plureſ.

CCCCLXIV.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam mulier *cometiſſe de meglin chvnigundiſ* nomine de *ſpecenpach* ſemetipſam ab ea redimenſ LX. denariiſ maxime pro chriſti nomine ea conditione, ut ſe delegaret ſuper aram ſancte Marie in fornbach, que conpleta ſunt ſub *nuntio* et *officiario ipſius cometiſſe* Elimanno nomine et hi ſunt teſteſ: *idem elimannus et filius eius Wernhart, Heinricus frater eius, Engilſalcus auunculus eius, Rvpertus, Dietmarus, Rudigerus, Ortolfus, Wernhard, Heinricus, Reinoldus, Weipoto cocus, Hademarus.* (L. c. 116. Nr. CLI.)

CCCCLXV.

Notum eſt omnibus chriſti fidelibus, quod quedam *alheit de ruripe* filium ſuum Heinricum redimenſ a *chvnrado de hvbe* ac a muliere ſua wentila per manum *nobiliſ uiri egilonif de hungirperg* delegauit eundem Heinricum ſancte Marie in fornbach ad cenſum V. nummorum cum omni poſteritate ſub hiſ teſtibus: *idem Heinricus, Vlricus, Pernhardus, Hermannus, Wernhardus.* (L. c. 116. Nr. CLI.)

CCCCLXVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *Vlricus de ezenbach* tradidit ſancte Marie in formbach Hilkarden cvm dvabus

filiabus eius Perchta et Richza ad cenſum V. nvmmorum annvatim perſolvendum. Hii teſteſ: *ipſe domnus Vlricvs, Wicpoto de tevſinpach, Dietricus preco, Lvitoldus villicus fvs, Senior franch* et alli (sic) quam plures. (L. c. 116. Nr. CLI.)

CCCCLXVII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam *Alheidiſ de wenge* liberam agenſ uitam delegauit ſe per manum *nobilis uiri Heinrici de grizpach* ad altare ſancte Marie in Formbach ſub hiſ teſtibus: *Rödigerus et Chunradus de grizpac, Rapoto de heigraren et Heinricus de eholvingen, Heinricus, Chunradus et Pernhardus de heigraren, Perchtoldus.* (L. c. 116. Nr. CLI.)

CCCCLXVIII.

Preſentibus et futuriſ inſinuamus, quod quedam mulier Mehtild nomine liberam agenſ uitam delegauit ſe altario ſancte Marie in fornbach ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *eberhardus faber, Walther de rothouen, Weipoto de monte, Orcolfuſ* (sic.), *Engilfalcus frater eius, Chunradus de mech .... Dietmaruſ.*

CCCCLXIX.

Pateat auribus tam preſentium quam futurorum, quod quidam uiri *apud caſtrum nevburc* degenteſ nomine Fridericus, Sintrammus, Dietleibus delegauerunt altario ſancte Marie in vormbach uirum quendam chvnradum nomine ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibvſ: *Eberwinus de ſechſenperg, Pernhardus de ſcherding, Eberwinns de ode, Vlricus puman, Siboto, Hademarus, Ebergerus* et alii.

CCCCLXX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam femina Judita nomine liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *Dietricus de nevburc, Eberhardus faber, Ortolfvſ, Wipoto, UValtherus de mitech, Dietricus, Vlricus, Piligrimus, Levpoldus.*

CCCCLXXI.

Memorie tam preſenti quam future commendamus etati, quod quedam *nobilis matrona de nevburc Diemut* nomine annuentibus dvobus filiiſ ſuiſ *Reinoldo* uidelicet et *Vlrico* ob remedium anime conſortiſ ſui delegauit altario ſancte Marie feminam quandam nomine Alheit ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *Vlfcalcvſ, Eberwinus, Heinricus fratreſ eiusdem mulieriſ, UVergandus, Heinricus, Perhtoldus filii amite ipſius, Chunradus* et alii. (L. c. 116. Nr. CLI.)

CCCCLXXII.

Preſentibus et futuriſ infinuamus, quod quedam mulier de *revrippe* Chvnigunt nomine liberam agenſ uitam delegauit ſe altare (sic) S. Marie in fornbach ad cenſum V. nummorum ſub hiſ teſtibus: *Marchvardus apud revp, Eppo, Werinhardus, Arnoldus frater eius, Wergandus de revrippe.*

CCCCLXXIII.

Chriſticoliſ cunctiſ celeſti dog ate functiſ innoteſcimus, quod quedam mulier *Levkarde* nomine de *chindeheim aliquantule libertatiſ* delegauit ſe ipſam altario ſancte Marie in uorbach ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum sub hiſ teſtibus: *UValchvnvſ, Vlricus fratreſ eiusdem mulieriſ, Fridericus, Heinricus, Eberwinus et Heinricus frater eius de fechſenperg, Wipoto preco, Albertus de rozinperg* Aliique plures. (L. c. 117. Nr. CLII.)

CCCCLXXIV.

Cunctorum noticie innoteſcimus, quod quedam mulier Alheidis nomine liberam agenſ uitam cum omni poſteritate ſua delegauit ſe altario s. Marie in vormbach ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum Sub his teſtibus: *Chvnradus pater ipſius, Chunradus de nemore, Chunradus planch, Vlfcalcus de nevburch, Hermannuſ de puchtobel, Walchunus, Heinricus hortulanus de nevburch.* (L. c. 117. Nr. CLII.)

CCCCLXXV.

Preſentibus et futuriſ innoteſcimus, qued quedam ancilla a domna ſua libera dimiſſa delegauit altario s. Marię filium ſuum

Wernhardum nomine cum omni posteritate sua ad censum V. nummorum annuatim persoluendum sub his testibus: *Vlricus preco de choluing, Hermannus nauta, Perhtoldus nauta, Hermannus vorster, Chunrat, Otto, Chunradus villicus* et alii. (L. c. 117. Nr. CLII.)

CCCCLXXVI.

Universitati fidelium pleniter insinuamus, quod quidam *Heinricus de grizpach* delegauit altario S. Marie in vormbach duo mancipia sua Chunradum, Heinricum ad censum V. nummorum annuatim persoluendum Sub his testibus: *Heinricus de eichperg, Heinricus de wizzenpach, Vlricus preco, Eberwinus de shefenperg, Ortolfof, Wicpoto* et alii quam plures. (L. c. 117. Nr. CLII.)

CCCCLXXVII.

Intimamus generationi omni, que uentura est, quod quidam *Chunradus* et filius eius *Heinricus* de *adelnperg* ob remedium anime sue delegauerunt altario S. Marie in vormbach tria mancipia sua Eberhardum uidelicet cum sorore sua nomine Helica et matre ipsorum Perhta cum omni posteritate sua ad censum V. nummorum annuatim persoluendum Sub his testibus: *Vlricus de einberch, Ortolfof de ovfheim, Meinhardus de stechenperg, Ortolfof, UVernhardus, Wolfhardus, Hartunguf, Chunradus, Perhtoldus* et alii quam plures. (L. c. 117. Nr CLII.)

CCCCLXXVIII.

Uniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris innotescimus, quod quidam *miles* de *aschaha Pilgrimus* nomine tam ab *abbate Ortolfo* quam a conuentu sui collegio precum et pecunie sue interuentu obtinuit, ut filiam suam Alheidam nomine, que ecclesie nostre V. denariorum censualis erat, ab ipso iure, quo nobis tenebatur, absolutam et inmunem iudicaremus. Quapropter prefatus Pilgrimus ratione concambii, hoc est pro memorata filia sua duo mancipia unam uidelicet mulierem Perhtam nomine et filium eius Heribordum nobis eodem iure, hoc est ad V. denariorum solutionem cum omni posteritate sua manu potestatiua contradidit Sub his testibus: ipsemet *Pilgrimus*, qui eos delegauit, et *filius eius Wernhardus et Engilbertus*, qui uxo-

rem duxerat prefatam Alheit, *Heinricus vorlauf confobrinus ipfius P., Wipoto officiarius, Chunradus villicus, Ortolfvf, Wicpoto, Heinricus, Wicpoto* et alii. (L. c. 118. Nr. CLIII.)

CCCCLXXIX.

Cunctif chriſti fidelibus innoteſcimus, quod quedam femina de *patauia* liberam agenſ uitam delegauit ſe cum duobus filiif ſuif Heinrico uidelicet et Chalhocho et filia ſua Perhta altario S. Marie in vornbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Nomen vero mulierif prefate, quod ſuperius minime aſſignauimus, eſt alheidis. Cuius rei teſteſ sunt hi: *Walchunus de herzogburc, Richardus, Vlricus cocus, Waltherus, Almannus, Ortolfvf, Rudolfvf, Ekkebertus Calcifex, Vlricus, Chunradus, Heinricus, Alher* et alii plures.

CCCCLXXX.

Preſenti et future etati innoteſcimus, quod quedam *nobilif matrona Mehthildif* nomine de *huſſenaw* cum duobus fratribus ſuif *Walchuno* uidelicet et *Chunrado* delegauerunt altario S. Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum ancillam ſuam Irmgart nomine cum omni poſteritate ſua. Hvius rei teſteſ sunt iſti: *Pilgrimus plebanus de revtaren, Vlricus, Heinricus, Perhtoldus, Almannus, Rudegerus, Ortolfvf, Ekkebertus, Chunrat de pholfov.* (L. c. 118. Nr. CLIII.)

CCCCLXXXI.

Quedam *nobilif* femina *Mehthilt* tranſ *enum* liberam agenſ uitam delegauit ſe ipſam ad cenſum V. denariorum altario S. Marie in uorbach ſub hiſ teſtibus: *Hermannus frater ipſius, Vlricus, Dietricvf de nevburc, Eberwinus de ſechſenperg, Reinloch, Albertus de ruzzenperg, Hermannus Heinricus, Pilgrimus plebanus de revtaren.* (L. c. 118. Nr. CLIII.)

CCCCLXXXII.

Quidam *Vlricus de durchheim* cum uxore ſua *Alheit* et filio ſuo *Pernoldo*, et duabus filiabus ſuif *Judita* et *Helica* ob remedium anime ſue delegauerunt altario S. Marie in vorbach quoddam

mancipium ſuum Heinricum nomine ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes sunt hi, qui poſtea sunt notati. Ipſo die quedam femina ſuperius notata Judita nomine liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie in vornbach ad cenſum V. denariorum. Cuius rei teſtef sunt hi: *Chalhochvf canonicus patauienſis, Otto plebanus de tovſchirho et Ortolfvs frater, Vlricus faber de patauia, Wicpoto Cocvf, Wipoto de haigraren, Eberhardus faber, Dietmarus caupo, Vlricus de chrûgarn, Herrandus de cherbach, Heinricus* et alii quam pluref.

CCCCLXXXIII.

Generationi omni, que uentura eſt, innoteſcimus, quod quidam *Vlricus et Heinricus de puhel* et quedam *Perhta de ovfheim* et altera quedam *nobiliſ matrona de waldekke Aldedif* nomine omnef liberam agentef uitam delegauerunt ſe ipſof altario ſancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum.

Ipſo die domnuf *Guntherus de nevburch* delegauit quoddam mancipium ſuum nomine Vlfcalcum de S. Georgio ad cenſum V. denariorum Sub hiſ teſtibus: *ipſemet Gunther, Fridericus de neuburc, Wipoto cocus, Heinricus eiſenputel, Wicpoto officiarius, Heinricus, Vlricus calcifex, Chunradus longus, Wolfherus calcifex.* (L. c. 118. Nr. CLIII.)

CCCCLXXXIV.

Quidam *Wergandus de rizelint* delegauit altario S. Marie in formbach quoddam mancipium ſuum nomine Selkerum ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Hii sunt teſtef: *Vlricus preco, Perhtoldus et frater eius Magnus, Dietricus, Lenzo, Fridericus, Heinricus, UVilhalmus uillici* et alii quam pluref.

CCCCLXXXV.

Preſentibus et futuriſ innoteſcimus, quod quidam Hermannus cum ſorore ſua Mehthilde liberam agenteſ uitam delegauerunt ſe altario S. Marie in formbach cum omni poſteritate ſua ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Huius rei teſtef sunt hii: *Vlricus piſtor, Dietricus de nevburc, Eberwinus de sehcſenperg, Albertus de ruzenperg, Reinloch, Pilgrimus plebanus de revtaren, Hermannus, Heinricus* et alii.

CCCCLXXXVI.

Quidam *Hermannus de chemnuten* cum fratre ſuo Arnoldo delegauerunt altario S. Marie in uormbach quoddam mancipium ſuum nomine Heinricum ad cenſum quinque denariorum annuatim perſoluendum.

Hii sunt teſtef: *ipſe Arnoldvſ*, qui ipſum delegauit, *Engilſcalcus de oden*, *Engilchalcus cocus*, *Heinricus eiſenputel*, *Wolfhart calcifex*, *Ortolfvs*, *Heinricus precurſor*, *Heinricus de eichperg*.

CCCCLXXXVII.

Quedam *Williburgis de aiuerſheim* delegauit ſe ipſam altario S. Marie in uormbach ad cenſum V. denariorum Sub hiſ teſtibus: *Heinricus de roting*, *Heinricus*, *Meingotuſ mutarii*, *Heinricus de eichperg*, *Eberhardus faber*, *Vlricvs cocuſ*, *Heinricus precurſor* Et alii quam plures. (L. c. 119. Nr. CLIII.)

CCCCLXXXVIII.

Quedam *Judita de choluing* liberam agenſ uitam delegauit ſe ipſam cum omni poſteritate ſua altario S. Marie in formbach ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtef hii sunt: de prefato loco *Arnoldus*, *Vlricvs preco*, *Dietricus*, *Lenzo villici*, *Dietmarus*, *Marchuardus*, *Selkerus et frater eius Rudegerus*, *Richardus*.

CCCCLXXXIX.

Intimamus generationi omni, que uentura eſt, quod treſ femine *nobileſ Alheit*, *Judita*, *Perhta* ſe ipſam ſancte Marie optulerunt ad cenſum V. denariorum. Et hi sunt teſtef: *Cvnrad de afenheim*, *Alhart*, *Heinric*, *Dietmar*, *Engelſalh*. (L. c. 119. Nr. CLIII.)

CCCCXC.

Quedam *nobilis matrona Hirmgart* nomine de *ripa* cum duobus filiis ſuiſ *Alberto* uidelicet et *Wigoldo* liberam agenteſ uitam delegauerunt ſe altario S. Marie in formbach ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes sunt hii: *Heinricus de eichperg*, *Vlricus preco*, *Chunradus teſtor*, *Ortolfus*, *Wernhart*, *Wolherus de camera*, *Duo Dietrici de nevburc* et alii plures. (L. c. 119. Nr. CLIII.)

CCCCXCI.

Quedam *Chunegvndis de hucing.* liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie in formbach ad cenſum V. denariorum. Hvius rei teſtes sunt hii: *Hermannus nauta, Wergandus, Heinricus, Chvnebertus de ſechſenperg, Heinricus de ekkolfheim, Walchvnus de amdorf.*

CCCCXCII.

Quedam *Mechtildis de hutirpach* liberam agenſ uitam delegauit ſe altario ſancte Marie in formbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum cum omni poſteritate ſua Sub hiſ teſtibus: *Wipoto de walmſheim, Fridericus de anteſenhouen, Chunradus de eiſenheim, Wipoto de mechin, Chunradus de hutirpach, Eberhardus.* (L. c. 119. Nr. CLIII.)

CCCCXCIII.

Innoteſcat omni nationi uenture, quod quedam *nobilis matrona Levkardiſ* nomine de *linahe* liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie in formbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum ſub teſtimonio horum uirorum: *Wicpoto officiarius de ripa, Dietmarus, Hermannus nauta De lina, Adelmannus, Ekkehart, Pilgrimus, Eberhardus.*

CCCCXCIV.

Quedam *nobiliſ matrona de reurip* liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie ad cenſum V. denariorum cum omni poſteritate ſua. Huius rei teſteſ sunt hii: *Wicpoto officiarius de walmſheim, Vlricus officiarius de eholuing, Chunradus, Eberwinus, Sypoto, Vlricus de reurip Et Vlricuſ regſcinch, Wernhart de gramperg* et alii quam plureſ. Nomen autem prefatę matrone eſt *Mehthilt* et nomen filię eius *alheit*, que etiam ipſa die delegata eſt cum prefatiſ teſtibus.

CCCCXCV.

Quedam *Jutta de walſhaim* liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marię ad cenſum V. nummorum. Huius rei teſteſ ſunt hii: *Wipoto preco, Eberwinus de litore, Chvnradus de villa, Perctoldus de valle, Eberwinus de ſechſenperg.*

CCCCXCVI.

Preſente et futurę etati innoteſcimus, quod quedam de *otarſchirin Chvnigundiſ* nomine liberam agenſ uitam delegauit ſe ſuper altare ſancte marię in formbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum ſub teſtimonio horum uirorum: *Eberwinus de ſechſenperg, Perctoldus carpentarius, Vlricvſ cocus, Heinricus.*

CCCCXCVII.

Noverint tam preſenteſ quam futuri *Gebolfvm de aichperc* quandam diemvdem cvm filio eius Chvnrado altari ſancte Marie ad cenſvm V. nummorum delegaſſe Et hoc ſvb hiſ teſtibus: *Chaloho de aichperc, Herimanno, Vlrico officiario, Vlrico, Heinrico de hembach, Friderico, qui ipſam addvxit, Wicpotone officiario, Albertone, Wicpotone, de haicron, Ekkeperto, Dietrico, Alberto, Dietrico, Eberwino.* (L. c. 119. Nr. CLIII.)

CCCCXCVIII.

Tvta monialiſ dedit altario ſancte Marie Mechtildem de *mechin* et filium eius Chvnradvm ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum. Et hii teſteſ ſunt: *frater Heinricus prepoſitus, Dietricus* et alii quam plures. (L. c. 119. Nr. CLIII.)

CCCCXCIX.

Qvedam *nobiliſ mvlier de vde Gerbirgis* nomine delegauit ſe ipſam altario ſancte marię ad cenſvm V. nvmmorum annvatim perſolvendvm ſvb teſtimonio horum virorum: *wicpoto cocus, Vlricus cocus, Rapoto pulſator, Wernhervs* et alii quam plures.

D.

Alber van lvc et mulier ſua dederunt nobis virvm nomine Wernhart ſuper altare S. marię ad cenſvm V. nvmmorum annuatim perſolvendvm. Hii teſtes: *Dietricus, Gerhardus, Eberwinvs carpentarivs, Hermannus nauta, Hervvinc, Heinricus* et alii quam plures.

DI.

Preſenti et futurę etati innoteſcimus, quod quedam mulier de *ſanth* tradidit ſe ipſam ſuper altare S. marię ad cenſvm V. nvm-

morum annvatim perfoluendvm Sub his teſtibus: *Heinricus*, *Rapoto*, *Engilchalcus cocus*, *Richardus*.

DII.

Notvm ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam mulier liberam agenſ uitam Chvnigunt nomine delegauit ſe altario ſancte marie ad cenſvm V. nummorum annvatim perſoluendum Sub his teſtibus: *Vlricus preco*, *Lenzo villicus*, *Geroldus villicus*, *Ekkehart villicus*, *Albertus*, *Rapoto*, *Chunrat calcifex* et alii quam plvres.

DIII.

Quedam *nobilef matronę Alheidis de grubę* et *Chunegundis de preitenperg* liberam agenteſ uitam delegauerunt ſe altario ſanctę Marie in formbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Huius rei teſteſ sunt *Eberwinus de grube*, *Siboto*, *Vlricus de preitenperg*, *Wickervs de winharteſheim*, *Dietricus de nezzenpach*, *Heinricus*, *Eberhardus faber*. (L. c. 119. Nr. CLIV.)

DIV.

Nouerit uniuerſitaſ poſteritatiſ uenturę, quod quidam Ortolfuſ ex familia formbacenſi mancipium habenſ nomine Heinricum, quod iure hereditario poſſederat, delegauit illud altario S. Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Huius rei teſteſ sunt hii: *Dietmarus tranſ ripam*, *Ortolfvs de propugnaculo*, *Dietricus*, *Lenzo*, *Geroldus de eholuing*, *Vlricvs piſtor*, *Merboto*, *Wicpoto*, *Engilfcalcus*. (L. c. 120. Nr. CLIV.)

DV.

Quedam femina Alheidis nomine filia cuiusdam Engilfcalci ex lapidibus dicto liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *pater ipſius feminę E. nomine*, *Heinricus de eichperg*, *Dietmarus*, *Hartmůt de dornahe*, *Arnoldus de mechin*, *Reinpertus de rentwinſowe*, *Siboto de nidernperg*, *Albero de apſmul*. (L. c. 120. Nr. CLIV.)

DVI.

Quedam *nobilis matrona Hiltigunt* nomine de *geizperg* liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie in vormbach ad

cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Cuius rei teſtef sunt hii: *Albero de inting, De herlenperg Arnoldus, De grub Pernhardus, Rudegerus, Heinricus de tirſpach, Rehwinus faber, Chunradus, Syboto, Walchunus.* (L. c. 120. Nr. CLIV.)

DVII.

Noſcat poſteritas, que futura eſt, quod domnus *Vlricus de locheim* delegauit quoddam mancipium ſuum Hedwic nomine per manum cuiusdam uiri proprietatif ſue Wilhelmi ad cenſum V. denariorum ad altare S. Marie in vormbach cum omni poſteritate ſua annuatim perſoluendum. Cuius rei teſtef sunt hii: *fratres ipſius feminę Rudegerus, Albero, Chunrat, Engilſcalcus, Vlricus, Rudolfus* et alii quidam, *Arnoldus de prame et Hecilo et Selkerus et wilhellmus, Hermannus de hovarn, Wicpoto de haigraren, Pernhart, Dietmarus nauta.* (L. c. 120. Nr. CLIV.)

DVIII.

Quedam femina Leukardis nomine liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie in formbach ad cenſum V. denariorum ſub his teſtibus: *De ſehſenperg Eberwinus, Perhtoldus, Dietricus frater predicte femine et Ebergerus, Eberwinus.*

DIX.

Alheidis de reiſe delegauit ſe altario S. Marie in vormbach ad cenſum V. nummorum. Teſtef *Rapoto de horgenpach, Chunrat frater ipſius de reiſe, Siboto, Reinoldus, Siboto de grube, Wergandus, Albero de apſmul.*

DX.

Notvm ſit omnibus chriſti cultoribus, quod quedam mulier *Chvnigunt* nomine de *aifriſheim* liberam agenſ uitam delegauit (se) ad aram ſancte Marię in formbach ſub hiſ teſtibus: *Geiſiloldus et Chvnrat de incing, Lenzo et Heinricus et Dietmarus de Eholving, Dietmarus, Chvnradus de heigraren, Engilſalcus, Vlricus, Levpoldus* et alii quam plures.

DXI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam mulier *Jvdita* nomine de *gecindorf* liberam agenſ uitam delegauit ſe ſu-

per aram ſancte Marie in formbach ſub hiſ teſtibus: *Heinricus de aichperg, Weipoto preco, Dietmaruſ, Gôntherus gavkelaer, Reichart, Ulricus, Vlricus* et alii quam plureſ.

DXII.

Nouerit generatio uentura, quod quedam *Judita de hucingerdorf* liberam agenſ uitam delegauit ſe altario S. Marie in vormbach cum preſentibus filio Diethardo et filiabus Chriſtina eiusque filius Enzo et hezelo et ſororibus eadem facientibus Gerdrude, Hemma, Chunegunde cum omni poſteritate ipſarum ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Cuius rei teſteſ sunt hii conſanguinei ipſarum: *De conphinge Hezilo, De nvchirchen Walchunus, Dietricus de rezinge,* qui treſ officiarii tunc fuere *domni de puchheim, Chunrat de altendorf,* qui habuit vxorem ſororem *Chunrat de giſenperg et frater eius Albero de altendorf, Fridericus de eodem loco, Rirzi filius Chunrat puchſcinch et frater eius Dietricus et alius Fridericus.*

DXIII.

Notum ſit omnibus chriſti cultoribus, quod quedam *Alhetdis de hitting* liberam agenſ uitam delegauit ſe ad altare Sancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum cum omni poſteritate annuatim perſoluendum. Id ipſum iſti teſtificantur: *Engilſcalcuſ, Lenzo, Guntherus, Ortolfus, Dietricus, Eberhardus preco, Dietricus camerarius.*

DXIV.

Nouerint poſteri, qui naſcituri sunt, quod quedam femina de *houernrût* Alheidis nomine liberam agenſ uitam delegauit ſe cum filiis ſuis et omni poſteritate ſua ad altare Sancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Hvius rei teſteſ sunt hi: *Arnoldus et Richkerus de peizzing, Willehalmus de patauia, Herbordus, Heinricus, Heinricus, Altolfus de houernrôt.* (L. c. 120. Nr. CLIV.)

DXV.

Notum ſit chriſti cultoribus, quod frater *Chunradus de eſenhelm* quandam mulierem proprietatiſ ſue Mehthilt delegauit

altario Sancte Marie in vorbach cum omni poſteritate ſua annuatim perſoluendum (cenſum V. denariorum). Cuius teſtef sunt hi: *Arnoldus, Heinricus, Chunradus, Pernhardus.*

DXVI.

Chriſticolif cunctif pateat, quod quedam *nobilif matrona Hedewic* nomine de *ſehſenperg* liberam agenf uitam delegauit ſe ad altare ſancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum. Teſtef *Eberwinus et frater eius Heinricus de ſupra dicto loco, Guntherus, Chunradus, UVergandus, Wernhardus, Perktoldus, Chunibertus.* (L. c. 121. Nr. CLIV.)

DXVII.

Quidam Ortolfus et ſoror eius Hedewigdis quoddam mancipium ſuum Chunrat nomine de *eſenheim* delegauerunt ad altare Sancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum. Teſtef *Eberhardus tunc officiarius, Leutoldus uillicus de eſenheim, Chunrat, Dietmarus de lamina (?), Leûtwinus lapicida, Chunrat, Heinricus albus.*

DXVIII.

Quedam *Mehthildis de waldekke aliquantule libertatif* delegauit ſemetipſam cum omni poſteritate ſua ad altare S. Marie in wormbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum reſignante et abdicante prius domno ſuo *Chunrado de herlnperg* omni iuriſdictione, qua tenebatur sibi et filiis ſuis. Cuius delegationis iſti teſtef exiſtunt: *Ipſe Chunradus*, qui preſenf ſuit *de herlnperg, Albero de waldekke, Heinrich de wekking, Albero de rapholdeſdorf, Öttwinus filius prefate domne, Dietmarus tranſ ripam, Heinricus eiſenpûtel, Wicpoto tunc magiſter piſtorum.* (L. c. 121. Nr. CLIV.)

DXIX.

Preſentibus et futuris notificamus, quod quedam mulieref nomine *Chunegundif* et *Mehthildis de ſincing* liberam agentef uitam delegauerunt ſe per manum cuiusdam *nobilis uiri Dietrici* nomine *de ſungarteſreut* libera manu ad altare Sancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum cum omni poſteritate ſua

annuatim perſoluendum. Teſtef *Chunrat camerarius de meching, Rahwinus et Albero de lauenpach, Wicpoto et frater eius Engilſcalcus de witroun, Dietricuſ de pubing.* (L. c. 121. Nr. CLV.)

DXX.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quidam *Rudegerus de haigraren* delegauit quendam Hermannum proprietatiſ ſue ad altare Sancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum: *Vlricus Heinricus fratres eiusdem Rudegeri, Chunradus de eſenheim et Engilſcalcus frater eius de heigraren, Winther, Dietricus.* (L. c. 121. Nr. CLV.)

DXXI.

Cultoref chriſti ieſu nouerint, quod quidam Ortwinus (leerer Raum) delegauit filiam ſuam (leerer Raum) libera manu altario Sancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum cum omni poſteritate ſua annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *UValchunus, Hermannus de wege, Vlricus de hutenheim, Arnoldus, Vlricus mûel, Ortolfus, Dietricus, Eberwinus et frater eius Vlricus.*

DXXII.

Innoteſcat tam preſenti etati quam future, quod quidam *Rubertus de meching* delegauit libera manu ad altare ſancte Marie in uormbach ad cenſum V. denariorum duoſ filioſ ſuoſ Heinricum uidelicet et Rudegerum. Teſtef *Dietricus preco, Chunrat, Pernhart de ſcerding.*

DXXIII.

Memorie tam preſentium quam futurorum plena fide tranſmittimus, quod domnus *Chunrat ſalzburgenſis eccleſię epiſcopus* acceptiſ a domno *Ortolfo vormbacenſe abbate* XV. talentis tradidit ad cenſum annuatim ſoluendum uidelicet V. denariorum predicto cenobio mancipia quedam cum omni poſteritate ipſorum, quorum hec sunt nomina: Perhta et filia eius Mehthilt et Dietricus filius Perhte et alii eius filii Heinricus, Hermannus, Perhtoldus et filia eius Gedrudis. Erant preterea hominef predicte eccleſię vormbach, quorum hic annotamus nomina: Chunradus, Willi-

birgis, Guntherus, Adelheidis in ſeruicio epiſcopii ex longo tempore conſtituti et tanto minus nobis cogniti, quanto et a ſeruicio noſtro alieni, quos idem epiſcopus conſentiente abbate et omni congregatione retinuit, ut in predictorum mancipiorum traditione eſſet deuotior (?). Hvius concambii ſeu traditionis iſti teſtes sunt: *Swikerus de ſuhten notarius, Albertus capellanus prefbiter eccleſie ſancti Petri, Meingotus et frater eius Sigboto de ſurberch, Chuno de werfen, Leupoldus de walde, Hartwicus et frater eius Wernhardus de hage, Geroldus de anteſenhouen.* (L. c. 122. Nr. CLV.)

DXXIV.

Cuncti (sic) generationi notificamus cenſuales eſſe eccleſie formbacenſis feminas iſtas: Eberlindis de *ruting* cum filiabus ſuis, Chunigundem, Alheidem, Richmût, Gerdrudem, Diemudem. Teſtes *Eberwinus, Heinricus, Vlricus.*

DXXV.

Quedam Chunegundis libera a propagine delegauit ſe ad cenſum V. denariorum altario S. Marie in vormbach. Teſtes *Eberwinus de ſehſenperg, Wernhart prope reurip, Heinricus, Dietricus tunc prepoſitus, Wergandus cuſtos, Heinricus, Ebergoz.*

DXXVI.

Quedam *Chunegundis de ſehſenperg* delegauit ſe ipſam altario S. Marie in Formbach ad cenſum V. denariorum Sub his teſtibus: *De ſehſenperg Eberwinus et frater eius Heinricus, Wergandus de ruzenperg, Eberwinus, De hucing Eberwinus, De linahe Walther.* (L. c. 122. Nr. CLV.)

DXXVII.

Nouerit diſcretio preſentium et futurorum, quod quedam Alheit cum fratre ſuo Marchuardo a parentibus ſuis cenſuales sunt eccleſie formbacenſi preſertim cum aua (sic) et mater ipſorum *adela de ſcaltaren* eidem eccleſie cenſum ſoluerunt. Quod etiam iſti ſubſcripti adteſtantur: *Heinricus camerarius, Chunrat de meching, Vlricus de pergaren, Dietricus de eholuing, Eberhart faber.* (L. c. 122. Nr. CLV.)

DXXVIII.

Quedam *Gedrud de haigraren* delegauit ſe ad altare S. Marie in formbach ad cenſum V. nummorum. Cuius delegationis iſti sunt teſteſ: *Lenzo, Winther, Chunradus de walhen, Engilſcalcus de pholſov, Walther, Chunrat de rintal, Hainricus.* (L. c. 122. Nr. CLV.)

DXXIX.

Quidam *Arnoldus de ſconowe* delegauit mancipium ſuum Gerbirc nomine cum omni poſteritate ſua ad altare ſancte Marie in formbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *Idem Arnoldus et filius eius Heinricus, Ortolfvf de propugnaculo, Dietmarus tranſ ripam, Vlricus piſtor, Heinricus hortulanus, Vlricus cocus, Leutwinus lapicida, Eberhardus caupo.* (L. c. 123. Nr. CLV).

DXXX.

Quidam *Siboto de preitenperge* delegauit ad altare S. Marie in formbach quoddam mancipium ſuum Gerhardum nomine de ſupradicto loco ad cenſum V. denariorum. Cuius rei teſtes sunt hi: *Ipſe S. delegator, Fridericus et Heinricus de anteſen, Geroldus, Perhtoldus, Ekkehart de choluing, Gerhart de preitenperg, Pilgrimus de ſancto Georgio manſionarius, Heinricus frater delegati.*

DXXXI.

Cunctiſ chriſti fidelibus pateat, quod quedam *Hirmgardiſ de ovſheim* cum omni poſteritate ſua, duabus uidelicet filiabus ſuis . . . et filio eius Vlrico et Altera Perhta ad cenſum V. denariorum reſpicit eccleſiam formbacenſem.

DXXXII.

Notum ſit omnibus chriſti cultoribus, quod quedam mulier nomine *Alhaidiſ de lvginge* delegauit ſe ipſam altario ſancte Marie in formbacenſi (sic) ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum ſub his teſtibus: *Chunrat uillicus de kadelinge et frater eius heinricus de eſenheim, Pernhart de eſenheim, Heinricus de*

tobel, Sibot de preitenperge, Heinricus de reurippe, Albertus de formbacenſi (sic), Chůnrat de luginge, Albertus de eholuinge et alii quam plures.

DXXXIII.

Dvo intimi fratres Chůnrat et Ortolfus et ſoror eorum Alhaidis delegauerunt poteſtatiuis manibus proprium famulum Dietmarum nomine de *haigraren* formbacenſi eccleſie perpetue uirginiſ Marie pro remedio ſuorum parentum iure perpetuo cum omni ſua poſteritate (ad) cenſum V. nummorum perſoluendum et hoc ratum ſub his teſtibus: *Eberwinus de perigraren, Geroldus, alpret, Valtherus in eholvinge, Gvntherus calcifex, Heinricus albus, Heinricus Mvgel, Alpret de ſconowe* et alii quam plvres. (L. c. 123. Nr. CLV.)

DXXXIV.

Nouerint poſteri, quod quedam tůta filia Mehthildis de *patauia* cum filia ſua Willibirc et omni poſteritate attinet ecclefie formbacenſi ad cenſum V. denariorum. teſtef *Heinricus de tobel, Fridericus et Heinricus de antefen, Siboto de preitenperge, Albertus de vormbach.* (L. c. 123. Nr. CLV.)

DXXXV.

Cultoref chriſti ieſu nouerint, quod quidam *Pillunguf de Rantolfinge* delegauit proprium famulum nomine Eberhardum ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum altari ſancte Marie in uorenbach. Huius rei teſtef sunt *Chunradus de tobel, Mengoz de prauſtorf, Heinricus ibidem, Arnoldus filius predicti Meingoti, Ortolfus famulus noſter, Heinricus faber, Heinricus iſenputel, Wicpot de heigrarn, Dietmarus rider, Gunther balneator. (pader.)* (L. c. 123. Nr. CLV.)

DXXXVI.

Quedam femine de *fechſenperge* Wentila et Hiltigunt nomine liberam agenteſ uitam delegauerunt ſe ipſaſ cum omni poſteritate ſua altari ſancte Marie in Vorenbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Huius rei teſtes sunt *Heinricus de Eichperge, Heinricus de fechſenperge, Gunther de wolffcheizinge,*

Heinricus de ode, Vfchalcus de Mechinge, Sigehardus textor, Heinricus de wineberge, Ulricus lepus, Renhardus faber et alii quam plures.

DXXXVII.

Notum fit omnibus chriſticolif, quod quedam femina nomine *Wentila de fungartefriut* liberam agenf uitam delegauit ſe ad altare ſancte Marie in vorenbac cum omni poſteritate ſua ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Cuius rei teſtef *Arnoldus et Chunradus de fungartefriůt, Wicpot officialif de walnfh- . . . , Eberhardus carpentarius, Guntheruf Gaucler, Heinricus porcuf, Otto pulſator.*

DXXXVIII.

Innoteſcat preſenti etati et future, quod femina Perhta nomine de *putauia* liberam agenf uitam delegauit ſe altari ſancte Marie in vormbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Sub hif teſtibus: *Heinricus de eichperg, Richardus, Chunradus, Heinricus, Chunradus, Hermannus, Fridericus, Guntherus de neunburc.*

DXXXIX.

Alheidif de nivburch delegauit ſe ad altare ſancte Marie cum filio ſuo Chunrado et filia ſua nomine Juta ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtef sunt *Ortolfus de wer, Heinricus eichperge, Chunrat de ſilua, Perhtolduf, Hermannus nauta* et alii quam plures.

DXL.

Quidam *pilgrimus de tobelheim* annuente filio ſuo *Friderico* delegauit quandam ancillam nomine Chunigunt ſuper altare s. Marie ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes ſunt *Ortolfus de wer, Albertus, Liupoldus de pergorn, Hermannus de Walmshaim* et ceteri. (L. c. 123. Nr. CLV.)

DXLI.

Quedam femina nomine *Wentila de Inzinge* liberam agenf uitam delegauit ſe ad altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes sunt *Vlricus, Heinricus Eichperge, Or-*

tolfus wer, Chunradus longus, Vlricus ecclefiaſticus, Dietricus de Eholuinch.

DXLII.

Quedam femina *Gerdut* (sic) de *oſterperge* delegauit ſe ſuper altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus frater noſter, Dietwinus de monte, Perhtoldus ibidem, Chunrat predicte Gerdrudis frater* et alii quam plures.

DXLIII.

Innoteſcat tam preſentibus quam futuris, quod femina Liuchardis nomine liberam ducenſ uitam delegauit ſe altari ſancte Marie in vorenpach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Sub his teſtibus: *Heinricus de aiperg, Richardus, Ortolfus, Heinricus de fröenöe, Conradus de ſilua, Conradus ſerdo.*

DXLIV.

Preſenti et future etati notum facimus, quod mulier quedam nomine Perhta ſe liberam delegauit altari ſancte Marie in vorenpach ad cenſum V. denariorum; antea enim ancilla erat *dominorum de waldek*, qui libertatem ei condonarunt in eccleſia *reinpach*. Teſtes ſunt *Arnoldus de töfkirchen, Conradus de töfkirchen, Conradus de reinpach, Rudengerus, Ecbertus, Henricus, Ditmarus.* (L. c. 124. Nr. CLV.)

DXLV.

Innoteſcat preſenti etati et future, quod femina quedam nomine congundis liberam agenſ uitam delegauit ſe altari ſancte Marie in Vorenpach ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Wipoto officiarius, Gerouſ de prvnſperge, Arnoldus, Heinricus, Otto, Henricus de prvnſperge, Reinoldus, Otto, Henricus.*

DXLVI.

Innoteſcat preſenti etati et future, quod *Heinricus gartener* nomine delegauit *Heinricum de revrippe* altario ſancte Marie ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Huius (sic) teſtes ſunt *Heinricus, Albertus, Gotſcalcus, Hermannus comeſ, Hermannus nauta, Ortolfus filius ſuus, Otto, Ortolfus de propugnaculo, Chunrat, Chunegundis, Juota, Wernhart, Heinricus, Chunrat.*

DXLVII.

Omnibus hanc paginam reſpicientibus innoteſcat, quod que dam femina nomine *Methildis de leina* liberam agenſ uitam delegauit ſe in altari ſancte Marie in Vorenpach ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum. Teſtes sunt *Chunrat cuſtoſ, Richardus camerarius, Ortolfus de propugnaculo, Walchunus piſtor* et ceteri quam pluref.

DXLVIII.

Rudolfuſ de auchinge homo eccleſie filiam ſuam Elſphetem de matre libera liberam contradidit altario ſancte Marie in vorenpach cenſualem V. denariorum. Teſtef sunt *Ortolfus cuſtos, Willehalmus ſcolaſticus, Werhardus, Rudolfuſ, Hanricus nauta.*

DXLIX.

Preſenti et future etati innoteſcat, quod quedam femina nomine *Gerdrudif de oſſherenperge* liberam ducenſ uitam delegauit ſe altario ſancte Marie in vorenpach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Teſtef sunt *Richardus, Fridericus de hecelhoven, Perichtoldus de oſterperge.*

DL.

Notum ſit preſentibus et futurif, quod quedam femina *Chunigundif de Roſpach* ex patre et matre libera delegauit ſe altario ſancte Marie in vorenpach ad cenſum V. nummorum in die pvrificationiſ Sancte Marie cum aſſenſu filii ſui *Ekehardi* et hii unt teſtef: *Richardus camerarius, Siboto de hecelſhouen, Eberwinus de pramerdorf, Vlricus* et alii pluref. (L. c. 124. Nr. CLV.)

DLI.

Quidam Haeinricus ex noſtra familia ex matre liber delegauit ſe altario ſancte Marie in vorenpach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Hii sunt teſtef: *Rihardus camerarius, Gerhardus de prunſperge et Otto de prunſperge* et ceteri pluref. (L. c. 124. Nr. CLV.)

DLII.

Domnus *Werinhardus de Orth*, dum recederet de uite medio, ob remedium anime ſue et pro damno, quod vorenpach-

cenſi intulit eccleſie, felicem eidem eccleſie fecit largitionem. Idem vero *Werinhardus* in ſuo vltimo teſtamento per manum ſoceri ſui domni *Ortolfi de waldekke* delegauit altario ſancte Marie in vorenpach ſue proprietatiſ decem et VII. hominef cum omni eorum poſteritate ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Quorum hic nomina ſunt ſubarata: Chunrat, Perhta, Elſpetis, Chunigundiſ, Chunrat, Chriſtina, Heilca, Dimudiſ, Chunrat, Alhaeidiſ, Elſpetiſ et alioſ quam pluref, Qui morantur in *uilla newwenhouen.* Huius delegacioniſ hii sunt teſtef: *Domnus Ortolfuſ et frater ſuuſ Hainricus de waldekke, Rugeruſ et filius ſuuſ Gebhardus de tômoltſhaim, Ortolfuſ de propugnaculo, Rihardus camerarius, Walchunus, Vlricus cocus, Siboto de hocilſhouen, Lûdwicus piſtor, Hainricus reiſinarius et frater ſuuſ Eberwinus* et alii quam pluref. (L. c. 124. Nr. CLVII.)

DLIII.

Vt non uileſcat in poſterum, omnibus chriſti fidelibus notificamus, quod quedam femina *De haeigraren Gêtta* nomine liberam agenſ vitam delegauit ſe altario ſancte Marie in vorenpach ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum. Huius rei sunt teſtef *Chunradus preco de Aefenheim, Albertus de prvle, Richardus camerarius, Lôdwicos piſtor, vlricus cocus, Eberwinus, Fridericus* et alii plures.

DLIV.

Innoteſcat tam preſenti quam future etati, quod quedam mulier de *mechinge* liberam agenſ uitam nomine Mehthildiſ delegauit ſe altario Sancte Marie in vormbach ad V. nummoſ annuatim perſoluendum Sub hiſ teſtibus: *Chunradus officiarius, Richardus, Vlſchalcus comeſ, Chunradus de curia, Chunradus de Eſenheim, Waltherus de eholvinge, Dietricuſ de mechinge, Heinricus ſcolariſ, Chunradus inuentor.*

DLV.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod quedam mulieref alheidiſ et Chunigundiſ delegaverunt ſe altario ſancte Marie in vorinbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum Sub

hiis teſtibus: *Marquardus, Marquardus, Marquardus, Richardus, Geroldus, Siboto in monte, Heinricus, Heinricus.*

DLVI.

Cunctiſ fidelibus innoteſcimuſ, quod quedam femina levcardis nomine liberam agenſ vitam delegauit ſe ad cenſum V. denariorum altario ſancte Marie in vormpach annuatim ſoluendum. Huius rei teſtef *Engildich de Mælchinge, Chunradus minutor et filii eius Albertus et Chunradus et Albero frater prefate mulierif.*

DLVII.

Quedam ancilla agneſ nomine delegauit ſe ob remedium anime ſue altario Sancte Marie in Vormbach cum omni poſteritate ſua ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum. Hii sunt teſtef: *Ortolfus plebanus in antheſinhouen, frater Chunradus piſtor, frater ortolfus cellerarius, Chunrat vocho, Vlricus hechto* et alii quam pluref. (L. c. 125. Nr. CLVII.)

DLVIII.

Walchunus de ſcherding delegauit ſe altario S. Marie in uormbach ad cenſum V. denariorum annuatim perſoluendum. Hii ſunt teſtes: *Wolchunus hofmaſter, Heinricus nauta, Dietricus fallacia* Et alii quam plures.

DLIX.

Cunctiſ chriſti fidelibus pateat, quod quedam puella elſpediſ delegata eſt altario S. Marie in uornbach, dum propria eſſet filia eccleſie, per petitionem a proprietate ſe redimenſ ad cenſum V. nvmmorum annuatim perſoluendum. Huius Rei teſtef ſunt *Chunrat heſenhaimher, Chunrat inuentor, Pilgrimus uillicus, Waltherus, Dietricus uillicus de heholuing, Wolchunus pulſator* Et alii quam plures. (L. c. 125. Nr. CLVII.)

DLX.

Notum ſit omnibus chriſti cultoribus, quod *vlricus de chinhaim* delegauit filiam ſuam *elizabet* altario ſancte Marie In vormbach ad cenſum V. nummorum annuatim perſoluendum Sub

hiſ teſtibus: *Chunradus de gepping, Chunradus de wiſaim, Vlricus de chinhaim, Sighart ibidem, Eherwinus de chcertinperch, Rudigervs de omelriching, Eberwinus de hirzing, Vlricus officialis, Dietricus in monte, Herman de gepping, Hermannus de ſhcertinperch, Vlricus in monte* Et alii quam plures. (L. c. 125. Nr. CLVIII.)

DLXI.

Notum ſit cunctiſ chriſti fidelibus, quod *ſifriduſ de ſcherding et albertus de aichperge* in natiuitate beate virginis Marie delegauerunt ſe altario S. Marie in uormbach ad cenſum V. denariorum perſoluendum. Huius rei teſteſ ſunt *Comeſ* (sic), *Vlricus officiarius, Walchunus manſionarius, Notarius de ſcherding* Et plureſ. *Iẽta de hader* vxor *wernhardi de purkauſen* cum heredibus ſuis Iṽta et Methildis, cunradus nominatis cenſuales noſtre eccleſie hii sunt. (sic.)

DLXII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod domnus *Reinoldus Praſelarius* cum conſenſu coniugiſ ſue et filiorum altario s. Marie in vornbac *Hainricum* nomine *Tôtzonem de Mitiche* vnacum filia ſua Mehthilde in remedium anime ſue ad cenſum V. denariorum delegauit. Ipſe vero Hainricus huic delegationi congaudens, ut dictus Reinoldus libentius cederet proprietati, ſex ſolidos perſoluit. Huius rei teſteſ ſunt *Hainricus de aſpach faber, Wernhardus polan, Chunradus calcifex, Hainricus de hartheim, walther, Dietricus* et alii quam plureſ. (L. c. 125. Nr. CLVIII.)

DLXIII.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod domnus Offo cuſtos eccleſie s. Marie in uormbach conſentiente toto capitulo eiusdem eccleſie mulierem quandam nomine Diemudem, que cenſualiſ fuit eccleſie ſue, altari ſancte michahelis eccleſie richerſpergenſiſ delegauit ad eundem cenſum, quem in uormbach hucuſque anniſ ſinguliſ ſoluit cenſum ſcilicet V. denariorum perpetuo perſoluendum Propterea, *quod domnus Gundacharus venerabilis prepoſitus richerſpergenſiſ* eccleſie memorate mulierem

dictam Wilbirgem cenſualem eccleſie ſve in commutatione preſate mulieriſ ad eundem cenſum V. uidelicet denariorum capitulo ſuo fauente vormbacenſi eccleſie delegauit. Huius concambii teſteſ sunt *Reinhardus faber*, *Vlfchalcus comeſ Inuentor* (sic), *Ekkebertus*, *Vlricus de camera*, *Meinlo*, *Wlpiſ*, *Waltherus*, *Chvnradus de eſenhamher*, *Reinoldus* et alii quam plures. (L. c. 125. Nr. CLIX.)

DLXIV.

Heinricus *piſtor* et chunegundiſ ſoror ipſiuſ optulit ſuper altare beate Marie in vormpach treſ perſonaſ, que morantur in *porziheim*, perhtam uidelicet et duoſ pueroſ ipſiuſ Chunradum et alheidim.

DLXV.

Notum ſit vniverſiſ chriſti fidelibus, quod genta vxor heinrici de *untling* redemit ſe apud pernhardum et heinricum fratres dictos de *rotauue* et ſe eccleſie beate marie in vormpach ad cenſum V. denariorum obligauit. Cuius rei teſteſ sunt *Otto abbas eiusdem eccleſie*, *Offo prior*, *Rapoto*, *eberhardus*, *heinricus*, *Heinricus prepoſitus* et alii multi. (L. c. 126. Nr. CLX.)

DLXVI.

Notum ſit omnibus chriſti fidelibus, quod Domnus *Rudigerus Sacerdos et plebanus in Reurip* ſuam *filiam* nomine *Margaretam* vxorem *Fridirici de Hecelſhouen* altari ſancte Marie in vormpach ad Cenſum quinque denariorum perpetuo delegauit, quam idem domnus Rudigerus de manibus quorundam *clientum*, qui dicuntur *weidinger*, quorum erat propria, cum ſua pecunia libere dinoſcitur redemiſſe. Cuius rei teſtes ſunt *Domnus Abraham plebanus de pevrbach*, *Vlricus de weiden* et alii fide digni. Acta sunt hec tempore venerabilis *abbatis domni Hainrici* anno domini MCCLXXXIX. (L. c. 126. Nr. CLXI.)

Aus einem Copialbuche des fünfzehnten Jahrhunderts im k. baierischen Reichsarchive.

Anno domini M°. C. L. X. obiit *Comes Eckebertus* huius Ecclefie Fundator *Mediolane occifus* huc delatus eciam et fepultus. Vbi eciam pater fuus *Eckebertus* et *Sororius fuus dux Dalmacie* et *Marchio yſtrie Berchtoldus* pariter requiefcunt. Item *Fridericus* pater *Hedwigis* mater (matris), *Lotharii Regis* occifus huc videlicet ad fornbach eciam locatus eſt ad ceteros etc.

Genealogia Fundatorum.

Udalricus fenex genuit octo filios videlicet *Arnoldum*, *Piligrimum*, *Brunonem*, *Tyemonem*, *Chunradum* clericum Salczburgenſem prepoſitum, *Dyetricum* clericum, *Fridericum*, *Hainricum*. *Thyemo* iunior genuit *Eckebertum*, *Heinricum*. *Heinricus* genuit *Gebhardum* et *Dyetricum*. *Ekkebertus* genuit *Dyetmarum*, *Eberhardum*, *Eckebertum iuniorem*, *Gotfridum* monachum, *Kunegundem*. *Ekkebertus* iunior de ſe progenuit Item *Eckebertum*, is mediolanum cum imperatore Friderico veniens occubuit, corpus eius fornbach delatum honorabiliter in capitulo eſt collocatum, in quo tumulo eciam *pater* eius et *auus* eius, *fororius eius dux dalmacie et Marchio yſtrie Berchtholdus* ſimul requieſcunt.

Meginhardus vero *frater ſenioris Tyemonis* genuit *Vdalricum* et *Hermannum* provincie Comites et *Chunradum*. Hunc *Chunradum* Hainricus Imperator, (qui) a ſeptimo Gregorio papa excommunicatus erat, cum ſcelera eius execraret, Iſdem Chunradum Romam ſecum perduxit, vbi cum egrotare cepiſſet, ab eodem rege dimiſſus et *Baſulam* veniens obiit et ibidem eſt ſepultus. *Fridricus ſenior* (sic) *Tymonis filius*, cum jn Curia regis moraretur, *neptem ipſius regis Gertrudem* nomine clam accipiens coniugem aufugit et poſtea reddiens (sic) gratiam Imperatoris accepit. Sed cum rediret, optimates regis eum inſequentes pro eadem iniuria interfecerunt. Cum vnam tantum *filiam Hedwig* nuncupatam ex eadem *Gerdrude* genuiſſet, que

Hedwig mater fuit Lotharii regis et Yte Comtiſſe de purkchuſen. Huius autem *friderici* corpus Fornbach delatum et ante eccleſiam ſancte Marie cum reliquis patribus ſuis ſepultus eſt. (L. c. p. 9.)

Hainricus filius Geroldi tradidit predium ſuum jn *Tegrenpach* ſitum in manum cuiuſdam *militis* nomine *Hukch de liuprechtſheim* ea lege et ratione, ut ille pro remedio anime ſue delegaret ad altare S. Marie. Alia pars eiuſdem predii tradita eſt in manum *Eberhardi filii Eckeberti Comitis*, ut ille hoc ad altare S. Marie pari exemplo delegaret. Huius rei ſunt teſtes *Gebehardus filius Hainrici Comitis fraterque eius Dyetricus, Vlricus de Windeberge, Bernhardus de Aſchahu, Aribo de Willeheringen.* (L. c. 30. Nr. XXX.)

Eine Aufſchreibung auf Pergament aus dem zwölften Jahrhunderte im k. baierischen Reichsarchive.

Quomodo uel qualiter loci iſtius ſtatuſ ceperit uel quibus ſultus adiumentiſ actenus augmentatuſ ſit uel quomodo ad no. uſque peruenerint eiusdem cenobii beneficia longe uel prope poſita, querentibus liquido clarebit. Horum nanque auctoreſ fuerunt *Meginharduſ comeſ, Ekibertus comeſ, Ŏdalricus comeſ* ſupranominati *Meginhardi filius* et *frater eius Hermannus comeſ* et *nepoſ eius Chûnradus comeſ filius ſupradicti Ŏdalrici, Ekibertus comeſ, Heinricuſ comeſ et filius eius Dietricus comes.* Ego igitur W. formbacenſiſ cenobii non meiſ meritiſ abbas fratrum hic degentium aduocatione et conſuetudine, qua uidelicet ipſa abbatia ad formbach eſt libera et monachi illi poſt mortem abbatiſ ſui liberam poteſtatem habent ad eligendum sibi abbatem, undecunque huic nomini idoneum inuenire potuerint ſiue in ſuo ſeu in alio uicino ſiue longinquo monaſterio et iſ, qui electus fuerit, ad deſignationem ſue electioniſ baculum ab altari ſui monaſterii ſumat et ſi forte Monachi illi in electione diſſentiant, tunc aduenienſ *episcopus patauienſiſ* cum aduocato ipſorum eoſ ſuiſ exhortationibus coadunet et ut mediator ſanioriſ partiſ ſententiam tenere perſuadeat, epiſcopi quoque deliberatione *domnique Hartmanni abbatis gotewigenſiſ* conſilio et

permiſſione et predictorum dominorum rogatu et tuicione et conſultu ad hunc locum deueni, prediaque eius deſignata ad procurandum percepi, que ad finem domino opitulante integra, inuiolata et inconuulſa permanere confido. Vnde ſicut predeceſſor meus beate memorie *Beringerus abbaſ* initiauit, ego innouare immo ampliare cupiens et hi, qui mecum sunt congregati fratres animaduertimus alterne Karitatiſ et debite eſſe retributionis illoſ deſcribi, qui primum et deincepſ ſue hereditatiſ heredem fecerunt eccleſiam noſtram, que eſt ad formbach conſecrata in honore ſancte dei genitricis Marie, pariter que loca, a quibus et quomodo ad hanc tradita ſint, adnotari ut noticiam illorum, qui ea tradiderunt, ſucceſſoribus noſtris relinquamus et per hanc memoria eorum nominatim fiat et longa. Tradidit nanque in primis *domna Hymildruth* uenerabilis matrona ad eandem eccleſiam cum manu aduocati ſui in uſus ibidem deo ſeruientium hec ſue proprietatiſ loca, que hic sunt nominata, uillam ſcilicet *Chemnata*, *Winehartesheim*, *Mechingen*, *Hartheim*, *Riſchermin*, *Municheimin*.

Poſtea *Ekebertus* a domino inſtinctus et amore parentum ſubmonitus ſuperaddidit prioribus datis ſupplementum de ſua et mulieris ſue hereditate. Tradidit nanque ipſe et *uxor eius Mathilt* annuentibus hoc *filiis eorum* ad ſuſtentationem ſepe iam dicti loci monachorum in eodem loco formbach hortum et curtem unam et molendinum. Donauit et campum quendam ſiue territorium ſeu nouale in uſus pratorum aptandum et prenominatiſ terminis exſtirpandum et conceſſit eis poteſtatem ſaltus ibidem uel ſilue ad cedendum in quoſcunque uſus et ad ſaginandum porcos. Dedit etiam dimidiam decimationem eccleſie, que *anteſin* uocatur, et dimidium manſum *Hartheim* nomine et duas uineas in uilla *Eholuingin*. Inſuper etiam dedit eis in *orientali plaga* uillam nomine *Niuuenchirinchin* et *eccleſias parrochiales duas* unam ſub *caſtello Butino* et alteram in uilla predicta *Niewenchirichin* cum decimis et cum ceteris omnibus ad has pertinentibus et id quod in ea loci eſt *mercatum* et eccleſiam apud *Engilbrethteſtorf* et uillam nomine *werth* et eccleſiam ad *Mûrsse* cum omni iure ſuo et alium locum iuxta *fluuiolum Glocniza*, ubi modo cella conſtructa eſt, cum pratis et ſiluis uſque ad *Chlamma*, predium ad *wedenike* et pratum iuxta *fluuium Bruna* et dimi-

dium manſum in uilla, quę dicitur *Beierbach* et dimidium in loco, qui dicitur *Smidedorf* et integrum ad *Glocniza* et treſ uineaſ unam ad *Pothfach* et duaſ ad *wirbilach*. Tradidit etiam, quicquid inter *ęnum* et *eneſim fluuios* inueniri poteſt illorum mancipiorum, quę *coniugi ſuę* in partem cicederunt (sic) de familia *patrui ſui adalberoniſ epiſcopi*. Harum ſingularum traditionum teſteſ sunt iſti per aurem tracti: *Otachar marchio, Dietricus comeſ de formbach, Perinhart de aſcha, Perinhart de ſconheringin, Haederich de champe, Heidinrich de erlach, Piligrim de rotingin, Heinrich, Reginpreth de perchoſn.*

